PETRI LAMBECII HAMBVRGENSIS, SACRÆ CÆSAREÆ MAIESTATIS CONSILIARII, HISTORIOGRAPHI AC BIBLIOTHECARII,

COMMENTARIORVM DE AVGVSTISSIMA BIBLIOTHECA CÆSAREA VINDOBONENSI

LIBER QVINTVS.



VINDOBONÆ, Typis Matthæi Cosmerovij, Sac. Cæs. Majest. Typogr.
ANNO M DC LXXII.

IMP. CÆS.
LEOPOLDO I,
DIVI FERDINANDI III F.
AVGVSTO:
PIISSIMO FORTISSIMOQVE PRINCIPI:
VICTORI AC TRIVMPHATORI
INVICTISSIMO:
PATRI PATRIÆ
ET
VIGILANTISSIMO SALVTIS PVBLICÆ CONSERVATORI:
GERMANIÆ, HVNGARIÆ, BOHEMIÆ, DALMATIÆ, CROATIÆ ET SCLAVONIÆ
REGI:
ARCHIDVCI AVSTRIÆ; &c.
PETRVS LAMBECIVS HAMBVRGENSIS,
NVMINI MAIESTATIQVE EIVS
DEVOTISSIMVS,
SALVTEM ET PROSPERITATEM PERPETVAM.

DEnarium numerum, SACRATISSIME POTENTISSIMEQVE IMPERATOR, perfectionis symbolum esse, quia omnem in se numerum comprehendit, & per ipsum iterando omnis numerus in infinitum multiplicatur, multis jam abhinc seculis Pythagoricorum Schola docuit. Quod cùm re ipsâ constet esse verissimum, optimo sanè omine S. CÆS. MAIESTATI TVÆ Quintum hunc Commentariorum meorum de Augustissimâ Bibliothecâ Cæsareâ Librum in præsens offero.

Pridiè enim proximè præteritarum Calendarum Octobris decimum fideliſſimi mei ſervitij aulici implevi annum; ideóque poſt primam hanc exantlatorum laborum Decadem, tanquam integritatis, diligentiæ & perſeverantiæ meæ ſufficiens tyrocinium ac ſpecimen, haud temerè ſpero & confido, fore, ut clementiſſima illa Protectio & Gratia, quâ hactenùs benigniſſimè ſuſtentatus ſum, cum novo Muneris mei continuandi primordio pariter creſcat & multiplicetur. Hâc igitur fiduciâ fretus, ſecurè acquieſco, & ſub inviĉtiſſimo Aquilinarum Alarum tutamine quaſi in nubibus conſiſtens, minimè auſculto aut curo, quid humi latrantium malevolorum Zoilorum mordacitas de me meiſque ſtudijs & ſcriptis perperàm judicet. Quod ſupereſt, cùm, anno hoc jam ferè finito, Calendæ inſtent Januariæ, debitáq; pietas poſtulet, ut DEO OPTIMO MAXIMO totus Chriſtianus Orbis pro IMPERATORIS Sui verè CHRISTIANISSIMI Salute & Proſperitate unanimiter ſolennia vota offerat, privatas ego preces meas cum publicis illis toto pectore conjungo, &, quantùm maximâ animi contentione fieri poteſt, precor & opto, ut novus ille annus, cùm Vniverſæ AVGVSTISSIMÆ DOMVI AVSTRIACÆ, tùm præcipuè TIBI, SACRATISSIME IMPERATOR, feliciſſimus fauſtiſſimúſq; ſit, & pacificis Divinæ Mentis Tuæ cogitationibus ac deſiderijs, quibus Tranquillitatis Europææ partim conſervationi, partim reſtaurationi, fortiſſimè ſimul & prudentiſſimè invigilas, fortunatè reſpondeat. Vindobonæ d. xv Decembris A. CIↃ IↃC LXXII.

PE-

PETRI LAMBECII HAMBVRGENSIS COMMENTARIORVM DE AVGVSTISSIMA BIBLIOTHECA CÆSAREA VINDOBONENSI LIBER QVINTVS,

quo continetur

Catalogus Manuſcriptorum Codicum Theologicorum Græcorum ſecundùm præſentem collocationis eorum ſeriem & novum ordinem numerorum, quibus ijdem nunc notati ſunt, a Codice ducenteſimo primo uſq; ad treceteſimum trigeſimum ſextum.

CCI.

D*Ucenteſimus primus* (1) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in *quarto*, in principio & fine mutilus, conſtátque nunc folijs *octoginta ſeptem*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſq; ad fol. 83 pag. 1, *S. Joannis Damaſceni Opus de Orthodoxâ Fide*, non, ut vulgò fit, in (2) *Libros quatuor*, ſed tantùm in *Capita* diviſum, à Capite *de Loco Dei & quòd Deus ſolus circumſcribi nequeat*, quod eſt in editione (3) *Billianâ* Pariſienſi *Libri primi decimum ſextum*, uſque ad *Libri quarti Caput ultimum de Reſurrectione.*

Secundò, & quidem à fol. 83 pag. 2 uſque ad folium 87 ſive ultimum, *Definitiones Theologicæ ex S. Clementis & S. Joannis Damaſceni, aliorúmque variorum Sanctorum Patrum Scriptis collectæ*, qua-

(1) *Fuit is olim inter Codices MS:os Theologicos Græcos* ducenteſimus quinquageſimus octavus.

(2) *Vide Lib. III horum Commentar. pag. 117 & Lib. IV pag. 217.*

(3) *Vide ibi pag. 281.*

rum titulus & principium : Ὅροι διάφοροι σὺν Θεῷ κατὰ τὴν παράδοσιν καὶ πίστιν τῆς ἁγίας καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας, συλλεγέντες ἀπό τε τοῦ μακαρίου ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ καὶ ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΔΑΜΑΣΚΗΝΟΥ καὶ ἑτέρων ὁσίων καὶ ἁγίων Πατέρων. Τί ἐστι Θεὸς, καὶ ὁσαχῶς νοεῖται Θεὸς, καὶ κατὰ τί λέγεται Θεός· καὶ ὅτε μὲν ἐρωτώμεν τί ἐστι Θεὸς, πρόδηλον ὅτι &c. Eædem *Definitiones Theologicæ* exſtant etiam ſuprà (1) in Codice CLVto, num. 6, ſed ibi in illarum Inſcriptione ſive Titulo nullà fit mentio *S. Joannis Damaſceni*.

CCII.

Ducenteſimus ſecundus (2) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* pervetuſtus & bonæ notæ in *octavo*, in principio & fine mutilus, conſtátque nunc folijs *ducentis ſexaginta novem*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc :

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſque ad fol. 180 pag. 2, *S. Joannis Damaſceni Opus de Orthodoxâ Fide*, non, ut vulgò fit, in *Libros quatuor*, ſed tantùm in *Capita* diviſum.

Secundò, & quidem à fol. 180 pag. 2 uſque ad fol. 245 pag. 2, ejuſdem *S. Joannis Damaſceni Logica, in Capita quinquaginta diviſa*, quorum *primum* inſcribitur hoc modo : Τοῦ μακαριωτάτου Ἀββᾶ Ἰωάννου Πρεσβυτέρου τοῦ Δαμασκηνοῦ, τοῦ ὄντως Φιλοσόφου, Κεφάλαια ν'. Κεφάλαιον α' Περὶ τοῦ ὄντος, οὐσίας τε καὶ συμβεβηκότος· *ultimum* autem, Κεφάλαιον ν' Περὶ τῆς καθ' ὑπόστασιν ἑνώσεως. *Præfatio ad Coſmam Epiſcopum Majumæ*, Portûs & Emporij Palæſtinæ, inſcribitur atque incipit his verbis : Τῷ ὁσιωτάτῳ καὶ θεοτιμήτῳ Κοσμᾷ, ἁγιωτάτῳ Ἐπισκόπῳ Μαιουμᾶ, Ἰωάννης ἐλάχιστος μοναχὸς ἐν Κυρίῳ χαίρειν. Τὸ μὲν στενὸν τῆς διανοίας καὶ τὸ ἄπορον τῆς γλώσσης &c. Plura de eâdem *Præfatione*, & de *Coſmâ Epiſcopo Majumæ*, vide Libri *Quarti* horum Commentariorum pag. 116 & 117, ubi agitur de Codice manuſcripto Theologico Græco CXLVIImo, num. 14.

Tertiò, & quidem à fol. 246 pag. 1 uſque ad fol. 269 ſive ultimum, ejuſdem *S. Joannis Damaſceni Liber de Hæreſibus*, cujus titulus & principium : Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ εἰς τὰ περὶ αἱρέσεων. Πασῶν αἱρέσεων μητέρες καὶ πρωτότυποι δ', &c. Exſtat quidem hic Liber in Operum *S. Joannis Damaſceni* (3) editione græco-latinâ *Billianâ* Pariſienſi, ſed tantùm lati-

(1) Vide Lib IV horum Commentar. pag. 140.

(2) Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos trecenteſimus decimus quintus.

(3) Vide ibi pag. 688.

latinè; ejúſque defectûs cauſa indicatur ibi à *Jacobo Billio* his verbis: *Hunc Libellum, quia Græcum Codicem nanciſci minimè potui, (in Templi enim D. Hilarij Pictavienſis direptione laceratum aut exuſtum fuiſſe puto) ut à Perionio translatus eſt, Lectori exhibemus.*

C C I I I.

Ducenteſimus tertius (1) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* pervetuſtus, mutilus ac lacerus, conſtátque nunc folijs *centum & ſeptem*. Continetur eo *S. Joannis Damaſceni Logica diviſa in Capita quinquaginta*, quibus in fine ſubſcriptum eſt, Τέλος τῶν φιλοσοφικῶν κεφαλαίων; ut & *ejuſdem Opus de Orthodoxâ Fide*, quod itidem, ut in præcedentibus Codicibus MStis, non in *Libros*, ſed tantùm in *Capita* diviſum eſt.

(1) Fuit is olim extra numerum.

C C I V.

Ducenteſimus quartus (2) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in *quarto*, conſtátq; nunc folijs *ducentis viginti novem*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

(2) Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos ſexageſimus nonus.

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſq; ad fol. 49 pag. 2, *S. Joannis Damaſceni Logica* cum *antiquis græcis Scholijs marginalibus*, *Tabulis ſynopticis*, & *Prolegomenis generalibus de Philoſophiâ*, quorum principium: Ἐπὶ πάσης τῆς τέχνης καὶ ἐπιστήμης τέσσαρα ταῦτα κατὰ τὸν Ἀριστοτέλην προβλήματα ζητεῖν ὀφείλομεν, εἰ ἔστι, τί ἐστιν, ὁποῖόν τί ἐστι, καὶ διὰ τί ἐστιν. ἐπὶ μὲν οὖν &c. Ipſa autem *S. Joannis Damaſceni Præfatio* inſcribitur ibi atq; incipit hoc modo: Τῷ ὁσιωτάτῳ καὶ θεοτιμήτῳ κυρῷ Κοσμᾷ τῷ Ἁγιοπολίτῃ Ἰωάννης μοναχός. Τὸ μὲν στενὸν τῆς διανοίας &c.

Secundò, & quidem à fol. 49 pag. 2 uſq; ad fol. 169 pag. 1, ejuſdem *S. Joannis Damaſceni Opus de Orthodoxâ Fide* cum *antiquis græcis Scholijs marginalibus*, diviſum in *Capita centum*; cujus titulus: Τοῦ ὁσίου Ἀββᾶ Ἰωάννου Πρεσβυτέρου τοῦ Δαμασκηνοῦ ἔκδοσις ἀκριβὴς τῆς ὀρθοδόξου πίστεως.

Tertiò, & quidem à fol. 169 pag. 2, uſq; ad fol. 199 pag. 2, *S. Maximi, Monachi & Martyris, Capitum de Charitate Centuriæ quatuor cum Præfatione ad Elpidium Monachum*, cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Μαξίμου τοῦ ὁμολογητοῦ πρός τινα Ἐλπίδιον μοναχὸν κεφάλαια τετρακόσια περὶ ἀγάπης. Ἰδοὺ τὸν περὶ ἀγάπης λόγον πέπομφα τῇ σῇ ὁσιότητι, Πάτερ Ἐλπίδιε, &c.

Vide Librum *quartum* horum Commentariorum paginâ 211, ubi agitur de Codice CXCIVto, num. 2.

Quartò, & quidem à fol. 200 pag. 1 usq; ad fol. 201 pag. 1, *S. Joannis Chrysostomi Homilia in Judam proditorem, cujus principium:* (1) Στυγνὴν τὴν ἐκκλησίαν ὁρῶ, &c. Titulus hujus Orationis *græcus* de industria ibi adeo deletus est, ut haud ampliùs sit legibilis.

(1) *Vide Operum S. Joannis Chrysostomi editionẽ græcã Savilianã Tom. VII pag. 306.*

Quintò, & quidem à fol. 202 pag. 1 usq; ad fol. 216 pag. 2, *Vita S. Joannis Damasceni conscripta à Joanne Patriarchâ Hierosolymitano*, cujus titulus & principium: Βίος τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ συγγραφεὶς παρὰ Ἰωάννου Πατριάρχου Ἱεροσολύμων. Τοῖς τετηρηκόσι τὸ κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἀρρύπωτον &c. Exstat quidem hæc *Vita* in Operum *S. Joannis Damasceni* editione *Billianâ* Parisiensi, sed tantùm *latinè*.

Sextò, & quidem à fol. 217 pag. 1 usq; ad fol. 229 sive ultimum, *Joannis Metropolitæ Euchaitorum Oratio in tres Sanctos Patres Basilium Magnum, Gregorium Nazianzenum & Joannem Chrysostomum*; cujus titulus & principium: Ἰωάννου Μητροπολίτου Εὐχαΐτων Ἐγκώμιον εἰς τοὺς ἁγίους καὶ θεσπεσίους ἡμῶν Πατέρας, Βασίλειον τὸν Μέγαν, Γρηγόριον τὸν Θεολόγον, καὶ Ἰωάννην τὸν Χρυσόστομον. Πάλιν Ἰωάννης ὁ τὴν γλῶτταν χρυσοῦς, καὶ πάλιν ἡμῖν ἐπιφανὴς ἑορτή· τρίτος μὲν τοι μὴν &c. Meminit hujus Orationis V. CL. *Leo Allatius* in Diatribâ de Symeonum Scriptis pag. 105.

CCV.

Ducentesimus quintus (2) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in *quarto*, constátq; nunc folijs *centum septuaginta sex*, & ab *Augerio Busbeekio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus *Constantinopoli*. Continentur eo hæc:

(2) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* ducentesimus quinquagesimus tertius.

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usq; ad fol. 48 pag. 1, *S. Joannis Damasceni Logica*, divisa in *Capita sexaginta octo*, quorum *primum* inscribitur περὶ γνώσεως, *ultimum* autem Ἀνάγκη ἐστὶ βίας αἰτία. *Præfatio ad Cosmam Episcopum Majumæ* inscribitur ibi atq; incipit hoc modo: Τῷ ὁσιωτάτῳ καὶ θεοτιμήτῳ Κοσμᾷ, ἁγιωτάτῳ Ἐπισκόπῳ τοῦ Μαϊουμᾶ, Ἰωάννης μοναχὸς χαίρειν. Τὸ μὲν στενὸν τῆς διανοίας &c. In fine autem *Capitis sexagesimi octavi* sive *ultimi* legitur hæc subscriptio: Ἐτελειώθησαν σὺν Θεῷ τὰ φιλόσοφα κεφάλαια τοῦ ἁγιωτάτου Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ.

Secun-

Secundò, & quidem à fol. 49 pag. 1 usq; ad fol. 160 pag. 2, ejusdem *S. Joannis Damasceni Opus de Orthodoxâ Fide*, divisum in *Capita centum & tria*, quorum ordo seu dispositio ab alijs Codicibus manuscriptis & ab editionibus impressis valdè discrepat. Caput enim περὶ πίστεως καὶ βαπτίσματος, quod in editione *Billianâ* Parisiensi *decimum* est *Libri quarti*, in hoc Codice MSto est totius Operis *vigesimum*. Caput autem, *Ad eos, qui quærunt, utrum ad continuam quantitatem, an verò ad discretam duæ naturæ referantur*, quod in jam memoratâ editione *Billianâ nonum* est *Libri quarti*, in hoc Codice MSto est *centesimum tertium*, clauditúrq; hâc subscriptione: Τέλος τῶν δογματικῶν κεφαλαίων. Cæterùm quòd Capita hæc non temerè, sed consultò sic disposita sint, apparet ex *Indice* æquè antiquo, qui cùm *Logicæ*, tùm *Operi de Orthodoxâ Fide*, conjunctim ibi præfixus est, & inscribitur his verbis: Πίναξ σὺν Θεῷ τῶν φιλοσόφων καὶ δογματικῶν κεφαλαίων τοῦ Δαμασκηνοῦ.

Tertiò, & quidem reliquis *sedecim* ejusdem Codicis folijs, quæ aliquanto sunt recentiora & imperiti bibliopegi culpâ perperàm antè jam memorata *Damasceni* Opera collocata sunt, continentur præcipuè hæc: I, Observatio Physica *de Divisione Ætatis humanæ in septem partes respectu totidem Planetarum, qui illis præsunt*; II, Observatio Theologica *de differentiâ inter vocabula* Ἐκπόρευσις *&* Πέμψις; III, Observatio Theologica *de decem Plagis Ægypti*; IV, Tabula Synoptica *de septem Concilijs Oecumenicis sive Generalibus*, quo tempore, quo loco, à quibus & contra quos unumquodq; celebratum sit; V, Sylloge Ethica *variorum Proverbiorum & Sententiarum*, inscripta Συμβολικαὶ Παραινέσεις; VI, Observatio Geographica *de magnitudine Terræ*; VII, Observatio Theologica *de verbis Prophetiæ Danielis Mane, Tekel, Phares*; VIII, Exemplum *de decem Prædicamentis sententiâ decem vocum succinctè comprehensis*; IX, *Suidæ Lexicographi* (1) locus *de Inventione literarum per Phœnices, & de translatione earundem per Cadmum Phœnicium in Græciam*, ut & *de Inventione Medicinæ per Apim Ægyptium* & *de ejusdem incremento per Æsculapium*, cujus principium τὰ γράμματα Φοίνικες &c; X, alius *Suidæ* (2) locus *de Cadmo Milesio*, antiquissimo Græcorum Historico, cujus principium Κάδμος Πανδίονος, Μιλήσιος, &c; XI, *Epitheta præcipuárum septem Urbium Italiæ*; nempe (3) *Romæ, Neapoleos, Bononiæ, Venetiarum, Florentiæ, Mediolani* & *Genuæ*; XII,

(1) *Vide* Suidæ *Lexicon lit.* Γ, v. Γράμματα.

(2) *Vide* Suidæ *Lexicon lit.* K. v. Κάδμος. *Quomodo autem hic* Suidæ *locus, ubi* Cadmus Milesius *perperàm cum* Cadmo Phœnicio *confundatur, corrigendus sit, v. de Historia mea Literaria lib. 2, cap. 2, § 6 pag. 157.* (3) *Hoc enim ordine ibi collocata sunt.*

XII, anonymi cujusdam Autoris *Carmen echoicum*, cujus principium: Στοᾶς ὁρῶ τὸ μῆκος ὡς μέγα μέγα &c; XIII, *Observatio Physica de quatuor Elementorum qualitatibus respectu quatuor temporum anni*; XIV, *Gennadij Patriarchæ Constantinopolitani*, qui ante Patriarchatum appellatus fuit *Georgius Scholarius*, *Epistola ad Monachum quendam Montis Sinai* de controversijs quibusdam, partim ad *Patriarcham Hierosolymitanum*, partim ad *Armenios* & *Latinos* sancta Palæstinæ loca invisentes, pertinentibus, cujus titulus & principium: Ἐπιστολὴ κυροῦ (1) ΓΕΝΑΔΙΟΥ τοῦ Σχολαρίου, Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως. Τιμιώτατε ἐν μοναχοῖς, καὶ ἐμοὶ ἐν Κυρίῳ Ἰησοῦ ποθεινότατε, χάριν καὶ ἔλεος καὶ εἰρήνην ἐπευχόμεθά σοι ἀπὸ Θεοῦ παντοκράτορος. Αἱ γραφαὶ τῆς σῆς εὐλαβείας &c; XV, ejusdem *Patriarchæ Gennadij Epistola* ejusdem ferè argumenti ad *Joachimum Hieromonachum Sinaitam*, cujus principium: Τιμιώτατε ἐν ἱερομονάχοις κυρὲ Ἰωακείμ. Ἐπειδὴ ἔλαθεν ἡμᾶς τοῦτο, καὶ οὐκ ἐγράψαμεν ἐν τῷ πιττακίῳ τῷ πρὸς τὴν ἁγίαν μονήν, γράφομεν τοῦτο ἰδίως καὶ οἰκειοχείρως &c.

C C V I.

Ducentesimus sextus (2) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *chartaceus* antiquus in *quarto*, & ab aquâ marinâ miserè deformatus, constátque nunc folijs *ducentis sexaginta quatuor*, & ad *Marcum Mamunam Cretensem* olim pertinuit. Continetur eo *S. Joannis Damasceni* (3) *Octoechus cum Commentario amplissimo Joannis Zonaræ*, ex *Aulæ Imperialis Constantinopolitanæ Magno Drungario Vigiliæ & Protosecretario Asceta sive Monachi*. Titulus hujus *Commentarij* adeò evanuit, ut mihi prorsùs fit illegibilis. Ipse autem *Commentarius* incipit, itidem ut (4) in Codice MSto Theologico Græco XXVto, his verbis: Ἐπεὶ κανόνων ἑρμηνεία ἐστὶ τὸ παρὸν σύνταγμα, χρὴ καὶ περὶ αὐτὸ τὸ ὄνομα &c. Antiquissima editionum græcarum *Octoechi* impressarum, quas hactenùs in *Augustissimâ Bibliothecâ Cæsareâ* reperi, prodijt *Venetijs* A. 1523 in octavo, eidémque *Imago S. Joannis Damasceni* præfixa est.

C C V I I.

Ducentesimus septimus (5) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *chartaceus* antiquus in *quarto* vel *octavo majusculo*, constát-

(1) *Sic etiam in fine ibidem scriptum est* ὁ ταπεινὸς ΓΕΝΑΔΙΟΣ, *non autem* ΓΕΝΝΑΔΙΟΣ *per duplex* N. *Plura de hoc* Gennadio, *&* *illâ ipsâ ejusdem Epistolâ, cujus hîc fit mentio, vide apud V.* CL. Leonem Allatium *in Diatribâ de* Georgiis *& eorum scriptis, pag.* 394 *&* 406 *editionis Parisinæ post* Georgium Acropolitam *in Corpore Historiæ Byzantinæ.*

(2) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* centesimus quinquagesimus tertius. (3) *Vide Operum* S. Joannis Damasceni *editionem* Billianam *Parisiensem pag.* 599. *&* Leonis Allatij *Dissertationem primâ de Libris Ecclesiasticis Græcorum pag.* 64, 65, 66, 67 *&* 68. (4) *Vide Lib.* III *horum Commentariorum pag.* 39. (5) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* trecentesimus decimus quartus.

ſtátque nunc folijs *centum & undecim*, & ad V. CL. *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſq; ad fol. 15 pag. 2, *Antonij Monachi*, qui *Anthologiū Sacræ Scripturæ, Meliſſam* ſive *Apem* inſcriptum, compoſuit, *Capita ethica nonaginta unū de moribus hominum & bonâ converſatione*; quorū titulus & principiū: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν ἈΝΤΩΝΙΟΥ (1) Κεφάλαια, ἐν οἷς περὶ ἤθους ἐλάλησεν ἀνθρώπων καὶ χρηστῆς πολιτείας, ἐκ τῶν θείων γραφῶν ἀνθολογήσας, καὶ ΜΕΛΙΣΣΑΝ τὸ βιβλίον ὀνομάσας. Κεφάλαιον α. Ἄνθρωποι λογικοὶ καταχρηστικῶς λέγονται· οὐκ εἰσὶ δὲ λογικοὶ, οἱ τοὺς λόγους καὶ τὰ βιβλία τῶν παλαιῶν σοφῶν ἐκμανθάνοντες, ἀλλ' οἱ λογικὴν ἔχοντες ψυχὴν, καὶ &c.

(1) Cùm Capita hæc ethica ab Anthologio Sacræ Scripturæ, Meliſſa inſcripto, prorſùs diverſa ſint, neceſſariò ſequitur, Titulum hunc græcum reformandum eſſe hoc modo: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν ἈΝΤΩΝΙΟΥ, τοῦ ἐκ τῶν θείων γραφῶν ἀνθολογήσαντος, καὶ ΜΕΛΙΣΣΑΝ τὸ βιβλίον ὀνομάσαντος, Κεφάλαια περὶ ἤθους ἀνθρώπων καὶ χρηστῆς πολιτείας. Κεφάλαιον α. Ἄνθρωποι λογικοὶ &c.

Secundò, & quidem à fol. 15 pag. 2 uſq; ad fol. 24 pag. 1, *S. Nili*, diſcipuli *S. Joannis Chryſoſtomi*, & ex Præfecto Vrbis Conſtantinopolitanæ Monachi atq; Abbatis, *Epiſtola aſcetica*, diviſa in Capita *quinquaginta quatuor*, cujus titulus & principium: Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν καὶ σοφωτάτου ΝΕΙΛΟΥ ἐπιστολὴ ἔχουσα κεφάλαια ιδ'. Κἂν μηδεὶς διώκει σε τύραννος ἄλλην, ἀλλ' ὅμως γίνου ἕτοιμος εἰς μαρτύριον, &c. Exſtat quidem hæc Epiſtola inter *S. Nili Epiſtolas* à V. CL. *Leone Allatio* Romæ typis Barberinis græcè & latinè A. 1668 in folio editas, ſed multis ſcatens mendis, & in totidem diſcerpta diverſas Epiſtolas, quot conſtat Segmentis ſeu Capitibus. Illa ipſa etiam unius ejuſdem Epiſtolæ fragmenta, adeò ibi à ſe invicem diſperſa, & adeò præpoſtero ordine collocata ſunt, ut ad confuſionem iſtam plenè indicandam novâ prorsûs editione opus ſit. Initium enim ſive *Caput primum* hujus Epiſtolæ eſt in jam memoratâ *Allatianâ* editione Epiſtola *ſeptuageſima prima* Libri *tertij*, atque ibi incipit, Ἐὰν μηδεὶς διώκῃ σε pro Κἂν μηδεὶς διώκει σε &c. *Secundum* ejuſdem Epiſtolæ Caput, Μὴ κατοκνῶμεν &c, eſt in eâdem *Allatianâ* editione Epiſtola *ducenteſima nonageſima quinta* Libri *tertij*. *Tertium* ejuſdem Epiſtolæ Caput, Οὐδεὶς ταπεινότερος τοῦ ἁμαρτήσαντος &c, eſt in eâdem *Allatianâ* editione Epiſtola *ducenteſima quinquageſima ſexta* Libri *tertij*; &, ut brevitatis causâ reliqua Capita ſilentio prætercam, Caput *quinquageſimum quartum* ſive *ultimum*, Τόλμησον προσελθεῖν &c, eſt in *Allatiana* editione Epiſtola *trecenteſima vigeſima ſeptima* Libri *tertij*, & in Codice hoc MSto Cæſareo deſinit his verbis: Χριστὸς φιλάνθρωπος· αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν.

Ter-

Tertiò, & quidem fol. 24 pag. 1 & 2, ejuſdem *S. Nili Inſtructio ad Monachos juniores*, quæ eſt in ſuprà memoratâ *Allatianâ* editione Epiſtola *trecenteſima tertia* Libri *tertij*, & in Codice hoc MSto Cæſareo inſcribitur atq; incipit hoc modo: Τοῦ αὐτοῦ πρὸς νεωτέρους μοναχοὺς διδασκαλία. Δεῖ τὸν νέον ἀσκεῖν σώματος ἡσυχίαν &c.

Quartò, & quidem à fol. 24 pag. 2 uſq; ad fol. 28 pag. 2, ejuſdem *S. Nili Sententiæ*, quarum titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ Νείλου γνῶμαι, κολλῶσαι τοῖς ἀφθάρτοις τὸν ἄνθρωπον. Ὁδὸς εἰς ἀρετὴν ἡ τοῦ βίου φυγὴ &c.

Quintò, & quidem à fol. 28 pag. 2, uſq; ad fol. 56 pag. 1, *Joannis Carpathij Liber Conſolatorius ad Monachos Indiæ, in Capita centum diviſus*; cujus titulus & principium: Τοῦ μακαρίου Ἰωάννου τοῦ Καρπαθίου πρὸς τοὺς ἀπὸ τῆς Ἰνδίας προτρέψαντας μοναχοὺς λόγοι παρακλητικοὶ ἑκατόν. Τοῖς ἐπὶ γῆς βασιλεῦσι ἐαρινὰ ἄνθη προσάγοντες &c. Meminit hujus Libri *Photius Patriarcha Conſtantinopolitanus* in recenſione Codicis *ducenteſimi primi* Bibliothecæ ſuæ his verbis: Κρατεῖ δ᾽ οὖν ἐν τοῖς περὶ ὀλίγου εἰρημένοις πολλῷ ἸΩΑ´ΝΝΟΥ ΤΟΥ῀ ΚΑΡΠΑΘΙ´ΟΥ, ἧς ἐπιγραφὴν αὐτοῦ τῷ πονήματι δίδωσι ΠΡΟ`Σ ΤΟΥ`Σ ἈΠΟ` ΤΗ῀Σ ἸΝΔΙ´ΑΣ ΠΡΟΤΡΕ´ΨΑΝΤΑΣ ΜΟΝΑΧΟΥ`Σ ΠΑΡΑΚΛΗΤΙΚΟ`Σ. ἙΚΑΤΟ`Ν δὲ καὶ οὗτος ΚΕΦΑΛΑΙ´ΟΙΣ περιμοῖ αὐτό.

Sextò, & quidem fol. 56 pag. 1 & 2, *Expoſitio Fidei*, quam (1) *S. Gregorius Thaumaturgus*, Neocæſareæ in Ponto Epiſcopus, ſub principium ſuſcepti muneris Epiſcopalis per revelationem nocturnæ viſionis accepit à *S. Joanne Evangeliſtâ*. Titulus ejus cum principio eſt ibi talis: Ἔκθεσις πίστεως, ἣν ὁ θεολόγος καὶ ἀπόστολος Ἰωάννης ἐπὶ παρουσίας τῆς παναγίας Θεοτόκου κατ᾽ ἐπιτροπὴν αὐτῆς τῷ ἁγίῳ καὶ θαυματουργῷ Γρηγορίῳ ἐν ὀπτασίᾳ ὑπηγόρευσεν. Εἷς Θεὸς Πατὴρ Λόγου ζῶντος, &c.

(1) *Vide Lib. II horum Commentar. pag. 270 & 271, & Lib. III pag. 101 & 196.*

Septimò, & quidem à fol. 56 pag. 2 uſque ad fol. 57 pag. 2, *Symbolum Fidei Chriſtianæ*, cujus titulus & principium: Λίβελλος τῆς ὀρθῆς καὶ ἀμωμήτου τῶν Χριστιανῶν πίστεως. (2) Πιστεύω εἰς ἕνα θεὸν Πατέρα ἀγέννητον, καὶ εἰς ἕνα Υἱὸν γεννητὸν, καὶ ἓν Πνεῦμα ἅγιον ἐκπορευτὸν, &c.

(2) *Vide Lib. III horum Commentar. pag. 100.*

Octavò, & quidem fol. 57 pag. 2 & fol. 58 pag. 1, *S. Cyrilli Archiepiſcopi Alexandrini Quæſtiones & Reſponſiones de Orthodoxâ Fide*

de, quarum titulus & principium: (1) Τοῦ ἁγίου Κυρίλλου περὶ πίστεως. Ἐρώτησις· Ἐπὶ τῆς θεολογίας πόσας φύσεις ὁμολογεῖς; &c. (1) *Vide ibid. pag.* 100.

Nonò, & quidem fol. 58 pag. 1 & 2, *S. Joannis Damasceni Fragmentum de S. Trinitate*; cujus titulus & principium: Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος. Ἐπὶ μὲν τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου καὶ ζωοποιοῦ Τριάδος &c.

Decimò, & quidem fol. 58 pag. 2 & fol. 59 pag. 1, *Fragmentum ex Sanctorum Patrum Synodico*, cujus titulus & principium: Τῶν ἁγίων Πατέρων ἐν τῷ Συνοδικῷ. Οἱ Προφῆται ὡς εἶδον, οἱ Ἀπόστολοι ὡς ἐδίδαξαν, ἡ Ἐκκλησία ὡς παρέλαβεν, &c.

Vndecimò, & quidem à fol. 59 pag. 1 usq; ad fol. 61 pag. 1, *Abgari Principis Edessæ & CHRISTI Servatoris nostri Epistolæ duæ mutuæ*, cum subjunctâ Narratione de *Imagine Christi non-manufactâ ad Abgarum missâ*, & de *Thaddæo*, uno ex septuaginta duobus discipulis, qui post *Christi* ascensionem in Cœlum *Edessam Syriæ* profectus, *Abgarum* Principem & populum *Edessenum* convertit ad Christianam religionem. *Epistola Abgari ad Christum* inscribitur ibi atque incipit his verbis: Ἐπιστολὴ Αὐγάρου Τοπάρχου πόλεως Ἐδέσσης πρὸς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν. Αὔγαρος Τοπάρχης πόλεως Ἐδέσσης Ἰησοῦ Σωτῆρι ἀγαθῷ, ἀναφανέντι ἐν πόλει Ἱεροσολύμων, χαίρειν. Ἤκουσταί μοι τὰ περί σου καὶ τῶν σῶν ἰαμάτων, &c. *Epistola* autem *Christi ad Abgarum* inscribitur atque incipit hoc modo: Ἐπιστολὴ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ πρὸς Αὔγαρον. Μακάριος εἶ Αὔγαρε, καὶ ἡ πόλις σου ἥτις καλεῖται Ἔδεσσα, ὅτι ἐπίστευσας εἰς ἐμὲ μὴ ἑωρακώς με. περὶ δὲ οὗ ἔγραψάς μοι &c. Utraque Epistola in hoc Codice MSto non mediocriter discrepat ab earundem editionibus, quæ exstant apud *Eusebium Pamphili* Histor. Eccles. lib. 1 cap. 13, apud *Georgium Cedrenum* in Compendio Historiarum pag. 175 & 176 editionis gr. lat. Parisinæ in folio, & apud *Nicephorum Callisti* Histor. Eccles. lib. 2 cap. 7; & quidem præcipuè *Epistola Christi*, quippe quæ ibi in fine multò est auctior, & præter alia annexam habet *subscriptionem Christi cum Sigillo* ✠. Ψ. X. E. Y. P. A., ejúsque *Interpretatione*. Meminit quidem *Sigilli Christi* etiam *Cedrenus* jam citato loco, sed expressè illud vocat σφραγῖδα γράμμασιν ἙΒΡΑΙΚΟΙΣ ἐνσημανθεῖσαν ἑπτὰ, hoc est, *Sigillum literis HEBRAICIS septem insignitum*, atque insuper addit, sensum ejus fuisse: Θεοῦ θεαθὲν θαῦμα θεῖον. Vnde patet *græcanicum* illud *Sigillum*, quod in Codice hoc MSto ex-

ſtat, ut & ejuſdem *Interpretationem ex linguâ Græcâ deductam*, merum eſſe figmentum recentioris cujuſdam Græculi; quem eundem reliqui etiam interpolatitij Additamenti ejuſdem Epiſtolæ autorem eſſe exiſtimo. Plura de jam memoratis duabus Epiſtolis, earúmque fide, autoritate & conſervatione vide apud Em. Card. *Baronium* Annal. Eccleſ. Tom. 1. A.C. 31, num. 57, 58, 59, 60, 61, & apud R. P. *Jacobum Gretſerum* S. J. in Syntagmate doctiſſimo *de Imaginibus non-manufactis*, in Corpore Hiſtoriæ Byzantinæ cum *Georgij Codini* Libro de OfficijsMagnæ Eccleſiæ & Aulæ Conſtantinopolitanæ in folio edito, ubi totis undecim prioribus Capitibus *de Imagine Edeſſenâ non manufactâ, ſed à Chriſto Domino linteo impreſſâ*, accuratè & ſolidè agitur.

Duodecimò, & quidem fol. 61 pag. 2 & fol. 62, pag. 1, *Expoſitio & Interpretatio Splenij Philoſophi de generatione hominis*; cujus titulus & principium: Περὶ γενέσεως τοῦ ἀνθρώπου (1) ΣΠΛΗΝΙΟΥ Φιλοσόφου ἐξήγησις καὶ ἑρμηνεία. Τὸ σπέρμα ἐν τῇ μήτρᾳ καταβαλλόμενον, ἐν μὲν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀλλοιοῦται εἰς αἷμα, &c. Huc quoq; pertinet, quod in *Conradi Geſneri & Joannis Jacobi Friſij* Bibliothecâ Vniverſali literâ S legitur his verbis: *SPLENII Philoſophi de generatione hominis liber græcus exſtat Romæ in Vaticanâ Bibliothecâ.*

Decimotertiò, & quidem à fol. 62 pag. 1 uſque ad fol. 63 pag. 2, anonymi cujuſdã Autoris *Narratio de triduanâ Sepulturâ & Reſurrectione Chriſti, & de ave Phœnice*; cujus titulus & principium: Ἱστορία τῆς τριημέρου ταφῆς καὶ ἀναστάσεως τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐν τοῖς εὐαγγελίοις λέγει. ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι τὴν ψυχήν μου &c.

Decimo quartò, & quidem fol. 63 pag. 2, anonymi cujuſdam Autoris *Oratio hiſtorica de Sanctâ Cruce*, cujus titulus & principium: Περὶ τοῦ τιμίου Σταυροῦ ἑρμηνεία. ζητοῦσι τινὲς, πόθεν ἀρχὴ τὸ ξύλον τοῦ σταυροῦ γέγονεν, καὶ ἐν ποίῳ τόπῳ, &c. Superſunt autem ibi nunc tantùm novem primi verſus ſeu lineæ uſque ad finem ſuprà memoratæ paginæ ſecundæ folij 63. Proximè enim ſequentia aliquot folia, quæ continuationem continuerunt principij iſtius Orationis furtivè exciſa ſunt ſceleſti cujuſdam hominis manu, cui Codex ille MStus, de quo nunc agitur, ante meam Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ Præfecturam, ut multi alij præſtantiſſimi Codices MSti, nimis prodigè ac negligenter fuit commodatus.

Decimo quintò, & quidem à fol. 64 pag. 1 uſque ad fol. 67 pag. 1, anonymi

(1) *De hoc* SPLENIO *nuſquam alibi ullam mentionem hactenùs potui reperire. Viderint ergò alij, an fortè imperiti librarij græci* PLINIVM *transmutârint in* ΣΠΛΗΝΙΟΝ. *In antiquiſſimis enim Codicibus MStis Græcis* Sigma græcum *ſcribitur tanquam* C latinum; *ut Libro ſecundo horum Commentar. inter pag. 590 & 591, & inter pag. 1008 & 1009 videre eſt. Minimè tamen me latet, prænomen* CAIVS *aliqui græcè ſcribi per* Γ *ſive* Gamma.

anonymi cujusdam Autoris *Oratio de Inferno*, cujus primum vel etiam plura folia ejusdem suprà memorati scelesti hominis manu furtivè excisa sunt. Residua ejusdẽ pars incipit nunc ibi his verbis; - - - καὶ ζόφου καὶ τρόμου ἀνάπλεως, βρυγμοῦ τε καὶ φόβου πλήρης, &c.

Decimo sextò, & quidem fol. 67 pag. 2, anonymi cujusdam Autoris *Chronologia Imperatorum Constantinopolitanorum ab Imp. Constantino Magno usq; ad Imp. Theodosium Adramyttenum*, qui invitus cœpit imperare A.C. 715, & spontè cessit *Imp. Leoni Isauro* A.C. 717.

Decimo septimò, & quidem à fol. 68 pag 1 usque ad fol. 76 pag. 1, *Joannis Episcopi Carpathij Capita ethica sive moralia octoginta*, quorum titulus & principium: Τοῦ μακαρίου Ἰωάννου Ἐπισκόπου Καρπαθίου Κεφάλαια ἠθικὰ π'. Ἔξεστι παντὶ χριστιανῷ τῷ ὀρθῶς πιστεύοντι &c.

Decimo octavò, & quidem à fol. 76 pag. 1 usque ad fol. 79 pag. 1, ejusdem *Joannis Episcopi Carpathij Capita triginta unum de Oratione*, quorum titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ Κεφάλαια περὶ εὐχῆς λα'. Ψυχὴν ἔρωτι νυμφικῷ τετρωμένην &c.

Decimo nonò, & quidem à fol. 79 pag. 2, usque ad fol. 83 pag. 1, ejusdem *Joannis Episcopi Carpathij Capita gnostica triginta duo*, quorum titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ Κεφάλαια γνωστικὰ λβ'. Φωτίζεται νοῦς γνωστικὸς θεωρίας &c.

Vigesimò, & quidem à fol. 83 pag. 1 usque ad fol. 96 pag. 1, ejusdem *Joannis Episcopi Carpathij de Praxi & Theoriâ spirituali Capita centum & octo*, quorum titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ περὶ πράξεως καὶ θεωρίας πνευματικῆς Κεφάλαια ρή. Ἀπαρχὰς ἅλωνος καὶ ληνοῦ &c.

Vigesimo primò, & quidem à fol. 96 pag. 1 usque ad fol. 106 pag. 1, *Thalassij Monachi Capita quadraginta de Charitate, & continentiâ & de Regimine mentis*, quorum titulus & principium: (1) ΘΑΛΑΣΣΙΟΥ μοναχοῦ ἀσκητοῦ Κεφάλαια τετρακόσια περὶ ἀγάπης καὶ ἐγκρατείας καὶ τῆς κατὰ νοῦν πολιτείας πρὸς Παῦλον πρεσβύτερον. Ἑκατοντὰς πρώτη, ἧς ἡ ἀκρόστιχις αὕτη. Πνευματικῷ ἀδελφῷ καὶ ἀγαπητῷ κυρίῳ Παύλῳ Θαλάσσιος, τῷ μὲν φαινομένῳ ἡσυχαστὴς, τῇ δὲ ἀληθείᾳ πραγματευτὴς (2) κενοδοξίας. Πάθος πρὸς Θεὸν ὁλικῶς τεταμένος &c.

(1) *Vide Magnam Bibliothecam Veterum Patrũ græco-latinam Parisinam Tomo XI pag. 1179. & Tomo XVII pag. 18. & 82.*

(2) *Ita quidem ibi scriptum est, nempe* κενοδοξίας; *re verâ tamen legendum est* κενόδοξος, *uti infrà in Codice CCXXXIV^to^ num. 18.*

Vigesimo secundò, & quidem à fol. 106 pag. 1 usque ad fol. 108 pag. 1, (1) *Nicolai Metropolitæ Thessalonicensis Responsio ad Interrogationem, Quis sit Scopus Incarnationis Dominicæ.* Ipsa tituli græci verba cum principio ipsius Libelli sunt hæc: Νικολάυ τȣ̃ ἁγιωτάτȣ Μητροπολίτȣ Θεσσαλονίκης πρὸς τὴν ἐρώτησιν τȣ̃, τίς ὁ σκοπὸς τȣ̃ τȣ̃ Κυρίȣ ἐνανθρωπήσεως. Εἰ καὶ φιλόχρυσοι καὶ φιλόϋλοι ἄνθρωποι &c.

Vigesimo tertiò, & quidem à fol. 108 pag. 1 usque ad fol. 110 pag. 1, ejusdem *Nicolai Metropolitæ Thessalonicensis Expositio verborum S. Gregorij Nazianzeni* Ὢ τῆς καινῆς μίξεως, ὢ τῆς παραδόξȣ κράσεως. Ipsa tituli græci verba cum principio Expositionis sunt hæc: Τοῦ αὐτȣ̃ εἰς τὸ, Ὢ τῆς καινῆς μίξεως, ὢ τῆς παραδόξȣ κράσεως. Ἐρωτᾷς ὦ φίλων ἄριστε, τί ἐστιν ἐκεῖνο ὅ φησιν ὁ ἐν θεολογίᾳ μέγας Γρηγόριος· Ὢ τῆς καινῆς μίξεως, ὢ τῆς παραδόξȣ κράσεως· καὶ βȣ́λει μαθεῖν τίς ἡ τῶν ῥημάτων τȣ́των ἡ δύναμις. Ἰδȣ̀ σοι &c.

Vigesimo quartò, & quidem fol. 110 pag. 1 & 2, (2) ex APHRODISIANI *Historiâ Excerptum* (3) *de Moribus, Formâ & vestitu Beatissimæ Virginis Deiparæ*; cujus titulus & principium: Ἰστέον ὅτι κατὰ τὸν Ἱστορικὸν ΑΦΡΟΔΙΣΙΑΝΟΝ τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκȣ τὸ ἦθος ἦν σεμνὸν, ὀλιγόλαλον, ταχυπήκοον, σεμνοπεριπάτητον, ἀπαρρησίαστον, &c.

Vigesimo quintò, & quidem fol 110 pag. 2, anonymi cujusdam Autoris Observatio Physica *de Divisione Ætatis humanæ in partes septem*; cujus principium: Αἱ τȣ̃ ἀνθρώπȣ ζ ἡλικίαι εἰσὶν ὅυτως. Βρέφος ἀπὸ γεννήσεως ἕως ἐτῶν δ. &c. Diversa autem est hæc *Divisio Ætatis humanæ ab alterâ* illâ, quæ exstat suprà in Codice MSto Theologico Græco CCVto, num. 3.

Vigesimo sextò, & quidem fol. 110 pag. 2, & fol. 111 pag. 1, anonymi cujusdam Autoris Fragmentum Theologicum *de hominis Libero Arbitrio*, cujus titulus & principium: Περὶ τȣ̃ αὐτεξȣσιότητος. Ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον αὐτεξȣ́σιον ἔπλασε, λόγῳ καὶ σοφίᾳ τιμήσας, &c.

Quòd restat, silentio haud prætereundum est, Codicem hunc MStum Theologicum Græcum CCVIImum esse illum ipsum, cujus *Joannes Jacobus Frisius* in Bibliothecâ Vniversali, & quidem lit. A, meminit his verbis: *Ejusdem ANTONII Monachi & Abbatis, natione* (4) *Ægyptij, Opus Theologicum, quod MELISSAM, id est,* Apiarium

(1) *Hic est* Nicolaus Cabasilas, Archiepiscopus Thessalonicensis, *de quo vide* Leonis Allatij *Diatribam de* Nilis *&* *eorũ scriptis, & quidem cap. 14, ubi agitur de* Nilo Cabasilâ *Archiepiscopo Thessalonicensi, qui fuit jã memorati* Nicolai *Patruus. Floruit autem* Nicolaus *seculo post Christum decimo quarto circa annũ 1350. Vide ibidem pag. 50 & 54.*

(2) *De hoc* Aphrodisiano Persâ, *qui scripsit de* Nativitate Beatissimæ Virginis Deiparæ, *vide Lib. IV horum Commentariorum pag. 132.* (3) *Vide etiam* Nicephori Callisti *Hist. Eccles. lib. 2 cap. 23.* (4) *Perperàm hic confunditur* S. Antonius Ægyptius, *qui A.C. 356 obijt, cum multò recentiori & incertæ ætatis* Antonio, *autore Melissæ.*

Apiculam inſcripſit, varijs conſtans Capitibus, præcipuè verò de politiâ Chriſti tractans, junctis JOANNIS (1) *cujuſdam Locis ethicis, exſtat græcè manuſcriptum in octavo in Bibliothecâ Imperatoriâ. Idem* (2) *Opus CL. V. Conradus Geſnerus Venetijs acquiſitum, græcè & latinè ſeorſim, eodem & Joanne Ribitto interprete, excudi curavit Tiguri apud Chriſtophorum Froſchoverum A. 1546 hoc titulo: Sententiarum ſive Capitum, Theologicorum præcipuè, ex ſacris & profanis Libris Tomi tres per Antonium & Maximum Monachos olim collecti. Antonij Loci Meliſſæ inſcripti, numero ſunt centum ſeptuaginta quinque.* Hæc ibi *Joannes Jacobus Friſius*; ſed quàm verè & accuratè, ex Annotationibus in margine hîc appoſitis videre eſt.

(1) *Is eſt* Joannes Carpathius, *ut ſuprà num.* 5, 17, 18, 19 & 20 *videre eſt.*

(2) *Minimè verò.* Nã Opuſculum Antonij autoris Meliſſæ, *quod in hoc Codice MSto exſtat, prorsùs diverſum eſt ab illis* Locis Communibꝰ, *quos* Geſnerus *edidit; ut manifeſtè apparet ex principio ejus ſuprà num.* 1.

CCVIII.

Ducenteſimus octavus (3) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* mediocriter antiquus in *folio*, conſtátq; folijs *ſexaginta ſeptem*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſq; ad fol. 10 pag. 2, *Photij Patriarchæ Conſtantinopolitani Liber de Voluntatibus in Chriſto, quæ vocantur Gnomicæ.* Ipſa tituli græci verba & principium Libri ſunt hæc: Φωτίου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως περὶ τῶν γνωμικῶν θελημάτων ἐπὶ Χριστοῦ λόγος. Περὶ γνωμικῶν θελημάτων ἐπὶ Χριστοῦ λόγος, τῇ μὲν ἐστὶ χαλεπὸς, τῇ δὲ ῥάδιος. διότι μὲν γὰρ οὐδεὶς, ὅσα γε ἐμὲ εἰδέναι, τῶν ἀξιολόγων καὶ θεοφρόνων Πατέρων &c. Edidit quidem hunc *Photij* Librum *Petrus Stevartius* Leodienſis, Sacrarum Literarum in Academiâ Ingolſtadienſi Profeſſor, in Auctario Antiquæ Lectionis *Henrici Caniſij*, Ingolſtadij typis Ederianis A. 1616 in quarto edito, à pag. 437 uſq; ad pag. 452, ſed tantùm *latinè* ſecundùm verſionem R.P. *Franciſci Turriani* è Societate JESV.

Secundò, & quidem à fol. 11 pag. 1 uſq; ad fol. 17 pag. 2, *Thomæ* (4) *Patriarchæ Hieroſolymitani Epiſtola adverſus Armenos hæreticos, à Theodoro Abucarâ Arabicè ſcripta, & à Michaele Syncello tranſlata in linguam græcam*; cujus titulus & principium: Ἐπιστολὴ περιέχουσα τὴν ὀρθὴν καὶ ἀμώμητον πίστιν, μόνην ἀληθινὴν καὶ κατὰ τὸν ὅρον τῆς ἐν Χαλκηδόνι συγκεκροτημένης Συνόδου τὸν περὶ τῆς εἰς Χριστὸν τὸν Θεὸν ἡμῶν ὀρισθέντα λόγον πεμφθεῖσα παρὰ τοῦ μακαρίου Πάπα ΘΩΜΑ Πατριάρχου Ἱεροσολύμων πρὸς τοὺς κατὰ τὴν Ἀρμενίαν αἱρετίζοντας, ἀραβιστὶ μὲν ὑπὸ ΘΕΟΔΩΡΟΥ τοῦ τὸ ἐπίκλην ΑΒΟΥΚΑΡΑ, τοῦ Καρῶν Ἐπισκόπου, ὑπαγορευθεῖσα, διὰ δὲ ΜΙΧΑΗΛ πρεσβυτέρου καὶ ΣΥΓΓΕΛΟΥ τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου μεταφρασθεῖσα,

(3) *Fuit hic olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* trecenteſimus ſextus.

(4) *In* Marquardi Freheri *Chronologiâ Iuri Græco-Romano præfixâ refertur initium Patriarchatûs hujus* Thomæ *ad annũ Chriſti* 802.

 μεθ'

μεθ' ὃ καὶ ἀπέσταλται. Χριστὸς ὁ Κύριος καὶ Θεὸς ἡμῶν τῷ τῶν Ἀποστόλων ἔφη κορυφαίῳ Πέτρῳ· σὺ εἶ Πέτρος, ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ &c. Tota hæc *Epistola* exstat *græcè & latinè* inter *Theodori Abucaræ* varia contra Hæreticos, Judæos & Saracenos Opuscula à R. P. *Jacobo Gretsero* S. I., cum *Anastasij Sinaitæ* Ὁδηγῷ sive *Duce Viæ adversus Acephalos*, conjunctim edita Ingolstadij typis Adami Sartorij A. 1606 in quarto. Vide ibi pag. 428. Prodijt autem *Gretseriana* illa editio ex Codice manuscripto Bibliothecæ Serenissimi utriusq; Bavariæ Ducis *Maximiliani*, ideóq; haud inutile erit, eam cum hoc Codice MSto *Cæsareo* accuratè conferri.

Tertiò, & quidem à fol. 18 pag. 1 usq; ad fol. 24 pag. 2, *Themistij cognomento* Εὐφραδοῦς *sive Eloquentis Gratiarum actio ad Imp. Theodosium Magnum sive Seniorem ob pacem A. C. 382 cum Athanarico & universâ Gente Gotthorum factam, & ob Consulatum Saturnino Magistro Militum collatum in sequentem A. 383*, quo is Consul fuit cum *Merobaude*. Titulus hujus *Orationis*, omissis *Themistij* & *Imp. Theodosij* nominibus, est talis: Χαριστήριος τῷ Αὐτοκράτορι ὑπὲρ τῆς εἰρήνης καὶ τῆς ὑπατείας τοῦ στρατηγοῦ Σατορνίνου. Ipsa autem *Oratio* incipit his verbis: Πολλάκις ἐβουλευσάμην κατ' ἐμαυτὸν, ὅτι μοι καὶ τοῦ σώματος πεποιηκότος, καὶ τοῦ (1) γήρως ἐπιδιδόντος, καταθετέον ἤδη τὴν πινακίδα, καὶ ἀφεκτέον τοῦ διοχλεῖν ἔτι τὰς βασιλέως ἀκοὰς ἐπὶ τοῖς λόγοις· καὶ γὰρ εἴ τινα χρὴ αὐτῷ γενέσθαι παρὰ Φιλοσοφίας συντέλειαν, αὕτη προεκτίσαι ἱκανῶς. ἀλλ' ἐπειδὴ τῆς ἡμέρας ἐκείνης (2) αὐτόπτης κατέστην, ἐν ᾗ τὴν εἰρήνην εἰσῆγεν ὥσπερ ἐν τελετῇ ἀψοφητὶ καὶ ἀπραγμόνως ἤδη παντελῶς δυσελπιστοῦσι, καὶ παρέδωκε σοὶ βαρβάρους ἐξισταμένους ἐθελοντὰς τοῦ σιδήρου· &c. Edidit quidem R. P. *Dionysius Petavius* S. I. *novendecim Themistij Orationes græcè & latinè* Parisijs typis Nivellianis A. 1618 in quarto, sed deest ibi hæc *Oratio*, de quâ in præsens agitur. Cùm igitur ea, quod sciam, hactenùs nondum sit edita, publicabo illam, volente Deo, in *Supplemento Corporis Historiæ Byzantinæ*, quod ex varijs *Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ* Codicibus MStis posthac edere constitui. Interim obiter hîc notandum est, *pacis ab Imp. Theodosio Magno A. C. 382, cum Gotthis factæ* mentionem fieri apud *Idatium Episcopum* in Chronico his verbis: *Athanaricus Rex Gotthorum apud Constantinopolim decimo quinto die, ex quo à Theodosio fuerat susceptus, interijt. Gotthi infidâ Romanis pace se tradunt.* Item in Fastis Consularibus: *Anno*

(1) *Produxit enim* Themistius *vitã ad extremam usque senectutẽ, quippe qui jam sub* Imp. Cõstantio *ad honores promotus est, sub* Imp. *autẽ* Theodosio Magno *vel sub filio ejus* Imp. Arcadio *obijt.*

(2) *Similẽ loquendi formulam vide in ejusdem* Themistij *Oratione decimâ* de Pace ad Imp. Valentem, *pag. 233 editionis græco-latinæ Petavianæ.*

no Æra Hiſpanica 420, Antonio & Syagrio Conſulibus univerſa gens Gotthorum cum Rege ſuo in Romaniam ſe tradiderunt die V Non. Octobris. Idem confirmat *Marcellinus Comes* in Chronico his verbis: *Indictione X, Antonio & Syagrio COSS. univerſa gens Gotthorum, Athanarico Rege ſuo defuncto, Romano ſeſe Imperio dedit.* Notandum *ſecundò* eſt, *Themiſtij ethnicismum*, ut ex alijs ipſius Orationibus, ita etiam ex hâc elucere, utpote ubi ait: Ἱερὸς μὲν ὁ λόγος, ἱερὰ δὲ ἡ ποιήσασα τέχνη τὸν λόγον, ἱερὸς δὲ ὁ νεὼς, εἰς ὃν ἐλήλυθα· ΖΕΥΣ δὲ βασιλεὺς ἀκρατὴς, καὶ μετὰ τοῦ ΔΙΟΣ αὐτὸς Βασιλεύς. Notandum *tertiò* eſt, *Orationem* hanc à *Themiſtio* habitam eſſe *ante cadem Imp. Gratiani*, ideóq; ibi illius, *tanquam adhuc ſuperſtitis*, mentionem fieri his verbis: Κηρύττει δὲ ΓΡΑΤΙΑΝΟΣ τὴν ἄνωθεν ψῆφον· δέχεται δὲ γῆ καὶ θάλαττα τὴν ἀνάῤῥησιν ἀντ' ἀγαθῶν ἐλπίδων, &c. Occiſus enim eſt *Imp. Gratianus* A. C. 383, ut teſtatur *Marcellinus Comes* in Chronico his verbis: *Indictione XI, Merobaude II & SATVRNINO Conſulibus, Gratianus Imperator Maximi Tyranni dolo apud Lugdunum occiſus eſt VIII Cal. Septembris.*

Quartò, & quidem à fol. 25 pag. 1 uſq; ad fol. 26 pag. 1, *Gennadij Scholarij, Patriarchæ Conſtantinopolitani Expoſitio Vaticinij cujusdam ſuppoſititij de Imperio Romano Orientali & de Imperio Turcico, quod traditur inſculptum fuiſſe lapidi marmoreo ſepulcri Imp. Conſtantini Magni.* Titulus ejus eſt ibi talis: Χρησμοὶ ΣΟΛΟΜΩΝΤΟΣ καὶ ἑτέρων Σοφῶν. Ταῦτα τὰ γράμματα εὑρέθησαν ἐν λίθῳ μαρμαρείῳ τοῦ τάφου τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου· ἐξηγήθη δὲ ταῦτα ὁ μέγας Πατριάρχης ΣΧΟΛΑΡΙΟΣ. Ipſum autem *Vaticinium* cum *Patriarchæ Gennadij Interpretatione interlineari* incipit hoc modo:

Τ Π Τ Τ Ι Δ Η Β Λ Τ
Τῇ πρώτῃ τῆς Ἰνδίκτου ἡ βασιλεία τοῦ
Ι Μ Λ Ο Κ Λ Μ ΑΜ ΜΛ
Ἰσμαὴλ, ὁ καλούμενος Μωάμεθ, μέλλει
ΔΑΝΤ ΠΣ ΓΝ Τ Π Λ ΟΛΓ
διανατρέψειν γένος τῶν Παλαιολόγων.
Τ ΠΤΛΦ Κ ΤΣ
Τὴν ἑπτάλοφον κρατήσει, &c.

Meminit hujus *Vaticinij* & Expoſitionis Gennadianæ *Leo Allatius* in Diatribâ de *Georgijs* pag. 404 his verbis: *Literas, in ſepulcro Magni Conſtantini exciſas, de excidio Vrbis & Turcarum Imperio, abſtruſas*

ad illa tempora nulliq; notas, ipse (videlicet Gennadius Scholarius Patriarcha Constantinopolitanus) primus exposuit, & vulgavit. Edidit eas Dorotheus Monembasiæ Metropolita in fine sui Chronici Venetijs apud Joannem Petrum Pinellum A. 1637 in 4to, & Matthæus Cigala Cyprius post Novam Variarum Historiarum Synopsin Venetijs apud Antonium Julianum A. 1637 in 4to. De illis hæc quoq; adnotârunt: Καὶ ταῦτα τὰ γράμματα ἐδιαλάμβανον περὶ τῆς βασιλείας τῶν Τούρκων, καὶ περὶ τοῦ τέλους αὐτῆς, λέγονται δὲ χρησμοί. τὰ ὁποῖα τὰ ἐξήγησεν ὁ σοφώτατος Πατριάρχης κύριος ΓΕΝΝΑΔΙΟΣ, ὁ ὁποῖος ἦτον εἰς τὸν καιρὸν τῆς βασιλείας τοῦ κυρίου Ἰωάννου τοῦ Παλαιολόγου, ὁποῦ ἔκαμε τὴν ὀγδόην σύνοδον εἰς τὴν Φιορέντζα, καὶ ὅταν τὰ ἐξήγησεν ἦτον κοσμικὸς, καὶ κριτὴς τῆς βασιλικῆς κρίσεως. *Hoc est: Literæ hæ continebant quædam de Turcarum Imperio & fine ejus, vocantúrq; Oracula. Illa sapientissimus Patriarcha Dominus GENNADIVS sub Imperio Domini Joannis Palæologi, qui octavã Synodum Florentiæ absolvit, exposuit; secularis ipse tum temporis & Imperatoriæ Aulæ Judex. Alij Codices Vaticinium (1) hoc tribuunt Leoni Sapienti. Differentiam Codex ille manuscriptus expressit:* Χρησμὸς, ὅπερ εὑρέθη εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν εἰς μίαν κολόναν μαρμαρητικὴν διὰ ψηφίων γεγραμμένος, ὃν ἐξεκαθάρισεν (2)· ἄλλοι δὲ λέγουν, ὅτι ταῦτα τὰ γράμματα ηὑρέθησαν σημειωμένα ἐν μαρμάρῳ τοῦ τάφου τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου, καὶ ἐξήγησε ταῦτα ὁ ἐν ἁγίοις Πατριάρχης Σχολάριος. *Hoc est: Oraculum Byzantij repertum in columnâ marmoreâ musivo descriptum, quod explanavit (3). Alij dicunt, prædictas literas incisas fuisse in marmore sepulcrali Magni Constantini, eásq; exposuisse sanctum Patriarcham Scholarium. Vaticinium hoc ipse primo Variorum antiquorum Tomo in Antiquitatum Constantinopolitanarum Auctario, à me procurato, cum alijs ejusdem, LEONIS, METHODII PATARENSIS, THEOPHILI ROMANI, DANIELIS MONACHI, & aliorum Vaticinijs connexui. Habetur manuscriptum in Bibliothecâ Vaticanâ, Scoriaci Regiâ VII, ζ. 1, Bavaricâ Cod. 193, & legebatur in Bibliothecâ Antonij Augustini Cod. 140.* Hucusq; *Allatius.*

(1) Revera autem sunt illa duo diversa Vaticinia.
(2) Videntur hic deesse verba Λέων ὁ Σοφός.
(3) Videntur hic deesse verba Leo Sapiens.

Quintò, & quidem à fol. 26 pag. 2, usq; ad fol. 29 pag. 1, *Theophili Presbyteri & Clerici Magnæ Ecclesiæ antiquæ Romæ Vaticinia, ex linguâ latinâ in græcam translata à Notario Joanne Rhyzano.* Ipsa tituli verba *græco-barbara* cum principio *primi Vaticinij* sunt hæc: Ἕτεροι Χρησμοὶ ΘΕΟΦΙΛΟΥ πρεσβυτέρου καὶ κληρικοῦ τῆς μεγάλης

λης Ἐκκλησίας τῆς παλαιᾶς Ῥώμης μεταβληθέντες ἀπὸ ῥωμαϊκῆς εἰς τὴν ἑλλάδα διάλεκτον παρὰ νοταρίου κυροῦ ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ῬΥΖΑΝΟΥ. Αναζήσεται σχίσμα ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ, &c.

Sextò, & quidem fol. 29 pag. 2, *Appendix græco-barbara præcedentium Vaticiniorum*, in quâ fit mentio *Oraculorum Imp. Leonis Sapientis*, ſimul & ſuprà memoratæ *Inſcriptionis Sepulcri Imp. Conſtantini Magni cum Expoſitione Patriarchæ Gennadij Scholarij*. Principium ejus eſt: Ἐν τῇ Κωνσταντινόπολιν εὑρίσκεται κιόνας &c. *Gennadij* autem mentio conſtat his verbis: ἅτινα ἐξηγήθηκεν ὁ θεῖος Πατριάρχης, ΣΧΟΛΑΡΙΟΣ ὁ ἅγιος, ΓΕΝΑΔΙΟΣ ὁ μέγας.

Septimò, & quidem à fol. 30 pag. 1 uſq; ad fol. 33 pag. 2, *Imp. Leonis*, cognomine *Sapientis* ſeu *Philoſophi*, *Oracula de Imperio Byzantino* ſive *Conſtantinopolitano*, quorum *primum* incipit Τὴν ἐχθροποιὸν ἔνδοθεν κρύπτει πλάνην &c, *ultimum* autem Δέξαι τὸ δῶρον, μὴ κατόκνει μοι, γέρων, &c. Sunt autem hæc (1) eadem illa *Oracula*, quæ cum *Georgij Codini Originibus Conſtantinopolitanis* A. 1655 Lutetiæ Pariſiorum typis Regijs *græcè* & *latinè*, & cum antiquis *Figuris* æri inciſis, in folio à me edita, & neceſſarijs Annotationibus illuſtrata ſunt. Ibidem quoq; fit mentio editionis eorundem *Oraculorum Italica*.

Octavò, & quidem à fol. 34 pag. 1 uſq; ad fol. 63 pag. 1, *S. Maximi Monachi & Martyris Capitum de Theologiâ & Filij Dei in carne Oeconomiâ Centuria* (2) *prima* cujus principium Εἷς Θεὸς ἄναρχος, ἀκατάληπτος &c, ut & (3) *ſecunda*, quæ incipit Εἷς Θεὸς, ὅτι μία θεότης, &c. Quòd autem hæ *duæ Centuriæ* in Codice hoc MSto inſcribuntur Ἑκατοντὰς πέμπτη & Ἑκατοντὰς ἕκτη, hoc eſt, *Centuria quinta* & *Centuria ſexta*, id fit reſpectu *quatuor Centuriarum* ejuſdem *S. Maximi de Charitate*, quippe quæ in pleriſq; (4) Codicibus MStis *Centurijs de Theologiâ & Filij Dei in carne Oeconomiâ* ſolent præfigi.

Nonò, & quidem à fol. 63 pag. 1 uſq; ad fol. 67 ſive ultimum, ejuſdem *S. Maximi Capita quindecim de Deitate & Incarnatione Domini noſtri JESU Chriſti*; quorum titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ ἁγίου Μαξίμου περὶ θεότητος καὶ ἐνανθρωπήσεως τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Κεφάλαιον α΄. Ἓν ἐστι τὸ ὑπεράναρχον καὶ ὑπεράρχιον ἀγαθὸν, &c.

(1) *Eadem Oracula etiam germanicè edita ſunt cum figuris æri inciſis à Ioanne Theodorico & Ioanne Iſraele de Bry Francofurti A. 1597 in 4to in Appendice Hiſtoriæ de Vitâ & rebus geſtis Pſeudo-Prophetæ Muchamedis & de ejuſdẽ Succeſſoribus germanicè conſcripta, & elegantiſſimis figuris æri inciſis illuſtrata.*

(2) *Vide Lib. IV horum Commentar. pag. 211 & 213.* (3) *Vide ibid. pag. 213.* (4) *Vide Lib. IV horum Commentariorum, ubi agitur de Cod. CXCIV & CXCVI.*

CCIX.

(1) Fuit olim inter Codices MStos Theologicos Græcos centesimus septuagesimus.

Ducentesimus nonus (1) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *chartaceus* mediocriter antiquus in *quarto*, constátq; folijs *centum quinquaginta quinq;* & ad *Joannem Sambucum*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usq; ad fol. 12 pag. 1, *Antipatri Bostrorum in Arabiâ Petræâ Episcopi Oratio in S. Joannem Baptistam, in silentium Zachariæ, & in salutationem Angelicam Beatissimæ Virginis Deiparæ;* cujus titulus & principium: Ἀντιπάτρου Ἐπισκόπου Βοστρῶν λόγος εἰς τὸν ἅγιον Ἰωάννην τὸν βαπτιστὴν, καὶ εἰς τὴν σιγὴν Ζαχαρίου, καὶ εἰς τὸν ἀσπασμὸν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου. Ἐν γεννητοῖς γυναικῶν οὐδεὶς Ἰωάννου μείζων, ὁ σωτὴρ ἀπεφήνατο λόγος· πῶς τοίνυν &c. Meminit hujus Orationis *Leo Allatius* in Diatribâ de *Symeonum* Scriptis pag. 89.

Secundò, & quidem à fol. 12 pag. 2 usque ad fol. 41 pag. 2, *Michaelis Pselli Oratio Encomiastica in S. Joannem Baptistam;* cujus titulus & principium: Τοῦ μακαριωτάτου καὶ σοφωτάτου ΨΕΛΛΟΥ ἐγκώμιον εἰς τὸν τίμιον Πρόδρομον. Λύει κἀμοὶ τὴν γλῶτταν ὁ Βαπτιστὴς &c.

Tertiò, & quidem à fol. 42 pag. 1 usque ad fol. 55 pag. 2, ejusdem *Michaelis Pselli Carmen ad Monachum quendam superbum*, cujus titulus & principium: Στίχοι τοῦ ὑπερτίμου ΨΕΛΛΟΥ πρὸς ἀσκητήν τινὰ γράψαντα πρὸς αὐτὸν μεθ' ὑπερηφανίας, καὶ δοκοῦντα εἶναί τινα τῶν σοφῶν.

Ἔδει μὲν ἡμᾶς, ἀδελφὲ, τὰ ψυχικὰ φροντίζειν,
Ὡς μοναχοὺς, ὡς ἀσκητὰς, ὡς ἔξωθεν θανάτου, &c.

Quartò, & quidem à fol. 55 pag. 2 usque ad fol. 59 pag. 1, ejusdem *Pselli Carmen ad eundem Monachum;* cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτὸν πολιτικοὶ καὶ κονδικοί.

Χρόνος πολὺς παρέδραμεν, ἀφ' οὗπερ σου τὸ γράμμα
Δεξάμενος, &c.

Quintò, & quidem fol. 59 pag. 1 & 2, ejusdem *Pselli Carmen ad amicum uvas sibi ex prædio mittentem;* cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ σοφωτάτου ΨΕΛΛΟΥ εἰς τινὰ φίλον ἐξ ἀγροῦ σταφυλὰς πέμψαντα.

Συ

Σὺ μὲν με καρποῖς δεξιοῖς τοῖς ἀμπέλου,
Ἐγὼ δὲ καρποῖς τῆς συχῆς &c.

Sextò, & quidem fol. 59 pag. 2 & fol. 60 pag. 1, ejuſdem *Pſelli Carmen in laudem Orationis*; cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ ἔπαινος εἰς τὴν εὐχήν.

Εὐχὴ δυσωπεῖ τὸν βροτῶν τὸν ἐν βίῳ, &c.

Septimò, & quidem à fol. 60 pag. 1 uſque ad fol. 70 pag. 2, *Georgij, Diaconi & Referendarij, cognomine Piſidæ, Hexaemeron ſive Poema de ſex dierum Opificio Mundi*; cujus titulus & principium: ΓΕΩΡΓΙΟΥ Διακόνου καὶ Ῥεφερενδαρίου τοῦ Πισίδη εἰς τὴν ἑξαήμερον.

(1) Ὦ παντὸς ἔργου καὶ θεηγόρου λόγου &c.

Pertingit autem illud ibi tantùm uſque ad locum *de vermibus Sericis*, cujus principium:

(2) Ποῖος δὲ καὶ σκώληκα σηρικονόμος &c.

Octavò, & quidem à fol. 71 pag. 1 uſque ad fol. 105 pag. 2, *S. Joannis Chryſoſtomi Oratio, quòd non ſint frequentanda Theatra, & in Abrahamum*. Ipſa tituli græci verba cum principio Orationis ſunt hæc: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου εἰς τὸ μὴ πλησιάζειν θεάτροις, καὶ εἰς τὸν Ἀβραάμ, (3) Πολλοὺς οἶμαι τῶν πρώην καταλιπόντων ἡμᾶς, &c.

Nonò, & quidem à fol. 106 pag. 1 uſque ad fol. 124 pag. 2, *S. Joannis Chryſoſtomi Oratio in S.* (4) *Philogonium ex Cauſidico Epiſcopum*; cujus principium: (5) Ἐγὼ μὲν καὶ τήμερον παρεσκευαζόμην πρὸς τὰ τῶν αἱρετικῶν παλαίσματα ἀποδύεσθαι, &c.

Decimò, & quidem à fol. 125 pag. 1 uſque ad fol. 139 pag. 2, *S. Joannis Chryſoſtomi Oratio in Caput ſecundum Evangelij S. Lucæ: Exijt decretum à Cæſare Auguſto*, &c; cujus principium: (6) Μέλλοντος, ἀγαπητοί, τοῦ κοινοῦ &c.

Vndecimò, & quidem à fol. 140 pag. 1 uſque ad fol. 155 pag. 1, *S. Baſilij Magni, Cæſareæ Cappadociæ Archiepiſcopi, Oratio in Nativitatem Chriſti*; cujus principium: (7) Χριστοῦ γέννησις, ἡ μὲν οἰκεία καὶ πρώτη &c.

(1) *Vide Poetarum Græcorum veterum Tragicorũ, Comicorũ, Lyricorum & Epigrãmatariorũ Syntagma græco-latinum, editum Coloniæ Allobrogum ſive Genevæ typis Petri de la Roviere A. 1614 in folio, Part. II pag. 241.* (2) *Vide ibidem pag. 260; ſed ibi legitur:* Ποῖος δὲ καὶ σκώληκα Σηρικῶν νόμος *&c.* (3) *Vide Operum S.* Joannis Chryſoſtomi *edit. græc. Savil. Tom. V pag. 39.*

CCX.

Ducenteſimus decimus (8) Codex manuſcriptus *Theologicus* Gra-

(4) *Vide* Martyrolog. Roman. *die 20 Decembris.* (5) *Vide Operum* S. Joannis Chryſoſt. *edit. gr. Savil. Tom. V pag. 505* (6) *Vide ibid. Tom. V pag. 715.* (7) *Vide Operum* S. Baſilij *edit. gr. et lat. Pariſ. Tom. 1 pag. 585.*
(8) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* octogeſimus primus.

Græcus est *chartaceus* antiquus in *quarto*, constátque nunc folijs *trecentis viginti uno*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 2 usque ad fol. 3 pag. 2, *Symeonis Metaphrastæ Synaxarium in Crucifixionem Christi versibus politicis*; cujus titulus & principium: Συναξάριον διὰ στίχων πονηθὲν παρὰ κυρίου Συμεὼν τοῦ Λογοθέτου καὶ Μεταφραστοῦ. Δεῦτε βροτοὶ θεάσασθε τὸν πάντων Βασιλέα, Ἐπὶ σαυροῦ κρεμάμενον τίς ἀκούων οὐ φρίττοι; Ὃν μαθητὴς ὁ δόλιος παρέδωκεν εἰς φόνον. Τὸν στερεώσαντα τὴν γῆν, &c.

Secundò, & quidem à fol. 4 pag. 1 usq; ad fol. 7 pag. 2, *S. Joannis Chrysostomi Oratio de salute animæ & de futuro Judicio*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου λόγος περὶ σωτηρίας ψυχῆς καὶ τῆς μελλούσης κρίσεως. (1) Ἀγαπητοὶ, ὅσοι τὰ τοῦ βίου μάταια &c.

Tertiò, & quidem à fol. 8 pag. 1 usque ad fol. 15 pag. 1, *S. Ephraim Syri Oratio in secundum adventum Christi & de Antichristo*; cujus titulus & principium: Τοῦ μακαρίου Ἐφραὶμ λόγος εἰς τὴν δευτέραν παρουσίαν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ περὶ τοῦ Ἀντιχρίστου, τῇ κυριακῇ τῆς ἀποκρέω. (2) Πῶς ἐγὼ ὁ ἐλάχιστος καὶ ἁμαρτωλὸς Ἐφραὶμ &c.

Quartò, & quidē à fol. 16 pag. 1 usque ad fol. 33 pag. 2, *Menologiū Græcorū*, sive, *Calendariū Sanctorum more Græco ab initio Septembris usq; ad finem Augusti*. Principiū ejus est: (3) Μὴν Σεπτέμβριος, ἔχων ἡμέρας λ'· ἡ ἡμέρα ἔχει ὥρας ιβ', καὶ ἡ νὺξ ὥρας ιβ'. Εἰς τὴν α' ἀρχὴ τῆς Ἰνδίκτου, καὶ μνήμη τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Συμεὼν τοῦ Στυλίτου, καὶ σύναξις τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου τῶν μιασυνῶν. &c.

Quintò, & quidem à fol. 34 pag. 1 usque ad fol. 84 pag. 1, anonymi cujusdam Autoris *Compendium Historiæ Testamenti veteris ab Adamo usq; ad Prophetam Habacuc*; cujus titulus & principium: Ἱστορία παλαιοῦ περιέχων ἀπὸ τοῦ Ἀδάμ· Πρὸ πάντων καὶ συμπάντως καὶ διὰ πάντων χρὴ τὸν ἀληθῆ χριστιανὸν ἐπιγνῶναι, τίς Θεὸς, καὶ &c.

Sextò, & quidem à fol. 84 pag. 1 usque ad fol. 105 pag. 1, *Athanasij Junioris Quæstiones & Responsiones sacræ ad Antiochum*, quæ, uti in alijs nonnullis Codicibus MStis, ita etiam hîc perperàm attribuuntur *S. Athanasio Archiepiscopo Alexandrino*. Inscribuntur illæ atque incipiunt hoc modo: Ἀρχὴ τῶν ἐρωτοαποκρίσεων τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς

(1) *Vide* Operum S. Joannis Chrysostomi *edit. gr. Savil. Tom. 6 pag. 968; ubi Savilius expressè testatur, se illam Orationem emendâsse ex Codice MSto Cæsareo.*

(2) *Vide* Operum S. Ephræmi *edit. lat. Colon. Tō. 1 pag.* 219.

(3) *Operæ pretium erit*, Menologiū *hoc diligenter conferri cum altero ejusdem generis* Menologio Græcorum, *ab* Henrico Canisio *ex Bibliothecâ & interpretatione Cardinalis* Guilielmi Sirleti *latinè tantùm edito Tom. II Antiquæ Lectionis à pag. 730 usq; ad pag. 941.*

πατρὸς ἡμῶν Ἀθανασίου τοῦ μεγάλου πρὸς Ἀντίοχον. Ἐρώτησις· (1) Πιστεύσαντες καὶ βαπτισθέντες εἰς Τριάδα ὁμοούσιον &c.

(1) *Vide Lib. III horum Commentar. pag. 97 & 220, & Lib. IV pag. 163, 165 & 226.*

Septimò, & quidem à fol. 105 pag. 1 usque ad fol. 107 pag. 2, anonymi cujusdam Autoris *variæ Quæstiones sacræ curiosæ & apocryphæ*, quarum principium: Ἐρώτησις· Πρὶν οὐρανοῦ καὶ γῆς ποῦ εἰστήκει ὁ Θεός; Ἀπόκρισις. Ἐπὶ τόξου καὶ νεφέλης. &c.

Octavò, & quidem à fol. 107 pag. 2 usq; ad fol. 110 pag. 2, *Nonni Panopolitæ Enarratio Historiarum profanarum & Fabularum, quarum S. Gregorius Nazianzenus in Orationibus suis meminit.* Principium ejus est: (2) Ὀυ Διὸς ταῦτα γοναὶ &c.

(2) *Vide Lib. III horũ Commentariorum pag. 183 & 256.*

Nonò, & quidem fol. 111 pag. 1 & 2, *S. Basilij Magni Admonitio ad Sacerdotes & Diaconos*, cujus titulus & principium: Παραγγελία τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου περὶ καταστάσεως ἱερέων καὶ διακόνων. Πρόσεχε σεαυτὸν ὦ ἱερεὺς &c.

Decimò, & quidem fol. 112 pag. 1 & 2, *Sanctorum Patrum compendiaria Explicatio Sacræ Scripturæ;* cujus titulus & principium: Τῶν ἁγίων καὶ μακαρίων Πατέρων διάλυσις τῶν θείων γραφῶν πρὸς κατάνυξιν καὶ ὠφέλειαν τῶν ἀναγινωσκόντων καὶ ἀκουόντων. Ἡ πίστις τῶν χριστιανῶν χωρὶς ἔργων ἀγαθῶν νεκρά ἐστιν· &c.

Vndecimò, & quidem à fol. 113 pag. 1 usq; ad fol. 115 pag. 1, *S. Joannis Chrysostomi Oratio de Jejunio*, cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου λόγος περὶ νηστείας. (3) Ὁ ἔχων προσευχὴν καὶ νηστείαν καὶ ἐλεημοσύνην, &c.

(3) *Vide Operum S.* Joannis Chrysost. *edit. græc. Savil. Tom. VII pag.* 509.

Duodecimò, & quidem à fol. 115 pag. 1 usq; ad fol. 118 pag. 1, *S. Macarij Abbatis Narratio de discessu animæ & corporis;* cujus titulus & principium: Τοῦ Ἀββᾶ Μακαρίου, πῶς χωρίζεται ἡ ψυχὴ ἐκ τοῦ σώματος. Διηγήσατο ἡμῖν ὁ μαθητὴς αὐτοῦ τοῦ Ἀββᾶ Μακαρίου, &c.

Decimò tertiò, & quidem à fol. 118 pag. 1 usq; ad fol. 119 pag. 2, anonymi cujusdam Autoris, *Oratio brevis de Charitate & in sacrificium Abrahami;* cujus titulus & principium: Λόγος περὶ ἀγάπης καὶ εἰς τὴν θυσίαν τοῦ Ἀβραάμ. Δεῦτε ἀγαπητοί μου ἀδελφοί, θεωρήσατε τὴν ἀγάπην ταύτην ὡς λαμπάδα Χριστοῦ· &c.

Decimo quartò, & quidem à fol. 119 pag. 2, usq; ad fol. 124 pag. 1, anonymi cujusdam Autoris *Historia de Inventione Sanctæ Crucis, quæ recitatur die decimo quarto Septembris.* Ipsa tituli græ-

ci verba cum principio Narrationis ſunt hæc: Εἰς τὴν εὕρεσιν τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ Σταυροῦ· λέγεται δὲ τῇ δεκάτῃ τετάρτῃ τοῦ σεπτεμβρίου μηνός. Ἔτους τριακοσιοστοῦ τοῦ πάθους τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ ζήτησις ἐγένετο τοῦ Σταυροῦ, ἐν ᾧ ὁ Δεσπότης ἡμῶν Χριστὸς ἐκρεμάσθη, βασιλεύοντος Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου καὶ θεοσεβεστάτου ἀνδρὸς, &c. Meminit hujus Hiſtoriæ etiam *Leo Allatius* in Diatribâ de *Symeonum* Scriptis pag. 121, ſed ibi pro Ἔτους τριακοσιοστοῦ perperàm legitur Ἔτους διακοσιοστοῦ.

Decimo quintò, & quidem à fol. 124 pag. 1 uſq; ad fol. 129 pag. 1, *Euſebij Epiſcopi Alexandrini Oratio de Jejunio quadrageſimali*, cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν ΕΥΣΕΒΙ'ΟΥ Ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας λόγος περὶ νηστείας. Παραγενομένης τῆς ἁγίας τεσσαρακοστῆς τῶν νηστειῶν, προσελθὼν ὁ Ἀλέξανδρος τῷ μακαρίῳ Εὐσεβίῳ Ἐπισκόπῳ Ἀλεξανδρείας λέγει· δέομαί σου κύριέ μου, δίδαξόν με, πῶς ὀφείλει ἄνθρωπος χριστιανὸς ἐν ταῖς ἡμέραις τῶν ἁγίων νηστειῶν &c.

Decimo ſextò, & quidem à fol. 129 pag. 1 uſq; ad fol. 135 pag. 2, *S. Joannis Chryſoſtomi Oratio de profectu animæ*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου περὶ ψυχικῆς ὠφελείας λόγος. Πάντας μὲν ἀγαπητοὶ τὸν τοῦ καιρὸν ἀρχιερεῖς τε καὶ ποιμενάρχας &c.

Decimo ſeptimò, & quidem fol. 136 pag. 1 & 2, Fragmentum cujuſdam *Orationis S. Joannis Chryſoſtomi*, quod inſcribitur, atq; incipit: Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου. Ἐνοήσωμεν ἀδελφοὶ, ὅτι οὐδὲν ἡμᾶς ὠφελήσει ἐν τῇ ἀναστάσει, &c.

Decimo octavò, & quidem à fol. 137 pag. 1 uſq; ad fol. 148 pag. 2, *Joannis Monachi & Presbyteri Eubœæ Oratio hiſtorica in S. Joachimum & S. Annam & in Nativitatem Beatiſſimæ Virginis Deiparæ*; cujus titulus & principium: Λόγος εἰς τὸ εὐαγγέλιον τῶν ἁγίων δικαίων Ἰωακεὶμ καὶ Ἄννης καὶ εἰς τὸ γενέθλιον τῆς ὑπεραγίας ἐνδόξου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας τῆς Θεοτόκου. Ὁ μέγας Ἀπόστολος Παῦλος, ὁ τῶν μεγάλων μυστηρίων ἐξηγητὴς, &c. Meminit hujus Orationis etiam *Leo Allatius* in Diatribâ de *Symeonum* Scriptis pag. 102. *Joannes* autem *Sambucus* & *Sebaſtianus Tengnagelius* autorem ejus falſo crediderunt *S. Joannem Chryſoſtomum*. De eâdem *Oratione* inſignis quoq; exſtat mentio in *Hippolyti Maraccij Lucenſis* Biblio-

Bibliothecâ Marianâ, ordine alphabetico digeſtâ, & Romæ typis Franciſci Caballi A. 1648 in octavo editâ, his verbis: *JOANNES EVBOEVS, D. Baſilij Monachus, natione Græcus, Vir literis atq; eruditione clarus, B. Virginem eximiâ pietate colens, ſcripſit IN CONCEPTIONEM ejuſdem B. VIRGINIS ORATIONEM unam, quæ græcè manuſcripta exſtat Romæ in inſigni Bibliothecâ Eminentiſſimi Cardinalis Barberini, eámq; latinitate donârunt Viri Clariſſimi Lucas Holſtenius, Leo Allatius & Vincentius Riccardius. Floruit circa annum Orbis redempti 744.* Hæc *Maraccius*. Eadem *Oratio* exſtat etiam in alio quodam *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ* pervetuſto Codice manuſcripto membranaceo, de quo ſuo tempore & loco agam, cùm in continuatione hujus *Catalogi* ad *Codices MStos Hiſtoricos Eccleſiaſticos Græcos* pervenero.

Decimonono, & quidem à fol. 148 pag. 2 uſq; ad fol. 152 pag. 1, *Pontij Pilati Epiſtola ſuppoſititia ad Imp. Tiberium de CHRISTO*, & *Imp. Tiberij Reſcriptum* itidem ſuppoſititium ad Pilatum, cum annexâ fabulosâ *Narratione de Pilati & Summorum Pontificum Annæ atq; Caiphæ interitu. Epiſtola Pilati* inſcribitur atq; incipit hoc modo: Ἐπιστολὴ Ποντίου Πιλάτου πρὸς τὸν Βασιλέα Τιβέριον περὶ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἡ ἐπιγραφὴ ἔχει οὕτως. Ἀναφορὰ Ποντίου Πιλάτου Ἡγεμόνος τῆς Ἰουδαίας, πεμφθεῖσα Τιβερίῳ Καίσαρι εἰς Ῥώμην. Κρατίστῳ, σεβασμίῳ, φοβερῷ, θειοτάτῳ Αὐγούστῳ Πιλᾶτος Πόντιος ὁ τὴν ἀνατολικὴν διέπων ἀρχήν. Μηνῦσαι κέχρημαι πρὸς τὴν σὴν εὐσέβειαν διὰ τῆσδε μου τῆς γραφῆς, φόβῳ πολλῷ καὶ τρόμῳ συνεχόμενος, κράτιστε Βασιλεῦ, τὴν τῶν ἐνισταμένων καιρῶν ῥοπήν, &c. *Reſcriptum* autem (1) *Imp. Tiberij* inſcribitur atq; incipit his verbis: Τὰ ἀντιγραφέντα παρὰ Καίσαρος Αὐγούστου, καὶ πεμφθέντα πρὸς Πόντιον Πιλᾶτον, ἀνατολικὴν ἐπέχοντα ἀρχήν. Ἐπειδήπερ βίαιον καὶ ἀδικίας μεστὸν &c. Notandum verò eſt, ſuprà memoratam Pilati Epiſtolam, quæ in hoc Codice MSto Cæſareo exſtat, planè diverſam eſſe ab alijs quatuor ejuſdem argumenti Epiſtolis, ſub Pilati nomine publicatis; quas vide apud Sixtum Senenſem Bibliothecæ Sanctæ lib. 2, lit. P, apud Em. Card. *Baronium* Annal. Eccleſiaſt. Tom. I, an. 34 num. 223, 224, 225, apud doctiſſimum Virũ *Franciſcum Mariam Florentinum* in Notis ad *Vetuſtius Martyrologium Romanum*, Lucæ typis Hyacinthi Pacij A. 1668 in fol. editum, pag. 105, 112 & 113.

Vigeſimò, & quidem à fol. 153 pag. 1 uſq; ad fol. 168 pag. 2, *Joan-*

(1) *Notabile in primis eſt in hoc ſuppoſititio Reſcripto, quòd Imp. Tiberius ait Mariam Magdalenã Romam ad ſe veniſſe, & narratis Chriſti miraculis, Pilatum ob ejus necem accusâſſe. Hoc enim figmentum meritò ac rectè exploditur ab Em. Card. Baronio Annal. Eccleſiaſt. Tom. I, an. 41 num. 20.*

Joannis Archiepiscopi Thessalonicensis Oratio historica de obitu & Assumptione Beatissimæ Virginis Deiparæ; cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν ἸΩΑ'ΝΝΟΥ 'ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟ'ΠΟΥ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙ'ΚΗΣ λόγος πάνυ ὠφέλιμος εἰς τὴν κοίμησιν καὶ πρὸς Θεὸν μετάστασιν τῆς ὑπερραγίας Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας. Τῇ θαυμαστῇ καὶ ὑπερενδόξῳ καὶ ὄντως μεγάλῃ τοῦ παντὸς κόσμου Δεσποίνῃ καὶ ἀειπαρθένῳ Μαρίᾳ, &c. Meminit hujus Orationis *Leo Allatius* in Diatribâ de *Symeonum* Scriptis pag. 110, & *Hippolytus Maraccius* in Bibliothecâ Marianâ his verbis: *JOANNES THESSALONICENSIS Archiepiscopus, natione Græcus, Auctor perantiquus, & non minùs dignitatis, quàm virtutis celsitudine sublimis, scripsit de Vitâ & Morte Deiparæ Virginis Librum seu Orationem unam; quemadmodum* (1) *Epiphanius Presbyter Constantinopolitanus, aliiq; literis prodiderunt. Sed cùm in eâ, hæreticorum fraude, vera falsis permixta & quædam cum Fidei veritate pugnantia contineantur, meritò illam inter apocrypha reijci scribit Canisius lib. 5 de Deiparâ cap. 5. Exstat autem græcè manuscripta in perantiquo Codice Bibliothecæ Vaticanæ, & latinitate donata à Vincentio Riccardo Clerico Regulari exstat apud Cerasolam Tomo VI de B. Virgine. Quo tempore effulserit, mihi adhuc ignotum.* Hæc *Maraccius*. De eodem *Joanne Archiepiscopo Thessalonicensi* vide notabilia duo testimonia Libro *quarto* horum Comentariorum pag. 132 & 244.

(1) *Vide Lib. IV horum Commentar. pag. 132.*

Vigesimo primò, & quidem à fol. 169 pag. 1 usq; ad fol. 171 pag. 2, *Eusebij Episcopi Alexandrini Oratio de Memoriâ Sanctorum*; cujus titulus & principium: (1) Τοῦ μακαρίου 'Επισκόπου 'ΕΥΣΕΒΙ'ΟΥ περὶ μνείας ἁγίων. Μίᾳ τῶν ἡμερῶν μνήμη Μαρτύρων ἐτελεῖτο ἐν τῇ πόλει, καὶ προσελθὼν ὁ 'Αλέξανδρος τῷ μακαρίῳ 'Ευσεβίῳ 'Επισκόπῳ λέγει· δέομαί σου τίμιε 'Επίσκοπε &c. Hujus *Eusebij Alexandrini* aliæ variæ *Orationes* memorantur à *Leone Allatio* in Diatribâ de *Symeonum* Scriptis.

(1) *Vide supra num. 15.*

Vigesimo secundò, & quidem à fol. 171 pag. 2 usq; ad fol. 180 pag. 2, *S. Ephram Syri Orationes quatuor*, quarum *prima* περὶ ἀγάπης, sive *de Charitate*, incipit, 'Αδελφοί μου ἀγαπητοὶ, μηδὲν προτιμησώμεθα πλέον τῆς ἀνυποκρίτου ἀγάπης· &c; *secunda* περὶ ἐργασίας ἀγαθῶν ἔργων, sive *de actione bonorum operum*, incipit, Ἤδη καιρὸς ἡμᾶς ἐπείγει εἰς τὴν ἐργασίαν τῆς αἰωνίου ζωῆς, &c; *tertia* περὶ τοῦ μὴ στρέφεσθαι εἰς

τὰ

τὰ τῶν ἐθνῶν ἔργα, *sive de non revertendo ad gentilium opera*, incipit, Εἴδετε ἀδελφοί μου ἀγαπητοί, εἴ τις στρέφεται εἰς τὰ ὀπίσω &c; *quarta* περὶ μετανοίας, *sive de Pœnitentiâ*, incipit, Κατανυγῆθι ψυχή μου &c.

Vigesimo tertiò, & quidem à fol. 180 pag. 2 usq; ad fol. 183 pag. 1, *S. Joannis Chrysostomi Oratio in Parabolam de filio prodigo*, cujus principium: (1) Ἀεὶ μὲν τὴν τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν κηρύττειν ὀφείλομεν &c.

(1) *Vide Operum S. Joann. Chrysost. edit. gr. Savil. Tom. VII pag. 539.*

Vigesimo quartò, & quidem à fol. 183 pag. 1 usq; ad fol. 185 pag. 1, *S. Basilij Magni* Διδασκαλία περὶ ἀρετῶν sive *Doctrina de Virtutibus*, cujus principium: Ἀγαπητέ, ἐὰν μετὰ ἀκριβείας θέλῃς ὁδεῦσαι &c.

Vigesimo quintò, & quidem à fol. 185 pag. 1 usq; ad fol. 200 pag. 1, *Martyrium S. Placidi* vel *Placidæ, Ducis* sive *Præfecti exercitûs*, qui post susceptam religionem Christianam *Eustathius* appellatus est, ut & uxoris ipsius *Theopistis* & duorum filiorum *Agapij* & *Theopisti*, conscriptum ab anonymo quodam Autore, qui in *Proœmio* expressè testatur, se *eodem tempore* vixisse. Ipsa tituli græci verba tum principio *Proœmij* sunt hæc: Μαρτύριον τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Πλακίδα στρατηλάτου, τοῦ μετονομασθέντος Εὐσταθίου μετὰ τῆς συμβίου αὐτοῦ καὶ τῶν δύο τέκνων αὐτῶν Ἀγαπίου καὶ Θεοπίστου· σεπτεμβρίου κ'. Πρόκειται τοῖς ἀνθρώποις καὶ (2) ἐκ φύσεως τι διδασκάλιον πρὸς τὴν ἀρετῶν κατόρθωσιν, &c. Meminit hujus Martyrij *Leo Allatius* in Diatribâ de *Symeonum* Scriptis pag. 108. Quâ de re vide plura Libri *quarti* horum Commentariorum pag. 130, ubi agitur de Codice MSto Theologico Græco CLImo, num. 27.

(2) *Apud* Allatium *pro* ἐκ φύσεως *legitur* ὑπὸ φύσεως.

Vigesimo sextò, & quidem à fol. 200 pag. 1 usq; ad fol. 220 pag. 1, *S. Ephræmi Syri* λόγος εἰς τὸν πάγκαλον Ἰωσήφ, κατὰ τὴν βίβλον τοῦ Μωυσέως, sive *Oratio de Josepho Patriarchâ secundùm Librum Moysis*; cujus principium: (3) Ὁ Θεὸς τοῦ Ἀβραάμ, ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσαάκ, &c.

(3) *Vide Operum S.* Ephræmi *edit. lat. Vossianam Colon. pag. 632.*

Vigesimo septimò, & quidem à fol. 220 pag. 1 usq; ad fol. 224 pag. 1, *S. Joannis Chrysostomi Oratio in Annunciationem Beatissimæ Virginis Deiparæ*, cujus principium: (4) Βασιλικῶν μυστηρίων ἑορτὴν ἑορτάσωμεν σήμερον, &c.

Vigesimo octavò, & quidem à fol. 224 pag. 1 usq; ad fol. 233

D pag. 2,

(4) *Vide Operum S.* Joannis Chrysost. *edit. græc. Savil. Tom. VII pag. 247; ubi Savilius expressè testatur, se hanc Orationem ex tribus Codicibus MStis* Cæsareis *emendâsse.*

pag. 2, *S. Germani Patriarchæ Constantinopolitani Oratio in Annunciationem Beatissimæ Virginis Deiparæ*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν ΓΕΡΜΑΝΟΥ Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Ὁμολογητοῦ λόγος εἰς τὸν εὐαγγελισμόν. Τῆς παρούσης τιμίας καὶ βασιλικῆς συνάξεως &c. Edidit quidem hanc Orationem *Franciscus Combefisius* Tomo primo Auctarij Magnæ Bibliothecæ Veterum Patrum græco-latinæ Parisinæ à columnâ 1424 usq; ad colum. 1444, sed magnâ ex parte mutilam & imperfectam Nam paulo post principium, ubi hæc leguntur, καὶ μεθ' ἡμῶν τῶν γηγενῶν - - - - - - - ἐν ᾗ ἡ ἔμψυχος καὶ ἔντιμος καὶ θεοβασίλευτος πόλις, ἀεὶ τοιχιζομένη σεμνύνεται, desunt integra ferè *duo folia* hoc modo: καὶ μεθ' ἡμῶν τῶν γηγενῶν ΛΟΙΠΟ'Ν 'ΑΟΡΑ'ΤΩΣ ΣΥΝΕΟΡΤΑ'ΖΟΥΣΙΝ. ΣΗ'ΜΕΡΟΝ ΠΕΠΛΗ'ΡΩΤΑΙ & cætera usq; ad hæc verba ΧΑΙ'ΡΕ ΚΕΧΑΡΙΤΩΜΕ'ΝΗ, 'Η 'ΕΜΨΥΧΟΣ ΚΑΙ' 'ΕΝΤΙΜΟΣ ΚΑΙ' ΘΕΟΒΑΣΙ'ΛΕΥΤΟΣ ΠΟ'ΛΙΣ, 'Η 'ΑΕΙ' ΤΕΙΧΙΖΟΜΕ'ΝΗ ΣΕΜΝΥ'ΝΕΤΑΙ. Delendæ ergò sunt voces superfluæ ἐν ᾗ, & *Combefisiana* absurda versio latina reformanda est hoc modo: *Ave gratiâ plena, animata & pretiosa Urbs regia ipsius Dei, quæ semper novis mœnibus magis ac magis adornatur.* In *fine* etiam ejusdem editionis *Combefisianæ* post verba hæc, καὶ εὐλογήσω τὸ ὄνομά σου, deest plusquam integrum *folium*, quo præcedens *Dialogus inter S. Josephum & Beatissimam Virginem Deiparam* continuatur his verbis: εἰς τοὺς αἰῶνας, ὅτι διὰ σοῦ ἐλέησεν ὁ Θεὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ. Ἡ Θεοτόκος. Χρηστμὸς ἐμοὶ δοκεῖ &c.

Vigesimo nonò, & quidem à fol. 234 pag. 1 usq; ad fol. 237 pag. 2, *S. Joannis Chrysostomi Oratio in Pharisæum & Publicanum*, cujus principium: (1) Καθάπερ, ἀδελφοί, νεφῶν συνδρομὴ &c.

(1) *Vide* Operum S. Joannis Chrysost. *edit. græc. Savil. Tom. V pag.* 261.

Trigesimò, & quidem à fol. 238 pag. 1 usq; ad fol. 243 pag. 1, *S. Ephræmi Syri Oratio de secundo Adventu Christi & de consummatione seculi, & de separatione hominum in die extremi Judicij*, quæ inscribitur atq; incipit hoc modo: Τῇ κυριακῇ τῆς ἀποκρέω. Τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Ἐφραὶμ τοῦ Σύρου λόγος περὶ τῆς δευτέρας παρουσίας τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ περὶ τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος, καὶ πῶς ἕκαστοι διαμερίζονται ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως. Ἠρώτησαν τινὲς φιλόχριστοι καὶ εὐσεβεῖς ἀκροαταὶ &c.

Trigesimo

Trigesimo primò, & quidem à fol. 243 pag. 1 usq; ad fol. 252 pag. 2, *S. Joannis Chrysostomi Oratio de pœnitentiâ & eleemosynâ*, quæ recitatur τῇ κυριακῇ τοῦ τυροφάγου, & inscribitur, (1) Βασιλέως μετὰ τοῦ ἀπιέναι &c.

(1) Vide Operum S. Joann. Chrysost. edit. gr. Savil. Tom. VI pag. 917.

Trigesimo secundò, & quidem à fol. 253 pag. 1 usq; ad fol. 273 pag. 2, *Vita S. Mariæ Ægyptiacæ à Sophronio Archiepiscopo Hierosolymitano conscripta*, cujus titulus & principium: Βίος καὶ πολιτεία τῆς ὁσίας Μαρίας τῆς Αἰγυπτίας, συγγραφεὶς παρὰ Σωφρονίου Ἀρχιεπισκόπου Ἱεροσολύμων. Μυστήριον Βασιλέως κρύπτειν καλὸν, &c. Vide etiam Librum *quartum* horum Commentariorum pag. 128.

Trigesimo tertiò, & quidem à fol. 274 pag. 1 usq; ad fol. 276 pag. 1, *S. Joannis Chrysostomi Oratio in Lazarum quatriduanum*, cujus principium: Ἦν τις, φησὶν, ἀσθενῶν Λάζαρος &c.

Trigesimo quartò, & quidem à fol. 276 pag. 1 usque ad fol. 281 pag. 2, *S. Procli Archiepiscopi Constantinopolitani Oratio in Prophotismata, & in resuscitationem Lazari, & in Festum Palmarum*; cujus titulus & principium: Πρόκλου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως, λόγος εἰς τὰ προφωτίσματα, καὶ εἰς τὴν ἔγερσιν τοῦ Λαζάρου, καὶ εἰς τὰ βαΐα. Ἤδη τῆς δεσποτικῆς πανηγύρεως παρακύπτει τὰ χαρίσματα &c.

Trigesimo quintò, & quidem à fol. 282 pag. 1 usque ad fol. 289 pag. 2, *S. Joannis Chrysostomi Oratio habita feriâ secundâ Magnæ Hebdomadis*; cujus principium: (2) Διηνύσαμεν τῆς νηστείας τὸν πλεῖον &c.

(2) Vide Operum S. Joannis Chrysost. edit. græc. Savil. Tõ. V pag. 540.

Trigesimo sextò, & quidem à fol. 290 pag. 1 usque ad fol. 294 pag. 1, ejusdem *S. Joannis Chrysostomi Oratio in decem Virgines feriâ tertiâ Magnæ Hebdomadis habita*, cujus principium: (3) Ὅταν τὸ εὐδαπάνητον τῆς ζωῆς. &c.

(3) Vide ibid. Tom. VII pag. 554.

Trigesimo septimò, & quidem à fol. 294 pag. 2 usque ad fol. 297 pag. 1, ejusdem *S. Joannis Chrysostomi Oratio de Meretrice & de Jejunio feriâ quartâ Magnæ Hebdomadis habita*, cujus principium: (4) Ἐν παντὶ καιρῷ καλὴ καὶ σωτήριος ἡ μετάνοια τοῖς χρωμένοις αὐτῇ &c.

(4) Vide Henrici Savilij Notas in S. Joannis Chrysostomi Scripta suppositia, Appendicis Tomi octavi columnâ 858.

Trigesimo octavò, & quidem à fol. 297 pag. 1 usque ad fol. 306 pag. 1, ejusdem *S. Joannis Chrysostomi Oratio in proditionem Judæ & in Sancta Mysteria, feriâ quintâ Magnæ Hebdomadis habita*, cujus principium: (5) Ὀλίγα ἀνάγκη σήμερον &c.

(5) Vide ibid. Tom. V pag. 547.

Trigesimo nonò, & quidem à fol. 306 pag. 2 usque ad fol. 310 pag. 1, ejusdem *S. Joannis Chrysostomi Oratio de Passione Domini, habita*

(1) Vide ibid. Tom. VII pag. 459.

(2) Vide ibid. Tom. V pag. 916.

habita in Parasceve Magnæ Hebdomadis, cujus principium: (1) Τῆς χθὲς ὑποσχέσεως σήμερον βούλομαι &c.

Quadragesimò, & quidem fol. 310 pag. 1 & 2, ejusdem *S. Joannis Chrysostomi Oratio, habita ipso die Paschatis*, cujus principium: (2) Εἴ τις εὐσεβὴς καὶ φιλόθεος.

Quadragesimo primò, & quidem à fol. 310 pag. 2 usque ad fol. 318 pag. 1, anonymi cujusdam Autoris *Narratio apocrypha & fabulosa de Adamo & Evâ*, quæ falsò attribuitur *Moysi*, ac si ea *jussu Dei* per *Michaelem Archangelum* tempore Legislationis divinæ in monte *Sinai* illi fuerit revelata. Ipsa tituli græci verba cum principio Narrationis sunt hæc: Διήγησις τοῦ μεγάλου θεόπτου Μωυσέως περὶ τῆς πολιτείας Ἀδὰμ καὶ Εὔας τῶν πρωτοπλάστων, ἀποκαλυφθεῖσα παρὰ τοῦ Θεοῦ, ὅτε τὰς πλάκας τοῦ νόμου ἐδέξατο ἐκ χειρὸς αὐτοῦ, διδαχθεὶς ὑπὸ τοῦ Ἀρχαγγέλου Μιχαήλ. Μετὰ τὸ ἐξελθεῖν τὸν Ἀδὰμ ἀπὸ τοῦ παραδείσου &c. Eadem *Narratio* exstat etiam in (3) alio quodam *Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ* antiquo Codice manuscripto membranaceo, de quo suo tempore & loco agam, cùm in Continuatione hujus Catalogi usque ad *Codices MStos Historicos Ecclesiasticos Græcos* pervenero. Interim obiter moneo, *Narrationem* hanc videri *Fragmentum* esse *supposititij* istius *Operis*, quod *Georgius Cedrenus* (4) in principio Compendij Historiarum aliquoties citat, & ipse quidem appellat τὴν λεπτὴν Μωσέως Γένεσιν, hoc est, *Parvam Moysis Genesin*, sed simul etiam testatur, illud à nonnullis alijs olim vocatum fuisse Μωσέως Ἀποκάλυψιν, hoc est, *Moysis Apocalypsin* sive *Revelationem*. Huc quoque pertinet *Lutwini antiquum Poema Germanicum de Vitâ Adami & Evæ*, maximâ ex parte futilibus fabulis refertum, de quo vide Librum *secundum* horum Commentariorum pag. 876. Consule præterea etiam *Libri secundi Historiæ meæ Literariæ* Caput secundum pag. 151, ubi agitur *de Scriptis Mosaicis pseudepigraphis & supposititijs*.

(3) Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos ducentesimus.

(4) Vide edit. græc. lat. Paris. pag. 2, 4, 8, 26, 29 & 48.

Quadragesimo secundò, & quidem à fol. 318 pag. 1 usque ad fol. 320 pag. 2, *S. Basilij Magni Διδασκαλία* sive *Doctrina ascetica*, cujus principium: Πολλάκις, ἀδελφοί μου ἀγαπητοὶ, ὠνείδισα ὑμᾶς, ὅτι ῥαθυμοῦντες ἀμελεῖτε τὴν σωτηρίαν ὑμῶν, &c.

CCXI.

Ducentesimus undecimus (5) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *chartaceus* mediocriter antiquus in folijs, scriptus manu (6) *Andreæ Darmarij Epidauriotæ*, constátq; folijs *quadraginta sex*,

(5) Fuit is olim extra numerum.

(6) Vide Lib. IV horum Commentariorum pag. 180 & 218.

ſex, & ad V. CL. *Sebaſtianum Tengnagelium*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo *Joannis Metropolitæ Euchaitorum Poemata ſacra Jambica*, quorum *Titulus generalis*, cum annexâ Vitæ ipſius Epitome, eſt talis: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν ΙΩΑΝΝΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΤΟΥ ΕΥΧΑΪΤΩΝ Ὑπόμνημα. Ὁ Βίος. Οὗτος ἦν ἐπὶ τοῦ Βασιλέως Ῥωμαίων Κωνσταντίνου τοῦ Μονομάχου καὶ Ζωῆς τῆς Βασιλίσσης. ἔτη δὲ τὸ ἀπὸ τότε συντείνει ἑξήκοντα τέσσαρα πρὸς τοῖς πεντακοσίοις. ἀνὴρ δὲ σοφώτατος καὶ ἁγιώτατος ὤν, ξυνέγραψε πλείους τῶν λόγων; καὶ ἐπιστολὰς, καὶ στίχους ἰαμβικοὺς, καὶ ἄλλα πολλὰ λόγου καὶ χάριτος ἄξια, καὶ πολλοὺς τῶν ἀνθρώπων ἐξεπαίδευσε, πεπληρωμένος ὢν τῆς τοῦ παναγίου πνεύματος χάριτος. Sequitur deinde *Proœmium Jambicum totius Libri* hoc modo: Πρόγραμμα εἰς τὴν ὅλην βίβλον· στίχοι ἰαμβικοί.

Πάλαι διδαχθεὶς ὡς ἄριστον πᾶν μέτρον,
Τὰ τ᾽ ἄλλα πάντα μετριάζω καὶ λόγους &c.

Ipſorum autem *Poematum Inſcriptiones & principia* ſunt hæc: I, Εἰς πίνακας μεγάλους τῶν ἑορτῶν ὡς ἐν τύπῳ ἐκφράσεως. Εἰς τὴν ἁγίαν τοῦ Χριστοῦ γέννησιν; Τί τοῦτο; φῶς ἤστραψεν ὡς ἐξ αἰθέρος, &c; II, Εἰς τὴν ἁγίαν τοῦ Χριστοῦ βάπτισιν. Ἀνὴρ κομήτης, αὐχμὸν ἄγριον τρέφων, &c; III, Εἰς τὴν ἁγίαν τοῦ Χριστοῦ μεταμόρφωσιν. Φρῖξον, ὁρᾶ ταῦτα, τὴν ὁρωμένην θέαν, &c; IV, Εἰς τὴν ἔγερσιν τοῦ ἁγίου Λαζάρου. Ὁ τῆς γραφῆς νοῦς, ἀλλ᾽ ἄκουε καὶ βλέπε, &c; V, Εἰς τὰ βάια. Ἄνοιγε τὰς σὰς, ὦ Θεοῦ πόλις, πύλας, &c; VI, Εἰς τὴν ἁγίαν τοῦ Χριστοῦ σταύρωσιν. Νὺξ ταῦτα, καὶ γὰρ ἥλιον κρύπτει σκότος &c; VII, Εἰς τὴν Θεοτόκον δακρύουσαν. Ὦ τοῦ πάθους Δέσποινα, καὶ σὺ δακρύεις; &c; VIII, Ἕτεροι. Τῶν ματαίων καὶ κενῶν φρονημάτων &c; IX, Εἰς τὴν εἰκόνα τῶν τριῶν ἁγίων, ἣν ἐδωρήσατο τῷ ἁγίῳ Γρηγορίῳ. Ἐμοὶ τί μεῖζον τῶν ἐμῶν διδασκάλων, &c; X, Εἰς τὴν εἰκόνα τοῦ Βασιλέως καὶ τοῦ Πατριάρχου. Οἱ προσκλιθέντες τῇ σοφῇ Θεοῦ κρίσει, &c; XI, Εἰς τὸν προφήτην Δανιήλ. Θῆρες λέοντες ἦσαν ἐχθροί σοι πάλαι, &c; XII, Ὑπὲρ ἑαυτοῦ πρὸς Χριστόν. Πολλή χάρις σοι τῶν λόγων, Θεοῦ Λόγε, &c; XIII, Ἄλλοι περὶ ἑαυτοῦ πρὸς τὸν Χριστόν. Πολλὴ χάρις σοι τῶν λόγων, Θεοῦ Λόγε, &c; XIV, Ἀμοιβαῖοι εἰς τὸν ἀσώματον. Τίς τὴν ἄμορφον ἐξεμόρφωσε φύσιν; &c; XV, Ἕτεροι εἰς τὸν αὐτόν.

Ἔχουσα θερμὸν προστάτην ἐνταῦθα σε &c; XVI, Εἰς τὴν δέησιν ὑπὸ τοὺς πόδας τοῦ Χριστοῦ κειμένου τοῦ Βασιλέως· ὡς ἐκ τοῦ Βασιλέως. Σὺ δεσπότην με τῶν σεαυτοῦ κτισμάτων &c; XVII, Ὡς ἐκ τῆς Θεοτόκου. Μῆτερ σε τέκνον ἱκετεύει παρθένος &c; XVIII, Ὡς ἐκ τοῦ Προδρόμου. Ἄνθρωπος ἦν εὔσπλαγχνε, συγγνώμην ἔχε, &c; XIX, Ὡς ἐκ τοῦ Χριστοῦ. Αἰδώς τε μητρὸς καὶ παράκλησις φίλου &c; XX, Ἄλλοι εἰς τὸν Σωτῆρα ὡς ἐκ τοῦ Βασιλέως. Τῶν ἀστάτων μὲν οὐδὲν αἰτήσαντί μοι &c; XXI, Εἰς Βασιλεῖς στεφανοῦντας ὑπὸ Χριστοῦ. Μὴ χεὶρ κραταιὰ τοὺς κραταιοὺς δεσπότας &c. XXII, Εἰς τὸν τοῦ Βασιλέως τάφον ἐπιτύμβιοι. Ὄναρ τὰ θνητὰ πάντα καὶ ματαιότης &c; XXIII, Ἕτεροι ὡς ἐκ τοῦ Βασιλέως. Ἔδει με, Χριστὲ, μηδὲ φῶς ἰδεῖν βίου, &c; XXIV, Ἕτεροι. Οἴμοι τὸ κέρδος τοῦ ταλαιπόρου βίου &c; XXV, Ἕτεροι. Σὺ Βασιλεὺς ὕψιστε καὶ σὺ Δεσπότης &c; XXVI, Ἄλλοι. Δαβὶδ μελῳδῶν εὐσεβῆ νόμον γράφει; XXVII, Εἰς χρυσόβουλον τῆς λαύρας. Χρυσοῖς γραφῆναι γραμμάτων ἔδει τύποις &c; XXVIII, Εἰς τὴν ἑαυτοῦ οἰκίαν, ὅτε διαπράσας ταύτην ἀπέλιπεν. Μὴ δυσχεραίνε συ πρὸς ἡμᾶς οἰκία &c; XXIX, Ὅτε τὴν οἰκίαν μετέλαβεν. Ἔχω πάλιν σε καὶ βλέπω τὴν φιλτάτην &c; XXX, Εἰς τοὺς ἁγίους Πατέρας ἱστορημένους, ἐν οἷς ἦν καὶ Θεοδώρητος. Ἀνιστορήσας τοὺς σοφοὺς διδασκάλους &c; XXXI, Εἰς τὸ τυπικὸν τῆς λαύρας. Δέδοικα, μήπως θεσπίσας ἄλλοις τάδε &c; XXXII, Εἰς τὸν διαρρήξαντα τὸ οἰκεῖον χειρόγραφον. Τὴν πάρδαλιν μὲν δυστεμένως ἔχειν λόγος, &c; XXXIII, Εἰς τὸ αὐτὸ χειρόγραφον συγκολληθὲν πάλιν. Πιστευέτω πᾶς τῇ νεκρῶν ἀναστάσει, &c; XXXIV, Εἰς τὰς ἐγγράφους λοιδορίας τὰς κατὰ τοῦ Βασιλέως καὶ τοῦ Πατριάρχου. Ἄνθρωπε ῥῖψον, ἃ κρατεῖς τε καὶ βλέπεις, &c; XXXV, Ὅτε πρῶτον ἐγνωρίσθη τοῖς Βασιλεῦσι. Πάλαι μὲν ἦν μοι Δέσποτα στεφηφόρε &c; XXXVI, Εἰς σταύρωσιν χρυσῆν. Κἀνταῦθα Χριστὸς ἐστὶν ὑπνῶν ἐν ξύλῳ, &c; XXXVII, Πρὸς τὸν ἐπιλαβόμενον τοῦ ἰάμβου, ὡς τῆς προθέσεως οὐ καλῶς προσκειμένης. Εἰ Χριστὸν ἐχθροῖς ὤνιον μιαιφόνοις &c; XXXVIII, Πρὸς τοὺς ἀκαίρως στιχίζοντας. Ἄριστον εἶναι πᾶν μέτρον προεῖπέ τις &c; XXXIX, Ἐπιτύμβιοι εἰς τὸν φίλον Μιχαὴλ τὸν Διάκονον. Ἡ τῆς μεγίστης ἡδύτης ἐκκλησίας &c; XL, Ἐπιτύμβιοι εἰς τὸν πρωτεύοντα. Ἓν ἦν τὸ κοσμοῦν τὸν ταλαίπωρον βίον &c; XLI, Ἐπιτύμβιοι εἰς τὸν Χαρτοφύλακα. Πένθους ὁ καιρὸς, συμφορᾶς τὸ χωρίον, &c; XLII, Εἰς τὸν βε-

βεστάρχην Ἀνδρόνικον ἐπιτύμβιοι. Ἐκεῖνος οὗτος ὁ χθὲς ἐν βίῳ μέγας, &c; XLIII, Ἕτεροι εἰς τὸν αὐτόν. Εἰ καὶ σοφοὶ θνήσκουσιν, τίς λόγων λόγος; &c; XLIV, Εἰς τὸν ἑαυτοῦ τάφον. Θαύμαζε μηδὲν, ἀλλὰ φρίσσε τὴν θέαν, &c; XLV, Ἕτεροι. Ζωῆς ἀπελθὼν φάσμα, καὶ χθὲς ἡμέρα &c; XLVI, Εἰς πολυάνδριον. Ἄστοργε μῆτερ, ὦ πικρᾶς ἀσπλαγχνίας &c; XLVII, Ἐπίγραμμα εἰς τὸν Πλάτωνα καὶ τὸν Πλούταρχον. Εἴπερ τινὰς βούλοιο τῶν ἀλλοτρίων &c; XLVIII, Εἰς τὴν καθημερινὴν λειτουργίαν τῆς ἁγίας Σοφίας. Οὐκ ἦν δίκαιον, τὴν σκιὰν μὲν τοῦ νόμου &c; XLIX, Εἰς τοὺς ἁγίους Ἀναργύρους. Ἰδοὺ τί τερπνὸν &c; L, Εἰς τὴν κηδείαν τοῦ Χρυσοστόμου, καὶ τὴν κατὰ τὸν ἀδελφὸν ἱστορίαν. Τὸν ἄγγελον μὲν ἐν βροτοῖς ὁ πρεσβύτης &c; LI, Εἰς τὸν ἀρχάγγελον Μιχαήλ. Φῶς, πνεῦμα καὶ πῦρ οἶδα μὲν τοὺς ἀγγέλους, &c; LII, Εἰς τὸν ἀσπασμὸν Πέτρου καὶ Παύλου. Ἐξισόρει μοι Παῦλε τὸν μέγαν Πέτρον &c; LIII, Εἰς τὸν Σωτῆρα Χριστόν. Τοὺς οὐρανοὺς ἔχοντα Δέσποτα θρόνον, &c; LIV, Εἰς τὸν ἅγιον Παῦλον ὑπαγορεύοντα, καὶ Λουκᾶν καὶ Τιμόθεον παρεστῶτας καὶ γράφοντας. Ὁ ζῶντα Χριστὸν ἐν μέσῃ ψυχῇ φέρων &c; LV, Πρόγραμμα εἰς τὸν τῆς κοιμήσεως λόγον. Σοὶ τοῦτο πλεκτὸν ἐξ ἀκηράτου στέφος &c; LVI, Πρόγραμμα εἰς τὸν περὶ τῶν ἀγγέλων λόγον. Κἂν ἄλλο μεῖζον εὐπορῶ τι προσφέρειν &c; LVII, Εἰς τοὺς λόγους τοῦ Θεολόγου, τοὺς μὴ ἀναγινωσκομένους. Τίς ὁ θρασυνθεὶς πρῶτος εἰπεῖν τοὺς λόγους &c; LVIII, Πρόγραμμα εἰς τοὺς νόμους. Ὦ κόσμε, κόσμε, τῶν κακῶν τὸ χωρίον, &c; LIX, Εἰς λιτὸν εὐαγγέλιον ἐνιστορητόν. Ὦ τῶν ἀπίστων καὶ ξένων θεαμάτων, &c; LX, Εἰς τὴν ἁγίαν τοῦ Χριστοῦ καὶ ζωηφόρον ἀνάστασιν. Σκόπει, σκόπει τὸ θαῦμα τοῦ τεθαμμένου, &c; LXI, Εἰς τὴν ψηλάφησιν. Χριστὸς μαθηταὶ, Χριστός ἐστι καὶ πάλιν, &c; LXII, Εἰς τὴν ἁγίαν τοῦ Χριστοῦ καὶ σωτήριον ἀνάληψιν. Οὐκ ἦν ὁ Χριστὸς σαρκικῶν ἐκ σπερμάτων &c; LXIII, Εἰς τὴν ἁγίαν Πεντηκοστήν. Τὴν ἐσχάτην τε καὶ μεγίστην ἡμέραν &c; LXIV, Εἰς τὸν Ἡλίαν τρεφόμενον ὑπὸ κόρακος. Ζηλῶ τὰ παιδεύθητι μακροθυμίαν, &c; LXV, Εἰς τὴν κατὰ τὸν ἅγιον Παῦλον καὶ τὸν Χρυσόστομον ἱστορίαν. Σίγα θεατὰ, καὶ βραχὺν μεῖνον χρόνον, &c; LXVI, Εἰς τὸν ἅγιον Ἰωάννην τὸν Χρυσόστομον. Ἡ γλῶσσαν εὑρὼν πῦρ πνέουσαν ζωγράφε &c; LXVII, Εἰς τὸν ἅγιον Γρηγόριον τὸν Θεολόγον. Τί σοι τὸ σύννουν βλέμμα βούλεται πάτερ &c; LXVIII, Εἰς τὸν μέγαν Βασίλειον. Ἐπιπρέπει τις σεμνοποιὸς ὠχρότης &c; LXIX, Εἰς τοὺς τρεῖς ἅμα. Τριὰς μὲν εὗρεν ἰσα-

ἰσαρίθμους συμμάχους, &c; LXX, Ἐις τὸν ἅγιον Νικόλαον. Ἀυτὸν Πάτερ σε προσκυνῶ τε καὶ βλέπω, &c; LXXI, Ἐις τὸν ἅγιον Κωνσταντῖνον τὸν ἐν τῷ καμήλῳ. Κόσμῳ νεκρωθεὶς καὶ Θεῷ ζήσας πάτερ &c; LXXII, Ἐις τὰς Δεσποίνας. Δίσσαις Ἀνάσσαις αὐταδέλφαις Αὐγούσταις &c; LXXIII, Ἐν τῇ μνήμῃ τῶν ἁγίων Σεργίου καὶ Βάκχου, ὅτε καὶ δῶρα ἔπεμψεν. Ὁι γειτονοῦντες μάρτυρες τοῖς δεσπόταις &c; LXXIV, Ἐις τὴν ἐν Ἐυχαΐτοις εἰκόνα τοῦ Βασιλέως. Καὶ τὸν κραταιὸν Δεσπότην ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΝ, τῆς γῆς τὸ θαῦμα, τὸν μέγαν ΜΟΝΟΜΑΧΟΝ, &c; LXXV, Ἐις τὴν θήκην τοῦ τιμίου ξύλου τοῦ Βασιλέως Χριστοῦ. Σταυροῦ πάλιν φῶς, καὶ πάλιν Κωνσταντῖνος &c; LXXVI, Ἐις τὸν ἅγιον Θεοφύλακτον. Θεὸς φύλαξ σοι· τοῦτο γὰρ κλῆσιν φέρεις· &c; LXXVII, Ἄινιγμα εἰς πλοῖον ὡς ἐξ ἑτέρου. Ζῶον τι πεζὸν, ἀλλὰ νηκτὸν εὑρέθη, &c; LXXVIII, Ἐις τὸν τὸ αὐτό δ' ἑτέρως ὡς ἑτερόν τι προβάλλοντα. Ἐδεξάμην σε καινὸν οὐ φέροντά τι, &c; LXXIX, Ἐις τὸ δεσποτικὸν αἷμα, Ἐν οὐρανοῖς μὲν προσκυνητὰς ἀγγέλους &c; LXXX, Ἐις τὴν Θεοτόκον, ὡς ἐκ ὕπνῳ ἀπεκαλύφθη. Ὀυκ ἦν καθεύδειν τὴν φιλάνθρωπον κόρην &c; LXXXI, Ἐις τὴν αὐτήν. Δραμοῦσα τὸ πρὶν ἐξ ἑῴας εἰς δύσιν &c; LXXXII, Ἐις τοὺς δύο ἁγίους Θεοδώρους. Ὡς ἀγχίνους ἦν ὁ γραφεὺς τῶν εἰκόνων &c; LXXXIII, Ἐις τινὰ τιμηθεῖτα ἐξαίφνης. Μυστογράφος χθὲς εὐγλυφὴς νεανίας &c; LXXXIV, Ἐις τάφον. Κοινὸς τριῶν εἰς φιλτάτων ὄντος τάφος &c; LXXXV, Ἐις τοὺς μ' μάρτυρας. Τεσσαράκοντα συμμάχους θείους ἔχω &c; LXXXVI, Ἐις ὕδωρ ῥέον ἔκ τινος πέτρας. Ἔβλυζε καὶ πρὶν ναματῶ λαῷ πέτρα &c; LXXXVII, (1) Ἐις τὴν δίκην ναβάρεως χαραγὴν τῶν χελιδόνων. Ἡ Δεσπότου χεὶρ τοῦ σοφοῦ ΜΟΝΟΜΑΧΟΥ &c; LXXXVIII, (2) *Ad Imperatorem Constantinum Monomachum.* Πιστὸς Βασιλεὺς, εὐσεβὴς Ἀυτοκράτωρ, Σεβαστὸς, ὀρθόδοξος ὁ ΜΟΝΟΜΑΧΟΣ· τὸ πρός σε φίλτρον οἷον ἐν ψυχῇ φέρω &c; LXXXIX, Ἐις τὸν αὐτόν. Ἄλλων Βασιλεὺς, σὸς σὲ πιστὸς οἰκέτης, &c; XC, Ἐις ἑαυτόν. Πλουτοῦσι πολλοὶ &c; XCI, Ἐις ἑαυτόν. Ἕλκουσι βαθμοὶ &c; XCII, Παλινῳδία πρὸς ταῦτα μετὰ τὴν χειροτονίαν Ὀυκ ἔστιν ἡμῖν ἀτρεκὴς ὄντος λόγος &c; XCIII, Ἐις τὴν τοῦ νομοφύλακος νεαρὰν. Ἀυτὸς σκοπήσας πρᾶγμα κοινῇ συμφέρον &c; XCIV, Ἐις τὸν δεύτερον λόγον, τὸν εἰς τὸν τροπαιοφόρον. Μιᾶς ὁ μικρὸς ἔργον ἑσπέρας λόγος &c; XCV, Ὅτε ἀπέστη τῆς συγγραφῆς τοῦ χρονογράφου. Ὁ συγγρα-

(1) *De vera hujus Inscriptionis lectione & interpretatione nondum mihi satis liquet.*

(2) *Deest ibi Inscriptio graeca hujus Poematij.*

γραφεὺς ψεῦδος μὲν οὐκ εἴρηκέ πω &c; XCVI, Εἰς τὰ διορθωθέντα Μηναῖα εἰς Εὐχάϊτα. Ὕμνων ἐπελθὼν ἡμερησίων βίβλους &c; XCVII, Εἰς τὰ αὐτά. Οὐ πολλὰ μὲν, κράτιστα πάντα δ' ἐνθάδε, &c; XCVIII, Εἰς τὰ διορθωθέντα βιβλία. Καλὴν δεδωκὼς ταῖς βίβλοις ὑπουργίαν &c; XCIX, Εἰς τοὺς ιβ' Ἀποστόλους. Σταυρῷ Πέτρον κύμβαχον ἐν Ῥώμῃ Νέρων, &c; C, Εἰς τὸν Ἄγγελον τὸν ἱστάμενον ἔξω τῆς πύλης. Οὐρανοβάμων πῶς (1) πυραυλεῖς ἐνθάδε &c; CI, Εἰς τὴν βάπτισιν τοῦ Χριστοῦ στίχοι ἡρωικοί. Μίγνυται ὧδε φύσις &c; CII, Εἰς τινὰ μοναχὸν σιωπῶντα δῆθεν. Σιγᾷς πάτερ &c. Hucusq; *Inscriptiones & principia Poematum sacrorum Joannis Metropolitæ Euchaitensis*. Quod autem ille sub *Imp. Constantino Monomacho*, ab A.C. 1042 usq;ad annũ 1054 imperante, floruerit, manifestè apparet non solùm ex *Vitâ* ipsius suprà exhibitâ brevi *Epitome*, verùm etiam ex ipsis illis *Poematibus*, utpote in quibus jam memorati *Imperatoris Constantini Monomachi*, tanquam synchroni, aliquoties nominatim fit mentio; ideoq; supplendâ est R.P. *Hippolyti Maraccij Lucensis Bibliotheca Mariana*, ubi de ejusdem Autoris ætate, quasi de re incertâ agitur his verbis: *JOANNES* (2) *EVCHAITARVM Episcopus, natione Græcus, inter Hymnographos Menæorum insignis; de cujus ætate aut vitâ R. P. Simon Wangnereck in suâ Pietate Marianâ Græcorum, Part. 1, in Prolegomenis num. 25, se nonnihil quid quam invenisse scribit, quod Viris doctis probare se posse consideret; studium suum erga B. Virginem declaravit scribendo gracè In dormitionem Sanctissimæ Deiparæ Orationem unam, quæ manuscripta exstat in Bibliothecâ Vaticanâ: Canones item octo deprecatorios ad Sanctissimam Deiparam secundùm octo Echos Græcorum, qui manuscripti exstant ibidem.* Hæc *Maraccius*. Cæterùm nec silentio prætereundum est, suprà enumerata Poemata sacra à *Joanne Meursio* sexies citari in *Glossario Græco-Barbaro*, & quidem velut *jam edita*. Quo autem tempore & loco, cujúsq; curâ & studio editio illa in lucem prodierit, nondum potui indagare.

(1) *In margine ibidem adscriptum est:* Ἰσταν. πυραυλεῖς.

(2) *Malim* Euchaitorum *à nominativo plurali neutrius generis* τὰ Εὐχάϊτα. *Vide* Niceph. Callist. *Hist. Eccles. lib. 7 cap. 44 & lib. 16 cap. 26; item Ius Græco-Romanum Tom. 1 pag.* 88.

CCXII.

Ducentesimus duodecimus, (3) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *chartaceus* mediocriter antiquus in *folio*, constátq; folijs *triginta septem*, & ad V. CL. *Sebastianum Tengnagelium*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim pertinuit. Continetur eo (4) *Michaelis Pselli Expositio paraphrastica Cantici Canticorum versibus politicis cum Præfatione simili ad Imp. Constantinopolitanum*

(3) *Fuit is olim extra numerum.*

(4) *Vide etiam Lib. III horum Commentariorum pag. 77 & Lib. IV pag. 178.*

tanum Nicephorum Botaniatam, cujus titulus & principium: Ἑρμηνεία τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου Μιχαὴλ τοῦ Ψελλοῦ εἰς τὸ ᾆσμα τῶν ᾀσμάτων διὰ στίχων πολιτικῶν πρὸς τὸν Βασιλέα Κύριον Νικηφόρον τὸν Βοτανειάτην. Προοίμιον. Ἐπειπερ τὸ φιλομαθὲς τὸ σὸν ὦ Στεφηφόρε &c. Inter *Titulum* autem hunc & *principium Proœmij* exstant ibidem etiam alia quædam *Prolegomena prosaica de Personis, Argumento & Nomine Cantici Canticorum*, quæ non exstant in alijs Codicibus MStis, nec in editione græcâ *Meursianâ*. Incipiunt ea his verbis: Τὰ πρόσωπα τοῦ βιβλίου τοῦ ᾄσματος. Νύμφιος, ὁ Κύριος ἡμῶν. Νύμφη, ἡ ἐκκλησία· Φίλοι τοῦ νυμφίου, οἱ ἅγιοι ἄγγελοι. &c.

CCXIII.

Ducentesimus decimus tertius (1) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in *quarto*, constátq; nunc folijs *ducentis viginti octo*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus Constantinopoli: Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usq; ad fol. 166 pag. 2, *Philippi Solitarij Dioptra sive Amussis Fidei & Vitæ Christianæ, ad Callinicum Monachum versibus* (2) *politicis ac formâ Dialogi inter Animam & Carnem composita, & in* (3) *quinq; Libros divisa, varijsq; veterum* (4) *Patrum testimonijs, contextui passim permixtis, illustrata.* Edidit quidem hanc *Dioptram* ex Codice MSto Bibliothecæ *Augustanæ* R.P. *Jacobus Pontanus* S.I. Ingolstadij typis Adami Sartorij A. 1604 in quarto, sed *latinè* tantùm, & *solutâ oratione*, alijsq; varijs modis, ut ipse in *Præfatione ad Lectorem* fatetur, pro libitu interpolatam ac transformatam. Deest etiam ibi *totus Liber primus*. Quem autem ille *Librum primum* nuncupat, is re verâ est *Liber secundus*; & similiter, quem ille appellat *Librum secundum*, is re verâ est *Liber tertius*; & porrò, quem ille *Librum tertium* vocat, is re verâ est *Liber quartus*; ac deniq;, quem ille nominat *Librum quartum*, is re verâ est *Liber quintus*. Operæ pretium igitur foret, totam illam *Dioptram* denuò edi, sed *græcè* simul ac *latinè*, & sine ullâ interpolatione. Cui novæ editioni adornandæ præstantissimus hic Codex MStus *Cæsareus*, etsi in principio præ vetustate sit mutilus, plurimùm tamen potest inservire. Deest ibi *pars prior Libri primi plùs minùs dimidia*, clauditúrq; jam memoratus Liber ibidem his verbis:

Ἰδὲ ψυχή μου εἰπόν σοι τὰ μέλλοντα γενέσθαι,
Καὶ τὰ καλὰ καὶ τὰ δεινὰ πάντα ὑπέμνησά σε.

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* trecentesimus duodecimus.

(2) *Vide Lib. IV hor. Commentar. pag.* 178 *&* 205, *&* R. P. Jacobi Pontani *S. I. Prolegomena in* Symeonis Junioris Theologi *Orationes asceticas.*

(3) *At Pontanus ex quinque Libris fecit quatuor.*

(4) *Indicē eorum vide in* Pontani *Prolegomenis ad Lectorē.*

Τοῦ

Τοῦ νῦν αἰῶνος μερικῶς, τοῦ μέλλοντος ὡσαύτως
Τὴν σωτηρίαν φρόντησον. ἀφορμὴν οὐν μὴ ἔχεις.
Ὑμεῖς δὲ πάντες ἀδελφοὶ, Πατέρες ἐν Κυρίῳ,
Ὅσοι ἀναγινώσκετε τοὺς ἀγροίκους μου στίχους,
Θρηνήσατε, θρηνίζατε, καὶ συνθρηνήσατέ μοι·
Τοῦτο σημεῖον πέφυκεν ἀγάπης πληρεστάτης
Τὸ χαίρειν μετὰ χαίροντος, τὸ συμπενθεῖν πενθοῦσι.

Sequitur deinde Inſcriptio ſive Titulus *Libri ſecundi* cum *Indice* ſeu *Lemmatibus Capitum decem* hoc modo: Τάδε ἔνεστιν ἐν τῷ δευτέρῳ λόγῳ. Κεφάλαιον ά. Σαφὴς ἀπόδειξις ὅτι ἡ πίστις χωρὶς τῶν ἔργων ἀνόνητός ἐστιν. Κεφάλαιον β'. Ὁποίας τῶν τοῦ Χριστοῦ ἐντολῶν &c. Quo finito Indice incipit ipſe Liber *ſecundus*: Λόγος β' στίχοι α φ ς έ. Πολλοὺς μὲν ἔχομεν ὁμοῦ καὶ χρόνους καὶ καιροὺς τε &c. Liber *tertius*: Τάδε ἔνεστιν ἐν τῷ τρίτῳ λόγῳ. Κεφάλαιον ά. Ὅτι οὐδέν τι πράττει ταῦν ί. ψυχὴ ἢ ἐνεργεῖ ἄνευ τοῦ σώματος, &c. Λόγος γ'. στίχοι α χ ν δ'. Ἰδοὺ καὶ ἄλλο ζήτημα, ἰδοὺ ἑτέρα πεῦσις &c. Liber *quartus*: Τάδε ἔνεστιν ἐν τῷ τετάρτῳ λόγῳ. Κεφάλαιον ά. Ὅτι ὁ νοῦς χωρὶς τοῦ σώματος πολλὰ ἐκτελεῖ καὶ ἀγαθὰ καὶ πονηρὰ, &c. Λόγος δ'. στίχοι α ρ ζ. Θεράπαινα περιείρηκας ἐν τῷ λόγῳ τῷ τρίτῳ &c. Liber *quintus*: Τάδε ἔνεστιν ἐν τῷ πέμπτῳ λόγῳ. Κεφάλαιον ά· Ἐρωτᾷ μαθεῖν, πῶς τὰς ἄνω τῶν ἀγγέλων λογικὰς οὐσίας προϋπέστησεν ὁ Θεὸς, &c. Λόγος έ· στίχοι, β τ λ'. Τί δήποτε θεράπαινα τὰς λογικὰς δυνάμεις &c. Deſinit autem *ultimus* ille Liber his verſibus: Ἀλλ' εἰς τὸν νοῦν μοι πρόσεχε καὶ δύναμιν τοῦ λόγου, Εἶπες ζητείοις ψυχικὴν ὠφέλειαν εὑρεῖν. Meminit hujus *Dioptræ* etiam *Martinus Cruſius* Libro ſecundo Turco-Græciæ, ubi in Annotationibus ad Hiſtoriam Eccleſiaſticam Conſtantinopolitanam pag. 198 ſic ſcribit: *Manuſcriptus Liber, qui* Διόπτρα *inſcriptus, & à Gerlachio A.1577 Conſtantinopoli emptus eſt, continens diſputationem Animæ & Corporis, cur non ſe ad moriendum præparent, incipit:*

(1) Πῶς κάθη, πῶς ἀμεριμνεῖς, πῶς ἀμελεῖς, ψυχή μου;
Ὁ χρόνος σου πεπλήρωται, ἔξελθε τοῦ σαρκίου. &c.

(1) *Exordium hoc Libri primi perperàm in editione* Pontani *latinâ eſt.* Libri quarti

Minimè igitur hîc audiendus eſt R. P. *Jacobus Gretſerus* S. I., qui in Notis ad *Dioptram*, à R. P. *Jacobo Pontano* S. I. latinè editam, ob *dif-*

Caput vigeſimum *ſive* ultimum, *atq; incipit ibi his verbis*: Quid ita ſedes? quid omni curâ vacas? quid temet ita negligis Anima? *&c.*

differentiam exordij ſuſpicatur *Dioptram*, cujus *Cruſius* meminit, diverſam eſſe ab eâ, quam *Pontanus* edidit. Ipſa *Gretſeri* verba ſunt hæc: *Citatur in Turcogræciâ fol. 198 Liber Dioptra inſcriptus, verſibus politicis conſtans, animæq; & corporis diſputationem continens, cur ad moriendum ſe non præparent. Initium ejus fertur hoc:* Πῶς κάθῃ, *&c. Sed cùm Dioptræ noſtræ longè aliud ſit exordiū, haud temerè ſuſpicamur, diverſam eſſe ab illâ, cujus Turcogræcia meminit.* Hæc R. P. *Gretſerus.* Quæ is profectò nunquam ſcripſiſſet, ſi ſciviſſet Codicem MStum Bibliothecæ *Auguſtanæ*, ex quo R. P. *Jacobi Pontani* editio latina deſumpta eſt, *toto Libro primo* fuiſſe mutilum, ideóq; Librum *ſecundum* perperàm à *Pontano* habitum fuiſſe pro Libro *primo*. Hinc quoq; idem *Pontanus* in *Philippi Solitarij Proœmio ad Callinicum* æquè perperàm pro *Libris quinq;* ſubſtituit *Libros quatuor*, & *Exordium Libri primi*, Πῶς κάθῃ, &c, falsò habuit pro *Libro* (1) *quinto*, ideóq; Libro quarto in fine annexuit tanquam *Caput vigeſimum* ſub titulo *Flebilis lamentationis & querimoniæ adverſus animam*.

Secundò, & quidem à fol. 166 pag. 2 uſq; ad fol. 168 pag. 2, Appendix prima *Dioptræ Philippi ſolitarij*, quâ continentur Capita quinq; hiſtorica & lectu digniſſima *de Fide & Cærimonijs Armeniorum, Jacobitarum, Chatzitzariorum, & Romanorum ſeu Francorum*, quorum primum inſcribitur atq; incipit: (2) Τὰ τῶν Ἀρμενίων παραπτήματα εἰσὶ ταῦτα καὶ τοιαῦτα. Τῇ ἕ ἡμέρᾳ τοῦ Ἰανουαρίου μηνὸς κατὰ τὴν πρωΐαν ἑορτάζουσι τὴν ἑορτὴν τοῦ εὐαγγελισμοῦ, κατὰ τὴν ἑσπέραν δὲ αὐτῆς τῆς ἡμέρας τὴν τοῦ Χριστοῦ γέννησιν, &c; ſecundum: (3) Ἔχει δὲ καὶ τὰ τῶν Ἰακωβιτῶν οὕτως, Ὁ Ἰακωβος οὗτος, ἀφ᾽ οὗ καὶ οὗτοι καλοῦνται, μοναχός τις γέγονε Σύρος, Τζάντζαλος ἐπονομαζόμενος· &c; tertium: (4) Ἔχει δὲ τὰ τῶν Χατζιτζαρίων οὕτως. Οἱ δὲ Χατζιτζάριοι τὸν Σταυρὸν μόνον προσκυνοῦσι καὶ σέβονται· Χατζὶ γὰρ παρ᾽ αὐτοῖς ὁ Σταυρός· &c; quartum: (5) Τὰ τῶν Ῥωμαίων ἤτοι Φράγγων παραπτήματα καὶ σχίσματα. Καὶ ἃ μὲν ἐπιτελοῦσιν ἰουδαΐζοντες οἱ Ῥωμαῖοι, εἰσὶ ταῦτα. Τὸ τῶν ἀζύμων ἔγκλημα· &c.

Tertiò, & quidem à fol. 168 pag. 2 uſque ad fol. 169 pag. 2, *Appendix ſecunda Dioptræ Philippi Solitarij*, quâ continetur *Demonſtratio ex Scripturâ Sacrâ & S. Epiphanio, quòd Chriſtus in Sacrâ Cœnâ non legale, ſed verū comederit Paſcha.* Ipſa tituli græci verba cū principio Demonſtrationis ſunt hæc: (6) Ὅτι οὐκ ἔφαγε τὸ νομικὸν πά-

χα

(1) *Huc enim pertinent Præfationis ipſius ad Lectorem hæc verba:* Quintū Librum paucarū paginarum, nec Capitib' diſtinctum, cū Quarto conjunximus.

(2) *Vide infrà Codicem CCXLVII num. 11, & Auctarij Bibliothecæ Veterum Patrum gr. lat. Tom. II à colum. 271 uſque ad col. 416.*

(3) *Vide infrà Codicē CCXLVII num. 9 & 12, & Auctarij Bibliothecæ Veterum Patrū græco-lat. Tō. II à col. 261 uſq; ad col. 269.*

(4) *Vide Auctar. Biblioth. Vet. Patr. jam citato loco.* (5) *Vide infra Codicem CCXLVII num. 23, fol. 62 pag. 1.* (6) *Vide ibidem fol. 62 pag. 1 & 2.*

χα ὁ Χριστὸς ἐν τῷ δείπνῳ, ἀλλὰ τὸ ἀληθινόν. (1) Ἐπιφάνιος ὁ τοῦ Κύπρου φησί· ἐν τρισὶν ὕλαις ἐποίουν τὸ πάσχα οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ ἐν τρισὶν ἀρεταῖς, &c.

Quartò, & quidem à fol. 169 pag. 2 usque ad fol. 173 pag. 2, Appendix tertia *Dioptræ Philippi Solitarij*, qua continetur *Epistola ipsius Apologetica ad Constantinum Sacerdotem de differentiâ inter Intercessionē & Auxilium Sanctorū*; cujus Inscriptio & *principium*: Τῷ κατὰ πνεῦμα υἱῷ καὶ ἱερεῖ Κωνσταντίνῳ περὶ πρεσβείας καὶ προστασίας ἀπόλογος. Ἐπειδήπερ ᾐτήσω τὴν εὐτέλειαν ἡμῶν, τέκνον ἐν Κυρίῳ ἠγαπημένον καὶ πνευματικὸν, τοῦ γνωρίσαι σοι πρεσβείας καὶ προστασίας τὸ διάφορον, &c.

Quintò, & quidem fol. 174 pag. 1, Appendix quarta *Dioptræ Philippi Solitarij*, quâ continentur *ipsius Versus politici*, quibus & *tempus absolutionis Dioptræ*, & *nomen suum per numeros octo literarum* ΦΙΛΙΠΠΟΣ indicat. Eorum principium est:

Ἐτελειώθη σὺν Θεῷ καὶ τὸ παρὸν πυκτίον,
Τὸ πόνημα, τὸ σύγγραμμα, ἡ εὐτελὴς ΔΙΟΠΤΡΑ
Διὰ χειρὸς ἁμαρτωλοῦ μοναχοῦ τε καὶ ξένου
Μηνὶ Μαΐῳ δώδεκα, Ἰνδικτιῶνος τρίτης,
(2) Κύκλος σελήνης δέκατος, ἡλίου εἰκὰς τρίτη
Ἔτους ἑξακισχίλια καὶ ἑξακὸς πρὸς τούτοις,
Πρὸς δὲ καὶ τρία ἕτερα ἐπὶ τούτοις τυγχάνει.
Ἂν δὲ τὸ ὄνομα τοὐμὸν μαθεῖν ἐθέλῃς φίλε, &c.

Absolvit igitur *Philippus Dioptram* suam anno Mundi secundùm supputationem Ecclesiæ Constantinopolitanæ 6603, hoc est, (3) anno Christi 1095, Indictione *tertiâ*, Imperatoris Constantinopolitani *Alexij Comneni* anno decimo quinto. Vnde patet quantum erret R.P. *Jacobus Pontanus* in Præfatione ad Lectorem, quam *Dioptræ* editioni latinæ præfixit, & R. P. *Jacobus Gretserus* in Apparatu Sacro literâ P, dum scribunt, *Philippum Solitarium Libro quarto testari, se Dioptram confecisse anno post Christum natum millesimo centesimo quinto, quo tempore Alexius Comnenus annum decimum sextum imperabat*. Nam nec anno Mundi Græcorum 6603 respondet annus Christi Latinorum 1105, sed annus 1095, nec anno Christi 1095 respondet annus Imperij *Alexij Comneni decimus sextus*, sed annus *vigesimus quintus*, ut in R.P. *Philippi Labbei* S.J. Parte primâ Chronologiæ Technicæ pag. 338 & 342 cuilibet videre est. Hinc porrò etiam

(1) *Vide* S. Epiphanij *Panarium sive Opus adversus Hæreses Libro tertio, ubi agitur de Hæresi* Audianorum *numero septuagesimâ, & quidem pag.* 823 *editionis græc. lat. Petavianæ Parisiensis in folio.*

(2) *Immò Cyclo Lunæ* 13, *Solis autem* 12. *Quâ de re vide* Sethi Calvisij *Opus Chronologicum A.C.* 1095 *& R. P.* Philippi Labbei *Partē Primam Chronologiæ Technicæ eodem anno.*

(3) *Vide* Leonis Allatij *Tabulam Chronologicam concordiæ annorum Mundi Græcorum & annorum, Christi Latinorum, quæ ipsius Dissertationi de Dominicis & Hebdomadibus Græcorum recentiorum in fine annexa est.*

tiam manifestè elucet, per *Michaelem Psellum*, qui *Philippi Dioptram Præfatione* & *Scholijs* illustravit, non esse intelligendum *seniorem* illum *Michaelem Psellum*, (1) qui circa annum Christi 1078 obijt, sed alium quendam *Juniorem*, qui post *Imp. Alexij Comneni* tempora claruit. Quâ de re aliàs accuratiùs agam, cùm primùm in manus meas pervenerit V. CL. *Leonis Allatij* Diatriba de *Psellis* & eorum Scriptis, quam hactenùs nullo pretio nancisci potui, etsi incredibili studio ac diligentiâ eam ubivis gentium quæsiverim.

(1) *Vide Lib. III horum Commentariorum pag. 253, & Lib. IV pag. 248 & 323.*

Sextò. & quidem fol. 174 pag. 2, Appendix quinta *Dioptræ Philippi Solitarij*, quâ continentur *Versus Constantini & Vesti Grammatici* in laudem *Dioptræ* & autoris eius *Philippi*; quorum titulus & principium: Στίχοι κυροῦ Κωνσταντίνου καὶ Βέστου τοῦ Γραμματικοῦ. Ὁ τήνδ' ἀναγνοὺς εὐπρόσδεκτον τὴν βίβλον, &c.

Septimò, & quidem à fol. 175 pag. 1 usque ad fol. 186 pag. 2, ex (3) *Isaaci, Magnæ Armeniæ Catholici, Orationibus duabus invectivis, adversus Armenios* Excerpta *de duabus in Christo naturis, de Annunciatione Beatissimæ Virginis Deiparæ, de Sudore Christi sanguineo, de Pane, Vino & Aquâ in mysterijs Christi, de Judaicis sacrificijs, de Sacerdotio, & de Jejunio Artziburi.* Sunt autem ea ibi in principio mutila, atq; incipiunt nunc his verbis: καὶ περὶ τῆς σαρκώσεως ἐν Χριστῷ κηρύττοντες οὐ φρίττουσι. &c.

(2) *Vide Auctarij Magnæ Bibliothecæ Veterum Patrum græco-lat. Parisinæ Tomum II à col. 317 usq; ad col. 416.*

Octavò, & quidē à fol. 186 pag. 2 usq; ad fol. 209 pag. 1, *Euthymi Zigabeni, Monachi Constantinopolitani, Epistola adversus Phundagiagitas sive Bogomilos, Constantinopoli in patriā suam missa*; cujus titulus & principium: Ἐπιστολὴ ΕΥΘΥΜΙΟΥ ἀσκητοῦ τῆς περιβλέπτου μονῆς στηλιτεύουσα μερικῶς κατὰ τῶν ἀθέων καὶ ἀσεβῶν πλάνων τῶν (3) φουνδαγιαγιτῶν ἤγουν τῶν Βουγομίλων, σταλεῖσα ἀπὸ Κωνσταντινουπόλεως πρὸς τοὺς ἐν τῇ αὐτοῦ πατρίδι. Βούλομαι ὑμᾶς ἀδελφοὶ μου καὶ συγγενεῖς καὶ φίλοι &c.

(3) *Ita ibi scriptū est, nempe Φουνδαγιαγιτῶν & Βουγομίλων, non autē Φουνδαϊτῶν & Βογομίλων, ut Libro tertio horū Commentariorum pag. 170 & 171.*

Nonò, & quidem à fol. 209 pag. 2 usque ad fol. 211 pag. 2, *Isidori Pelusiotæ Epistolæ duodecim*, quarum prima ad *Theodosium Scholasticum* incipit: Τὸ πρῶτον ἢ ἀλλότριον &c.

Decimò, & quidem à fol. 212 pag. 2 usque ad fol. 215 pag. 2, *Papæ Hadriani IV Epistola*, tempore Imperatoris Constantinopolitani *Manuelis Comneni*, nempe A.C. 1155, missa ad *Basilium Achridenum, Archiepiscopum Thessalonicensem*, magnæ tunc in Ecclesiâ Orientali autoritatis & nominis, *de componendâ inter Latinos & Græcos Fidei discordiâ*; simul & ejusdem *Basilij Epistola responsoria* ad eundem suprà memoratum Summum Pontificem. *Epistola Papæ Hadria-*

Hadriani IV inſcribitur ibi atque incipit hoc modo: Ἐπιστολὴ τοῦ Πάπα Ῥώμης πρὸς Ἀρχιεπίσκοπον Θεσσαλονίκης Βασίλειον τὸν Ἀχριδηνόν. Ἀδριανὸς Ἐπίσκοπος, δοῦλος δούλων Θεοῦ, τῷ σεβασμίῳ ἀδελφῷ τῷ Θεσσαλονικέων Ἀρχιεπισκόπῳ ἀσπασμὸν καὶ ἀποστολικὴν εὐλογίαν. Ἐξότου διὰ τοῦ ἀρχαίου πολεμίου &c. *Reſponſionis* autem *Baſilij* principium eſt tale: Ἀνέγνωμέν σου τὴν ἐπιστολὴν, ἁγιώτατε Πάπα, &c. Exſtant quidem hæ duæ Epiſtolæ græcè & latinè Tomo primo *Juris Græco-Romani*, à *Joanne Leunclavio* collecti & à *Marquardo Frehero* editi, pag. 305 & 307; propter *variantes* tamen *lectiones* haud inutilem fore arbitror collationem earum cum hoc Codice MSto *Cæſareo*, utpote ubi utraq; Epiſtola etiam in fine aliquanto eſt auctior. Eædem Epiſtolæ, ſed *latinè* tantùm, exſtant quoque apud Em. Card. *Baronium* Annal. Eccleſiaſt. Tomo XII, an. 1155 num. 42, 43, 44. Meminit earundem etiam *Leo Allatius* Libro ſecundo de Eccleſiæ Occidentalis & Orientalis perpetuâ Conſenſione, cap. 11 § 4.

Undecimò, & quidem à fol. 215 pag. 2 uſq; ad fol. 220 pag. 2, *Baſilij Achrideni, Archiepiſcopi Theſſalonicenſis, Diſputatio de controverſijs Fidei inter Latinos & Græcos*, habita *Theſſalonicæ* cum (1) *Epiſcopo Beneventano*, *Conſtantinopoli* ab *Imp. Manuele Comneno* revertente, conſcripta autem inſtar *Dialogi* à *Nicetâ Monacho* ἐν τῇ τῶν ἀκαπνιωτῶν μονῇ. Principium ejus eſt tale: Μανουὴλ τοῦ ἐν Χριστῷ τῷ Θεῷ πιστοῦ βασιλεύοντος, καὶ Αὐτοκράτορος Ῥωμαίων, τοῦ Κομνηνοῦ καὶ Πορφυρογεννήτου, διάγοντος ἐν Κωνσταντινουπόλει, ἱκέτης ἀνὴρ ἐξ Ἰταλίας Ἐπίσκοπος Βενεβέντου, ἀρετῇ καὶ λόγῳ κεκοσμημένος, &c.

Duodecimò, & quidem à fol. 221 pag. 2 uſque ad fol. 223 pag. 1, *anonymi* cujuſdam Autoris *Carmen* quoddam *verſibus politicis*, de quo nondum mihi ſatis liquet, quoniam à principio uſq; ad finem lacerum, mutilum, & vix legibile eſt.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 223 pag. 1 uſq; ad fol. 225 pag. 2, *S. Epiphanij Liber de duodecim Gemmis in veſte Aaronis*, cujus principium: (2) Σάρδιον τὸ Βαβυλώνιον &c.

CCXIV.

Ducenteſimus decimus quartus (3) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in *quarto* conſtát-

(1) *Intelligitur hoc loco* Henricus Archiepiſcopus Beneventanus, *cujus Diploma A. C.* 1157. *Archiepiſcopatûs autem primo datū, exſtat apud* Ferdinandum Vghellū *Italiæ Sacræ Tomo octavo, colum.* 179 & 180. *Ibidē quoq; nempe col.* 184, *fit mentio* Legationis Conſtantinopolitanæ, *quâ idem* Henricus *A.C.* 1166 *juſſu Papæ* Alexandri *III functus eſt.* (2) *Vide Operum* S. Epiphanij *edit. gr. lat. Petav. Pariſ. Tom. II pag.* 225. (3) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* centeſimus ſeptuageſimus ſecundus.

ſtátq; nunc folijs *centum nonaginta octo*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli.* Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſq; ad fol. 67 pag. 1, *Philippi Solitarij Dioptra ſive Amuſſis Fidei & Vitæ Chriſtianæ, ad Callinicum Monachum verſibus politicis ac formâ Dialogi inter Animam & Carnem compoſita, & in quinq; Libros diviſa, varijsq; veterum Patrum teſtimonijs, contextui paſſim permixtis, illuſtrata.* Deeſt nunc ibi *totus Liber primus*; *ſecundi* autem Libri maxima pars poſterior ſupereſt. Reliqui porrò Libri, nempe *tertius*, *quartus* & *quintus*, exſtant ibidem integri, deſinitq; *ultimus* eorum, itidem ut in proximè præcedenti Codice, hoc verſu: Εἰπὲ ζητείοις ψυχικὴν ὠφέλειαν ἐυρεῖν.

Secundò, & quidem à fol. 67 pag. 2 uſq; ad fol. 69 pag. 1, Appendix prima *Dioptræ Philippi Solitarij*, continens *ipſius Epiſtolam ad Conſtantinum Sacerdotem de differentiâ inter Interceſſionem & Auxilium Sanctorum*, quæ inſcribitur atq; incipit eodem modo, ut in proximè præcedenti Codice.

Tertiò, & quidem à fol. 69 pag. 1 uſq; ad fol. 72 pag. 2, Appendix ſecunda *Dioptræ Philippi Solitarij*, continens *Leonis Archiepiſcopi Bulgariæ Capita quinquaginta de tentationibus & afflictionibus involuntarijs earúmq; utilitate.* Ipſa tituli græci verba unà cum principio Capitis primi ſunt hæc: Λέοντος τοῦ ἁγιωτάτου Ἀρχιεπισκόπου Βουλγαρίας Κεφάλαια ν΄ περὶ πειρασμῶν καὶ θλίψεων ἀκουσίων καὶ τῆς ἐντεῦθεν ὠφελείας. Κεφάλαιον α΄. Ἔστι μὲν ἡμῖν εἰς ζωὴν καὶ διατροφὴν ὁ καρποφορούμενος ἐκ τῆς γῆς σῖτος, &c.

Quartò, & quidem à fol. 73 pag. 1 uſq; ad fol. 78 pag. 1, *S. Anaſtaſij Sinaitæ Oratio de Sacrâ Synaxi, de oblivione injuriarum, & de non judicando alium*; cujus titulus & principium: (1) Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ἀναστασίου ἀσκητοῦ τοῦ Σινᾶ ὄρους λόγος περὶ τῆς ἁγίας συνάξεως, καὶ τοῦ μὴ μνησικακεῖν, καὶ τοῦ μὴ κρίνειν τὸν ἕτερον. Ἀεὶ μὲν ἡ τοῦ ἁγίου Πνεύματος χάρις &c.

(1) Vide Lib. IV horum Commentariorum pag. 135 & 168.

Quintò, & quidem à fol. 78 pag. 1 uſq; ad fol. 79 pag. 1, *anonymi* cujuſdam Autoris *Diſſertatio contra Neſtorianos*, cujus principium: Χρὴ ἀναθεματίζειν Νεστόριον &c.

Sextò, & quidem fol. 79 pag. 1 & 2, *Expoſitio compendiaria orthodoxæ Fidei*, quæ in hoc quidem Codice MSto *S. Joanni Chryſoſtomo*, in (2) alijs autem Codicibus MStis *S. Cyrillo Archiepiſcopo Ale-*

(2) Vide Lib. IV horum Commentar. pag. 206.

Alexandrino & *S. Anastasio Sinaitæ* attribuitur. Inscribitur ea atq; incipit in hoc Codice MSto his verbis: Τοῦ Χρυσοστόμου. Ἐρώτησις. Ποίας θρησκείας εἶ; Ἀπόκρισις· Χριστιανός. &c.

Septimò, & quidem à fol. 80 pag. 1 usq; ad fol. 132 pag. 2 & à fol. 145 pag. 1 usq; ad fol. 170 pag. 2, *S. Anastasij Sinaitæ Quæstiones & Responsiones sacræ*, quarum Libro *tertio* & *quarto* horum Commentariorum jam aliquoties mentio facta est.

Octavò, & quidem à fol. 132 pag. 2 usq; ad fol. 144 pag. 1, *S. Maximi Liber asceticus secundùm Interrogationem & Responsionem*; cujus titulus & principium: Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Μαξίμου τοῦ ὁμολογητοῦ Λόγος ἀσκητικὸς κατὰ πεῦσιν καὶ ἀπόκρισιν. (1) Ἀδελφὸς ἠρώτησε γέροντα λέγων· &c. (1) *Vide Lib. IV horum Commentariorũ pag. 211.*

Nonò, & quidem à fol. 170 pag. 2 usq; ad fol. 172 pag. 2, *Sententiæ variæ ex Sacra Scripturâ & Sanctis Patribus*, quarum titulus & principium: Γνῶμαι ψυχωφελεῖς ἐκ τῶν ἁγίων καὶ μεγάλων Πατέρων. Συνεχέστερον νοεῖ τὸν Θεὸν &c.

Decimò, & quidem à fol. 172 pag. 2 usque ad fol. 175 pag. 2, *Evagrij Cappadocis Apophthegmata veterum Patrum*; quorum titulus & principium: Εὐαγρίου Καππαδόκου ἀποφθέγματα περὶ τῶν μεγάλων γερόντων. Τῷ μεγάλῳ Ἀντωνίῳ προσῆλθέ τις τῶν τότε σοφῶν, καὶ, πῶς διακαρτερεῖς Πάτερ, εἶπε, τῆς ἐκ τῶν βίβλων παραμυθίας ἐστερημένος; &c.

Vndecimò, & quidem à fol. 175 pag. 2 usq; ad fol. 177 pag. 2, *S. Nili Alphabetum morale*, sive, *Capita viginti quatuor de Virtutibus ordine alphabetico*. Ipsa tituli græci verba cum principio primi Capitis sunt hæc: Νείλου μοναχοῦ τοῦ ὁσίου Κεφάλαια ψυχωφελῆ περὶ διαφόρων γνωμῶν καὶ ἀρετῶν κατὰ ἀλφάβητον. Ἀτάραχον τὸν νοῦν σου ὦ ἄνθρωπε φύλαττε ἐκ τῶν τοῦ βίου σκανδάλων, &c.

Duodecimò, & quidem fol. 178 pag. 1, *S. Basilij Magni Admonitio de Gratiarum actione erga Deum*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἁγίου Βασιλείου περὶ εὐχαριστίας. Καθεζόμενος ἐπὶ τραπέζης, προσεύχου προσφερόμενος τὸν ἄρτον &c.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 178 pag. 1 usq; ad fol. 179 pag. 2, Excerpta quædam ex *Libro Sapientiæ Jesu filij Sirach*, quorum titulus & principium: Τοῦ Σιρὰχ περὶ διαφόρων ἀρετῶν. Μὴ ἴσθι ὡς λέων ἐν τῷ οἴκῳ σου &c.

Decimo quartò, & quidem à fol. 179 pag. 2 usq; ad fol. 184 pag. 2, *S. Nili Sententiæ*, quarum titulus & principium:

Τοῦ ὁσίου Νείλου γνῶμαι βιωφελεῖς. Φόβον ἔχε Θεοῦ καὶ πόθον, &c.

Decimo quintò, & quidem à fol. 184 pag. 2 usq; ad fol. 187 pag. 1, *S. Ephrami Syri Oratio* περὶ κατανύξεως sive *de Compunctione*; cujus principium: (1) Κατανύγηθι ψυχή μου, κατανύγηθι &c.

Decimo sextò, & quidem à fol. 187 pag. 1 usq; ad fol. 188 pag. 2, ejusdem *S. Ephrami* Προσευχὴ μετ' ἐξομολογήσεως sive *Precatio ad Deum cum confessione*; cujus principium: (2) Ἰασαί με Κύριε καὶ ἰαθήσομαι, &c.

Decimo septimò, & quidem fol. 188 pag. 2 & fol. 189 pag. 1, ejusdem *S. Ephrami Fragmentum* ἐκ τῶν μακαρισμῶν sive *ex Opusculo de Beatitudinibus animæ*; cujus principium: (3) Μακάριος, ὃς γέγονεν ὅλος ἐλεύθερος Κυρίῳ, &c.

Decimo octavò, & quidem à fol. 189 pag. 1 usq; ad fol. 192 pag. 1, *Excerpta ex Thalassij Abbatis quadringentis Capitibus ad Paulum Presbyterum de Charitate & Continentiâ & de Regimine mentis*; quorum titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἀββᾶ Θαλασσίου ἐκ τῶν κεφαλαίων τῶν περὶ ἀγάπης καὶ ἐγκρατείας καὶ τῆς κατὰ νοῦν πολιτείας τῶν πρὸς Παῦλον πρεσβύτερον τετράκις ἑκατοντάδων. Πόθος πρὸς Θεὸν ὁλικῶς τεταμένος &c. Vide etiam suprà Codicem CCVIImum, num. 21.

Decimo nonò, & quidem à fol. 192 pag. 1 usq; ad fol. 196 pag. 1, *ex S. Nili Capitibus centum quinquaginta de Oratione & ex alijs ejusdem varijs Capitibus asceticis Excerpta*, quorum titulus & principium: Νείλου ἐκ τῶν περὶ προσευχῆς ρν' κεφαλαίων. Προσευχή ἐστι πραότητος καὶ ἀοργησίας βλάστημα· &c.

Vigesimò, & quidem à fol. 196 pag. 1 usq; ad fol. 298 pag. 2, *ex Joannis Stobæi, Antonij & Maximi* (4) *Locis communibus Sententiarum Capita tria de Honore parentum & amore liberorum, de Timore Dei, & de Peccato atq; Confessione.*

CCXV.

Ducentesimus decimus quintus (5) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *chartaceus* antiquus in quarto, constátq; nunc folijs *centum sexaginta*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 2 usque ad fol. 160 pag. 1, *Philippi Solitarij Dioptra sive Amussis Fidei & Vita Christiana ad Callinicum Monachum versibus politicis*, sed integro *Libro primo* mutila, atque itidem ut in (6) suprà memoratâ R. P. *Jacobi Pontani* editione latinâ, ab incerto quodam recentiori interpolatore græco in *quatuor* tantùm

(1) *Vide Operum S.* Ephræmi *edit. lat. Vossian. Colon. pag.* 135.
(2) *Vide ibid. pag.* 250.
(3) *Vide ibid. pag.* 168.
(4) *Vide editionis eorum græco-latinæ Wechelianæ Francofurtensis Caput* 199, 288 *&* 297.
(5) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos centesimus* septuagesimus septimus.
(6) *Vide suprà pag.* 34.

tantùm *Libros* divisa. Qui enim ibi vocatur *Liber primus*, is in (1) incorruptis ejusdem Operis antiquis Codicibus manuscriptis re verâ est *Liber secundus*, & similiter, qui ibi appellatur *Liber secundus*, is re verâ est *Liber tertius*, & porrò, qui ibi nuncupatur *Liber tertius*, is re verâ est *Liber quartus*, ac deniq;, qui ibi inscribitur *Liber quartus*, is re verâ est *Liber quintus*. Ne autē illa fraus primo pateret intuitu, mutavit temerarius iste interpolator *principia Libri tertij* & *Libri quarti*, eáq; ad falsam divisionem suam depravatè accommodavit. *Principiū* enim *Libri tertij*, quod in incorruptis Codicibus manuscriptis est tale:

Ἰδοὺ καὶ ἄλλο ζήτημα, ἰδοὺ ἑτέρα πεῦσις,
Ἐξ ὧν ἠρώτησά σε χθὲς ἐν τῷ ΔΕΥΤΕΡΩ λόγῳ·

transformavit ille hoc modo:

Ἰδοὺ καὶ ἄλλο ζήτημα, ἰδοὺ ἑτέρα πεῦσις,
Ἐξ ὧν ἠρόμην σοι τὸ χθὲς εἰς λόγον σοῦ τὸν ΠΡΩΤΟΝ.

Similiter etiam principium *Libri quarti*, quod in incorruptis Codicibus manuscriptis est tale,

Θεράπαινα περιείρηκας ἐν τῷ λόγῳ τῷ ΤΡΙΤΩ,

transformavit ille hoc modo:

Θεράπαινα περιείρηκας ἐν τῷ ΔΕΥΤΕΡΩ λόγῳ·

Valdè porrò notabile est exstare in eodem hoc interpolato Codice CCXVto *Præfationem Philippi Solitarij ad Callinicum Monachum*, in quâ expressè indicat, se *Dioptram* suam divisisse εἰς λόγους πέντε, hoc est, *in Libros quinque*, non autem *in Libros quatuor*, ut perperàm legitur in suprà memoratâ editione *Pontani*. Hinc igitur haud absurdè colligitur Codicem Manuscriptum *Bibliothecæ Augustanæ*, ex quo R.P. *Pontanus Dioptram* descripsit & latinè translatam edidit, æquè corruptum & interpolatum fuisse, quàm Codex ille est *Cæsareus*, de quo in præsens ex professo agitur. Quod denique ad *Titulum Dioptræ generalem* attinet, is in eodem hoc Codice *Cæsareo* est talis: Ἀρχὴ σὺν Θεῷ τῆς Βίβλου, ἧς ἡ ἐπωνυμία Διόπτρα. *Præfatio* autem *ad Callinicum* inscribitur ibidem atque incipit hoc modo: Ἐπιστολὴ μονάσαντος ἁμαρτωλοῦ καὶ ξένου πρὸς μοναχὸν φιλόπονον τὸ γένος (2) Χαρσενίτην. Τῇ κελεύσει σου εἴξας καὶ μὴ θέλων διὰ τὸ τῆς ὑπακοῆς καὶ ἀγάπης καλὸν, καὶ τὸ ἐπίταγμα σου πληρώσας, τίμιε Πάτερ καὶ ἐν Χριστῷ ἀδελφὲ Καλλίνικε, περιέρησά σοι τὰ ὧδε πάντα διὰ στίχων πολιτικῶν ΕἸΣ ΛΌΓΟΥΣ ΠΈΝΤΕ κατὰ πεῦσιν καὶ ἀπόκρισιν &c.

Secundò, & quidem fol. 160 pag. 1 & 2, *Versus Constantini*

(1) *Vide suprà Cod. ccxiii & ccxiv.*

(2) *Pro* Χαρσενίτην *videtur legendū esse* Χερσονίτην, *hoc est, ex* Taurica Chersoneso oriundum. Taurica *enim* Chersonesus *alias etiam vocatur* Cherson, *& incolæ ejus* Chersonitæ *atq;* Chersonitenses, *ut apud* Paulum Diaconum *Historiæ Miscellæ lib.20 cap.13, 14, 15, 16 & 17 videre est.*

Grammatici & Vesti in laudem Dioptræ & Autoris ejus Philippi; quorum titulus & principium: (1) Στίχοι τοῦ κυροῦ Κωνσταντίνου τοῦ γραμματικοῦ καὶ Βέστου.

Ὁ τήνδ' ἀναγνοὺς εὐπρόσδεκτον τὴν βίβλον,

Μὴ πρὸς τὸ μέτρον &c.

Tertiò, & quidem fol. 160 pag. 2 *Symeonis, Logothetæ & Magistri, cognomine Metaphrastæ, Versus compunctorij formâ confessionis secundum ordinem alphabeticum* Ipsa tituli græci verba cum principio Versuum sunt hæc: Τοῦ κυροῦ Συμεὼν τοῦ Λογοθέτου καὶ Μαγίστρου Στίχοι κατὰ στοιχεῖα κατανυκτικοὶ ἐν τάξει ἐξομολογήσεως. Ἀπὸ βλεφάρων δάκρυα &c. Pertingunt autem illi ibi tantùm usque ad literam B ob defectum sequentium foliorum.

Quartò, & quidem fol. 1 pag. 1 & 2, aliud ejusdem *Symeonis Metaphrastæ* Στιχηρὸν sive *Canticum sacrum ordine alphabetico*, sed maximâ parte priori mutilum usque ad literam O, quæ incipit: Ὅταν τὸ πλῆθος μου τῶν πλασμάτων &c. Idem autem *Carmen* exstat sub nomine *Symeonis Metaphrastæ* integrum in ejusdem *Augustissimæ Bibliothecæ* Codice MSto Theologico Græco *septuagesimo sexto*, & quidem à fol. 6 pag. 2 usque ad fol. 8 pag. 2, incipitque ibi his verbis: Ἄνω τὸ ὄμμα τῆς διανοίας &c. Quâ de re vide Librum *tertium* horum Commentariorum pag. 149; sed ibi versu 27 pro Στιχηρὸν mendosè legitur Σιχηρὸν.

CCXVI.

Ducentesimus decimus sextus (2) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *chartaceus* mediocriter antiquus in *folio*, constátque nunc folijs *trecentis sexaginta octo*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 217 pag. 1, *Theophylacti Acridæ in Bulgariâ Archiepiscopi, Expositio in (3) quinq; Prophetas Minores Oseam, Habacuc, Jonam, Nahum & Michæam*; cujus titulus & principium: Θεοφυλάκτου Ἀρχιεπισκόπου Βουλγαρίας ἐξήγησις εἰς τοὺς ιβ' Προφήτας. Ὑπόθεσις εἰς τὸν Ὠσηὲ τὸν Προφήτην. Ὠσηὲ ἑρμηνεύεται σωζόμενος &c. Quamvis igitur in hoc Codice MSto tantùm exstet Expositio in jam memoratos *quinq; Prophetas Minores*, ex titulo tamen ejus generali apparet, *Theophylactum omnes duodecim Prophetas Minores* Commentarijs suis illustrâsse.

Secundò, & quidem à fol. 218 pag. 1 usq; ad fol. 355 pag. 2, (4) *Nicephori Blemmidæ Expositio in Psalteriū Davidis*; cujus *Prologo-*

(1) *Vide suprà Cod. CCXIII num. 6.*

(2) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* ducentesimus vigesimus tertius.

(3) Theophylacti *Expositio in* quatuor *Prophetas* Habacuc, Jonam, Nahum *& Oseã edita est latinè à Ioanne Leonicero Francofurti A.* 1534 *in octavo, & Parisijs typ. Iacobi Gazeau A.* 1542 *in octavo.*

(4) *Ita ibi scriptum est; nempe* Βλεμίδου, *non autem* Βλεμμίδου, *ut in alijs ferè omnibus antiquis Codicibus MStis, ubi hujus* Nicephori *fit mentio.*

legomena inscribuntur atq; incipiunt hoc modo: Ἐξηγημένον Ψαλτήριον παρὰ ἀσκητοῦ κυροῦ Νικηφόρου τοῦ Βλεμμίδου. Ψαλτήριον κυρίως ὄργανον εἶδος ἐστὶ μουσικοῦ, νάβλα παρ᾽ ἑβραίοις ὀνομαζόμενον, &c. Expositionis autē *primi Psalmi* initiū est tale: Τοῦ σοφωτάτου ἀσκητοῦ κυροῦ Νικηφόρου τοῦ Βλεμμίδου Ἐξήγησις τοῦ Ψαλτῆρος. Ὁ πρῶτος Ψαλμὸς ἠθικὸς τέ ἐστι καὶ δογματικός· παραινεῖ γὰρ προσέχειν τοῖς θείοις λογίοις, &c.

Tertiò, & quidem à fol. 356 pag. 1 usq; ad fol. 368 pag. 2, ejusdem *Nicephori Blemmidæ Expositio in Appendicē Psalterij Davidici:* nempe in *Cantica duo Moysis Exodi* cap. 15 & Deuteronomij cap. 32; in *Canticum Prophetissæ Hannæ*, matris *Samuelis*; in *Canticum Prophetæ Habacuc*; in *Orationem Ezechiæ Regis Judæ* apud *Esaiam* cap. 38; in Canticum Jonæ Prophetæ; in *Canticum trium Puerorum* apud Prophetam *Danielem*; in *Canticum Beatissimæ Virginis Deiparæ* & in *Prophetiam Zachariæ* patris *S. Joannis Baptistæ* apud *S. Lucam* cap. 1. Cæterùm quod ad ipsum *Nicephorum Blemmidam* attinet, de ejus ætate, vitâ, moribus & eruditione præclara multa, ex varijs antiquis Autoribus collecta, exstant apud V. CL. *Leonem Allatium* Lib. 2 de Ecclesiæ Occidentalis & Orientalis perpetuâ Consensione, cap. 14 § 4.

CCXVII.

Ducentesimus decimus septimus (1) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *chartaceus* pervetustus & optimæ notæ in *folio*, constátq; nunc folijs *trecentis viginti duobus*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus *Constantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usq; ad fol. 314 pag. 1, *Theophylacti, Acridæ in Bulgariâ Archiepiscopi, Commentarij in quatuor Evangelia*; quorum generalis titulus præ vetustate ibi deest, Commentarius autem in Evangelium S. Matthæi speciatim inscribitur, atq; incipit his verbis: Τὸ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγέλιον πρῶτον τῶν ἄλλων ἐγράφη παρὰ Ματθαίου τοῦ Ἀποστόλου μετὰ ὀκτὼ ἔτη τῆς Χριστοῦ ἀναλήψεως ἑβραΐδι φωνῇ πρὸς τοὺς ἐξ Ἰουδαίων πιστεύσαντας· μετεφράσθη δὲ ἀπὸ τῆς ἑβραΐδος εἰς τὴν ἑλληνίδα παρὰ (2) Ἰωάννου τοῦ Ἀποστόλου. Οἱ μὲν περὶ τοῦ νόμου ἐκεῖνοι θεῖοι ἄνδρες οὐ διὰ γραμμάτων καὶ βιβλίων ἐδιδάσκοντο, &c. Editi quidem sunt hi *Commentarij* græcè & latinè Lutetiæ Parisiorum apud Carolum Morellum A. 1631 in folio, valdè tamen utile futurum arbitror, eos tàm cum hoc, quàm cum alijs ejusdem argumenti præstantissimis Codicibus MStis Cæsareis

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* quinquagesimus tertius.

(2) *At S.* Hieronymo *de autore istius translationis græcæ non liquet, ut capite tertio de Scriptoribus Ecclesiasticis testatur his verbis:* Evangelium Christi, Hebraicis literis verbisque à S. Matthæo compositum, quis posteà in Græcum transtulerit, non satis certum est.

ſareis diligenter & accuratè conferri. Cæterùm *quo tempore* & *quo loco, cujuſq; juſſu* & *cujus manu*, præſtantiſſimus ille Codex manuſcriptus, de quo in præſens ex profeſſo agitur, ſcriptus ſit, indicatur ibi fol. 314 pag. 1 in fine Commentarij in Evangelium *S. Joannis* hâc ſubſcriptione: Τὸ παρὸν βιβλίον προστάξει τοῦ ἁγίου μου Πατρὸς καὶ Καθηγουμένου τῆς σεβασμίας μονῆς τῆς περιβλέπτου Θεοτόκου ἀσκητοῦ κυροῦ Μητροφάνους καὶ ἱερέως ἐγράφη καὶ ἐτελειώθη κατὰ τὸν Ὀκτώβριον μῆνα τῆς ιέ ἐπινεμήσεως; τοῦ ,ς ψ έ ἔτους διὰ χειρὸς ἐμοῦ τοῦ ἁμαρτωλοῦ Παύλου. Hoc eſt: *Præſens Liber juſſu ſancti Patris mei & Præpoſiti venerabilis* (1) *Monaſterij Beatiſſimæ Virginis Deiparæ cognomine* τῆς Περιβλέπτου, *hoc eſt, Spectabilis ſeu Admirandæ, ſcriptus & abſolutus eſt menſe Octobri, Indictione decimâ quintâ, anno Mundi ſexies milleſimo ſeptingenteſimo quinto*, hoc eſt, anno Chriſti milleſimo centeſimo nonageſimo ſeptimo, *manu meâ Pauli peccatoris.*

Secundò, & quidem à fol. 314 pag. 2 uſque ad fol. 316 pag. 1, *Photij Patriarchæ Conſtantinopolitani Liber ſchiſmaticus de Epiſcopis & Metropolitis, alijſq; Quæſtionibus contra Romanos ſive Latinos*, Ipſa tituli Græci verba cum *primâ Quæſtione* ſunt hæc: Φωτίου τοῦ ἁγιωτάτου καὶ οἰκουμενικοῦ Πατριάρχου συναγωγαὶ καὶ ἀποδείξεις ἀκριβεῖς συνειλεγμέναι ἔκ τε συνοδικῶν καὶ ἱστορικῶν γραφῶν περὶ Ἐπισκόπων καὶ Μητροπολιτῶν καὶ ἑτέρων ἀναγκαίων ζητημάτων. Ἐρώτησις. Ἐν ποίοις φαίνονται πεπραχότες ④ Ῥωμαῖοι παραλόγως; &c. Vide etiam Librum *tertium* horum Commentariorum pag. 195 & 259.

Tertiò, & quidem à fol. 316 pag. 1 uſque ad fol. 321 pag. 1, ejuſdem *Photij Epitome Actorum Conciliorum ſeptem Generalium*; cujus titulus & principium: Ἐπιτομὴ τῶν πρακτικῶν τῶν ἑπτὰ οἰκουμενικῶν Συνόδων. Ἀναγκαῖόν ἐστι, μέλλοντας ἡμᾶς χριστιανικῶν αἱρέσεων ἐπιμιμνῆσκειν, &c.

Quartò, & quidem fol. 321 pag. 1 & 2, *anonymi* cujuſdam Autoris Opuſculum *de ſeptem Concilijs Generalibus & de Provincialibus*, ſed maximâ parte poſteriori mutilum. Inſcribitur illud atque incipit hoc modo: Περὶ τῶν ἑπτὰ ἁγίων καὶ οἰκουμενικῶν Συνόδων καὶ περὶ τοπικῶν. Χρὴ γινώσκειν πάντα χριστιανὸν, ὅτι ἑπτὰ εἰσὶ ἅγιαι καὶ οἰκουμενικαὶ Σύνοδοι· καὶ ἡ μὲν πρώτη γέγονεν ἐν Νικαίᾳ τῷ δωδεκάτῳ ἔτει τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου, &c. Vnde ſatis apparet, Opuſculum hoc diverſum eſſe à *Photij Synopſi hiſtoricâ ſeptem Conciliorum Generalium*, quæ *Epiſtola ipſius ad Michaelem Principem Bul-*

(1) *Celeberrimus hujus* Monaſterij Conſtantinopolitani τῆς περιβλέπτου *paſſim fit mentio apud* Joannem Zonarã, Georgiũ Cedrenum, Nicephorum Gregoram, Georgiũ Codinũ, *aliiſq; antiquos Scriptores Hiſtoriæ Byzantinæ.*

Bulgariæ inserta est. Quâ de re vide Librum *tertium* horum Commentariorum pag. 161 & 162. Consule etiam Bibliothecam Juris Canonici veteris, græcè & latinè à *Gulielmo Voello* & *Henrico Justello* Parisijs A. 1661 duobus Tomis in folio editam, Tom. II pag. 1141, 1155 & 1161.

CCXVIII.

Ducentesimus decimus octavus (1) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in *folio*, constátq; folijs *trecentis nonaginta septem*, & ad V. CL. *Sebastianum Tengnagelium*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim pertinuit. Continentur eo *Theophylacti, Acridæ in Bulgariâ Archiepiscopi, Commentarij in quatuor Evangelia*, & inscribuntur ibi atq; incipiunt hoc modo: Θεοφυλάκτου Ἀρχιεπισκόπου Βουλγαρείας Ἑρμηνεία κατὰ σύνοψιν εἰς τὸ Τετραευαγγέλιον. Ἀρχὴ τοῦ κατὰ Ματθαῖον. Οἱ μὲν οὖν περὶ τοὺς νόμους ἐκείνους θεῖοι ἄνδρες οὐ διὰ γραμμάτων καὶ βιβλίων ἐδιδάσκοντο, &c. In fine horum *Commentariorum*, nempe fol. 396 pag. 2 & fol. 397 pag. 1 exstat *Appendix* quædam *Historica* de *Josepho ab Arimathia*, & de *Judâ proditore*; simul & *Flavij Josephi insigne Testimonium de Christo* ex Libro decimo octavo Antiquitatum Judaicarum; cujus titulus & principium: Φησὶ δὲ καὶ ὁ Ἑβραῖος ἸΩΣΗΠΠΟΣ κατὰ τὸν ὀκτοκαιδέκατον τόμον τῆς ἀρχαιολογίας αὐτοῦ. Γίνεται δὲ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον Ἰησοῦς, &c.

CCXIX.

Ducentesimus decimus nonus (2) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *membranaceus*, pervetustus, elegantissimus & optimæ notæ in *folio*, constátq; folijs *quingentis duobus*, & olim ad celeberrimum (3) *Cardinalem Bessarionem* pertinuit; posteà autem à *Joanne Sambuco*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, undecim Ducatis sive Aureis emptus, ac demùm post illius mortem in *Augustissimam Bibliothecam Cæsaream* translatus est. Continentur eo *Teophylacti, Acridæ in Bulgariâ Archiepiscopi, Commentarij in Evangelia duo S. Marci & S. Lucæ*, inscribitúrq; & incipit *Commentarius in Evangelium S. Marci* hoc modo:

ΤΗΣ ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ ἘΝΝΟΗΜΑ ΜΑΡΙΑΣ,
ΨΥΧΗΣ ἈΛΗΘΩΣ ἘΡΓΟΝ ἘΥΓΕΝΕΣΤΑΤΗΣ·
Ὁ ΔῈ ΤΡΥΓΗΣΑΣ ΤΟΥΣ ΜΕΛΛΙΡΡΥΤΟΥΣ ΛΟΓΟΥΣ
ΘΕΟΦΥΛΑΚΤΟΣ ΠΟΙΜΕΝΑΡΧΗΣ ΒΟΥΛΓΑΡΙΑΣ.
ἘΥΑΓΓΕΛΙΟΝ ΚΑΤᾺ ΜΑΡΚΟΝ.

(1) *Fuit is olim extra numerum.*

(2) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* centesimus quintus.

(3) *Vide Lib. IV horum Commentariorum pag. 84 & 139.*

Τὸ κτ̃ Μάρκον Ἐυαγγέλιον μτ̃ δέκα ἔτη τ̃ Χριςȣ̃ ἀναλήψεως συνεγράφη ἐν Ῥώμῃ· ἦν μθ̀ γδ̀ ὄυτ◎ ὁ Μάρκ◎ Πέτρȣ μαθητὴς, ὃν καὶ ὑιὸν ἀυτȣ̃ ὁ Πέτρ◎ ὀνομάζει, πνευματικὸν πάντως· &c. Ex *versibus* igitur huic *Commentario in Evangelium S. Marci* præfixis, ut & ex admirandâ elegantiâ perantiquæ majuſculæ ſcripturæ totius Codicis, luculentè apparet, Codicem hunc *ipſo Theophylacti ævo* eſſe exaratum, & veriſimiliter illum ipſum eſſe, quo uſa eſt

(1) *Cœpit imperare A. C. 1071.*
(2) *Cœpit imperare A. 1078.*

Imperatrix MARIA, primò quidem *Imp.* (1) *Michaelis Ducæ* cognomine *Parapinacij*, ſecundò autem *Imp.* (2) *Nicephori Botaniatæ* Vxor, cujus inſtinctu ac juſſu *Theophylactus* Commentarios in quatuor Evangelia compoſuit. Prætereà etiam ex ijſdem *verſibus* propter jam memoratæ *Imp. Mariæ* ſynchroniſmum manifeſtè elucet, *Theophylactum* claruiſſe ſeculi poſt Chriſtum *undecimi* poſteriori parte dimidiâ, ideóq; graviter errare, qui illum ad ſeculum *octavum* aut *nonum* referunt, ut jam pridem rectè obſervavit R. P. *Philippus Labbeus* Tomo ſecundo de Scriptoribus Eccleſiaſticis.

CCXX.

(3) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* ducenteſimus ſeptimus.

Ducenteſimus vigeſimus (3) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* pervetuſtus & optimæ notæ in *folio*, ſed in fine mutilus, conſtátq; nunc folijs *centum octodecim*. Continetur eo *Theophylacti, Acridæ in Bulgariâ Archiepiſcopi*, Ἑρμηνέια ſive Expoſitio *in Evangelium S. Marci, in Evangelium S. Joannis, in Evangelium S. Matthæi, in Epiſtolam Catholicam S. Jacobi, in Epiſtolas duas Catholicas S. Petri, in Epiſtolas tres Catholicas S. Joannis, & in Epiſtolam Catholicam S. Judæ.* Cæterùm *cujus manu & quo tempore* præſtantiſſimus hic Codex ſcriptus ſit, indicatur in fine *Commentarij in Evangelium S. Matthæi*, nempe fol. 97 pag. 1, his verbis: Ἐγράφη τὸ παρὸν τȣ̃ κτ̃ Ματθαῖον Ἐυαγγελίȣ βιβλίον διὰ χειρὸς ΛΕΌΝΤΟΣ ἁμαρτωλȣ̃ καὶ ἀναξίȣ τȣ̃ τȣ̃ Ῥαοὺλ, μηνὶ Ἰȣνίω τετάρτῃ, ἰνδικτιῶν◎ δευτέρας, ἔτȣς ἑξακισχιλιοςȣ̃ ἑξακοσιοςȣ̃ τεσσαρακοςȣ̃ ἑβδόμȣ. ὁ δὲ τȣ̃το ἀναγνȣ̀ς, ἔυχȣ ὑπὲρ ἀυτȣ̃ τῷ Θεῷ, ὅπως συγχωρήσεως τῶν ἀυτȣ̃ ἁμαρτιῶν ἐπιτύχῃ· ἀμὴν, γένοιτο. Hoc eſt: *Scriptus eſt præſens ſecundùm Matthæum Evangelij Liber manu LEONIS peccatoris & indigni de Rhaul, menſis Junij die quartâ, Indictione ſecundâ, anno ſexies milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo ſeptimo*, (hoc eſt, anno Chriſti milleſimo centeſimo trigeſimo nono). *Quisquis igitur illum legit, oret pro ipſo Deum, ut veniam ſuorum peccatorum impetret; amen, fiat.*

CCXXI.

CCXXI.

Ducentesimus vigesimus primus (1) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *chartaceus* antiquus & optimæ notæ *in folio*, & ejusdem in proximè præcedenti Codice memorati *Leonis manu* anno Christi 1139 exaratus, constátq; nunc folijs *centum septuaginta octo*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim pertinuit. Continetur eo *Theophylacti, Acridæ in Bulgariâ Archiepiscopi*, Ἐξήγησις *sive Expositio in Evangelium S. Lucæ*, & *in omnes S. Pauli Epistolas*: nempe *in Epistolam ad Galatas*, *in Epistolam ad Ephesios*, *in Epistolam ad Philippenses*, *in Epistolam ad Colossenses*, *in Epistolas duas ad Thessalonicenses*, *in Epistolas duas ad Timotheum*, *in Epistolam ad Titum*, *in Epistolam ad Philemonem*, *in Epistolam ad Hebræos*, *in Epistolam ad Romanos*, & *in Epistolas duas ad Corinthios*. Cæterùm quòd præstantissimus hic Codex à suprà memorato *Leone* anno Christi 1139 exaratus sit, indicatur in fine *Commentarij in Evangelium S. Lucæ*, nempe fol. 44 pag. 1, his verbis: Ἐτελειώθη τὸ κατὰ Λουκᾶν μηνὶ Αὐγούστῳ, ἰνδικτιῶνος β΄, διὰ χειρὸς ΛΕΟΝΤΟΣ τοῦ τοῦ Ῥαούλ. Hoc est: *Absoluta est hæc Expositionis in Evangelium S. Lucæ scriptio mense Augusto, Indictione secundâ, manu LEONIS de Rhaul.*

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos ducentesimus sextus.*

CCXXII.

Ducentesimus vigesimus secundus (2) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *chartaceus* pervetustus & optimæ notæ in *folio*, constátque folijs *trecentis triginta uno*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim pertinuit. Continetur eo *Theophylacti, Acridæ in Bulgariâ Archiepiscopi, Expositio in Acta Apostolorum, in Epistolas Catholicas S. Jacobi, S. Petri, S. Joannis*, & *S. Judæ*, & *in omnes Epistolas S. Pauli, collecta* (3) *ex S. Joannis Chrysostomi aliorúmq; variorum veterum Patrum Operibus.* Est autem hic ille ipse præstantissimus Codex manuscriptus, ex quo *Theophylacti Expositio in Acta Apostolorum* primùm græcè & latinè edita est à *Laurentio Sifano Prunsfeldio I. V. D.* Coloniæ apud hæredes Arnoldi Birckmanni A. 1567 in folio, cum *Præfatione ad Nobiles, Generosos atq; Magnificos Viros, Dnn. Marcum & Joannem Fuggeros fratres, Antonij filios, Kirchbergæ & Weissenhorni Barones*, in quâ & hujus Codicis, & *Joannis Sambuci* expressa fit mentio. Exstat quoque in *Augustissimâ Bibliothecâ Cæsareâ* etiamnunc istius jam memoratæ editionis *latinæ* exemplar, ipsi *Imp. Maximiliano II* à *Joanne Sambuco* oblatum, ut ex hâc propriæ ipsius manûs inscriptio-

(2) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* quadragesimus quartus.

(3) *Vide ibi titulum Expositionis in* Epistolas S. Pauli *fol.* 102 *pag.* 1, *qui est talis*: Θεοφυλάκτου Ἀρχιεπισκόπου Βουλγαρίας ἐξήγησις ἐν ἐπιτομῇ τῶν ἐπιστολῶν τοῦ θεσπεσίου Παύλου ἐκ τε τοῦ θείου Χρυσοστόμου καὶ ἄλλων τινῶν ἁγίων πατέρων.

G

ptione videre est: *Potentissimo Invictissimoq; Principi, CÆSARI MAXIMILIANO II, Domino suo semper Clementissimo, infimus clientulus Joannes Sambucus.*

CCXXIII.

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* trecentesimus decimus nonus.

Ducentesimus vigesimus tertius (1) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *chartaceus* antiquus in *quarto*, in principio & fine & passim alibi mutilus, constátque nunc folijs *centum quinquaginta tribus*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim pertinuit. Continetur eo *Theophylacti, Acridæ in Bulgariâ Archiepiscopi, Expositio in Epistolas tres Catholicas S. Joannis, in Epistolam Catholicam S. Judæ*, & *in omnes Epistolas S. Pauli*, eodem modo ut in proximè præcedenti Codice CCXXIIdo.

CCXXIV.

(2) *Fuit is olim extra numerum.*

Ducentesimus vigesimus quartus (2) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *chartaceus*, mediocriter antiquus in *folio*, constátq; folijs *octodecim*, Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag 1 usque ad fol. 10 pag. 2, *Theophylacti, Acridæ in Bulgariâ Archiepiscopi, Dissertatio ad quendam suorum familiarium, de ijs rebus, ob quas Latini à Græcis reprehenduntur.* Ipsa tituli græci verba cum principio *Dissertationis* sunt hæc: Τοῦ μακαρίτου Ἀρχιεπισκόπου Βουλγαρίας κυροῦ Θεοφυλάκτου προσλαλιά τινι τῶν αὐτοῦ ὁμιλητῶν περὶ ὧν ἐγκαλοῦνται Λατῖνοι. Εἰσῆλθε τὸ ἀξίωμα σου ἐνώπιον μου, εὐλαβέστατέ μοι ἐν Κυρίῳ υἱὲ, καὶ κατενόησα μετὰ αὐτὸ καλὸν καὶ ὀφθαλμῶν ἀρχιερατικῶν ἄξιον, &c. Meminit hujus Dissertationis *Leo Allatius* Lib. 2 de Ecclesiæ Occidentalis & Orientalis perpetuâ Consensione, cap. 10 § 2 his verbis: *Theophylactus Bulgariæ Archiepiscopus, qui vivebat* (3) *circa annum Domini 1073 sub Michaele Duca & sequentibus Imperatoribus, etiam Alexio Comneno, in quem encomiasticam Orationem habuit, quæ asservatur in Bibliothecâ Bavaricâ num. CXVI, non, ut Possevinus & Freherus tradunt, circa annum DCCCLX, scripsit ad Nicolaum Diaconum & Castrensem, qui posteà fuit Melesobæ Episcopus, Tractatum de erroribus Latinorum, benigniùs tamen quàm alij, tanquam qui differentiam inter Græcos & Latinos ponat in solo articulo de Processione Spiritûs Sancti. Ejusdem colloquium exstat de Accusationibus Latinorum in Bibliothecâ Bavaricâ num. CXVI. An aliud sit ab eo, quem ad Nicolaum scripsit Tractatum, expedient illius Bibliothecæ Curatores.* Hucusque *Leo Allatius.*

(3) *Vide suprà pag. 48.*

Secundò & quidem à fol. 10 pag. 2 usque ad fol. 18 pag. 2, ejusdem

dem *Theophylacti Oratio in adorationem venerandæ Crucis medio Jejuniorum tempore.* Ipſa tituli græci verba cum principio Orationis ſunt hæc: Τοῦ αὐτοῦ λόγος εἰς τὴν προσκύνησιν τοῦ τιμίου Σταυροῦ ἐν τῇ μεσονηστίμῳ· Τί δαί; ἡμεῖς ἐπὶ τῷ προκειμένῳ σιγήσωμεν θαύματι, &c. Exſtat hæc *Oratio* græcè & latinè Tomo ſecundo Syntagmatis R. P. *Jacobi Gretſeri* S. J. *de Sanctâ Cruce*, colum. 1499, ſed deprompta ex Codice MSto *Bibliothecæ Bavaricæ*.

CCXXV.

Ducenteſimus vigeſimus quintus (1) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* pervetuſtus, elegantiſſimus & optimæ notæ in *folio*, conſtátq; folijs *ducentis & uno*, & ad *Joannem Sambucum*; ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Qui autem ante *Sambucum* ejuſdem præſtantiſſimi Codicis poſſeſſores fuerint, indicatur ibidem duabus Inſcriptionibus græcis, quarum prima eſt hæc: Κτῆμα (2) Μάρκου Μαμουνᾶ τοῦ Κρητός· ſecunda verò: Τανῦν δὲ (3) Γεωργίου Κόμητος Κορίνθου τοῦ ἐκ Μονεμβασίας. Continetur eo *Euthymij Monachi Zigabeni* (4) *Panopliæ dogmaticæ Orthodoxæ Fidei adverſus diverſas hæreſes*, quam initio ſeculi poſt Chriſtum *duodecimi* juſſu *Imp. Alexij Comneni*, propter *Bogomilos* potiſſimùm compoſuit, *Liber primus* in *Titulos* ſive *Capita undecim* diviſus, cujus inſcriptio Ἡ ΔΟΓΜΑΤΙΚῊ ΠΑΝΟΠΛΊΑ. Hinc ſtatim ſequuntur *tria Epigrammata*, quorum *primum* incipit hoc modo: Ἡ βίβλος αὕτη τοῦ κρατίστου Δεσπότου Θείων πέφυκεν ὁπλοθήκη δογμάτων, &c; *ſecundum*, Εὐθυμίου μοναχοῦ Πρόγραμμα βίβλου τῆσδε τῆς τῶν δογμάτων. Ἀλεξίου φρόντισμα καὶ γλυκὺς πόνος, Ῥώμης βασιλεύοντος εὐσεβῶς νέας, &c; *tertium*, Τοῦ αὐτοῦ. Ὡς ηὐδόκησεν ὁ κρατῶν Στεφηφόρος, &c. Quibus finitis, ſequitur *Index Capitum Libri primi* cum hâc Inſcriptione: Τῶν δύο βιβλίων τῆς δογματικῆς Πανοπλίας τὸ πρῶτον. Τίτλοι τοῦ πρώτου βιβλίου· ἕνδεκα. Προοίμιον. Κατὰ Ἐπιχειρέων. &c. Finito hoc Indice, incipit *Proœmium proſaicum* his verbis: Προοίμιον. Καὶ πάντα μὲν τὰ κατορθώματα τοῦ μεγίστου καὶ θεοκυβερνήτου Βασιλέως ἡμῶν ἈΛΕΞΊΟΥ περιφανῆ καὶ λαμπρὰ &c. Vndecimi autem Capitis Libri hujus primi ultima verba ſunt hæc: Ἐν αὐτῷ γάρ εἰσι πάντες οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως ἀπόκρυφοι. Cæterùm minimè dubium eſt, quin eximius hic Codex MStus *ipſo Euthymij ævo* hoc eſt, ſeculo poſt Chriſtum *undecimo*, ſcriptus ſit, ideóq; magna ejus habenda eſt ratio, ſi

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* centeſimus nonus.

(2) *Hujus* Marci Mamunæ Cretenſis *fit etiam mentio in alijs nonnullis antiquis Codicibus MStis Græcis, de quibus Lib. III & IV horũ Commentariorum actum eſt.*

(3) *Vide etiã Lib. III horũ Commentar. pag.* 134.

(4) *Vide ibidem pag.* 168.

quis posthac novam istius *Panopliæ* editionem græco-latinam adornare voluerit. Plura de eâdem *Panopliâ* ejúsq; autore *Euthymio* vide Libri *tertij* horum Commentariorum pag. 168.

CCXXVI.

Ducentesimus vigesimus sextus (1) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *chartaceus* antiquus, elegans & bonæ notæ in *folio*, constátq; folijs *ducentis nonaginta*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim pertinuit. Quòd autem ante Sambucum ejusdem Codicis fuerit possessor *Franciscus à Navarra Episcopus Pacensis*, ipse propriâ manu ibidem indicat. Continetur eo *Euthymij Zigabeni Liber primus Panopliæ dogmaticæ Orthodoxæ Fidei*, & quidem planè eodem modo, ut in proximè præcedenti Codice CCXXIIItio. *Appendicis* autem loco exstat ibi à fol. 289 pag. 1 usq; ad fol. 290 sive ultimi pag. 1 *Hypothesis* sive *Argumentum Epistolæ S. Pauli ad Romanos*, cujus principium: Ταύτην ἐπιστέλλει ἀπὸ Κορίνθου &c.

(1) Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos centesimus decimus.

CCXXVII.

Ducentesimus vigesimus septimus (2) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *chartaceus* antiquus in *quarto*, constátq; folijs *ducentis viginti sex*. Continetur eo *Euthymij Zigabeni Panoplia dogmatica Orthodoxæ Fidei integra, uno comprehensa Libro, & in Titulos sive Capita viginti octo divisa*, cujus Inscriptio & principium:

Εὐθυμίου πόνημα καὶ μονοτρόπου
Τοῦ Ζηγαβηνοῦ Δογματικὴ Πανοπλία,
Ἀλεξίῳ τευχθεῖσα Κομνηνῶν γένους
Ἄνακτι πιστῷ τῶν ἀπίστων εἰς πάλην.

Καὶ πάντα μὲν τὰ κατορθώματα τοῦ μεγίστου καὶ θεοκυβερνήτου βασιλέως ἡμῶν Ἀλεξίου περιφανῆ καὶ λαμπρὰ &c. *Index* verò *Capitum* Panopliæ ibi præfixus hanc habet Inscriptionem: Πίναξ τῆς βίβλου τῆς ἐπονομαζομένης Δογματικῆς Πανοπλίας. (3) *Appendicis* demùm loco eidem annexa est *Photij Patriarchæ Constantinopolitani Synopsis historica septem Conciliorum Oecumenicorum sive Generalium ex Epistolâ ejusdem ad Michaelem Principem Bulgariæ*. Ipsa tituli græci verba cum principio Narrationis sunt hæc: Παράπτλος Φωτίου Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως ἐκ τῆς πρὸς Μιχαὴλ τὸν Ἄρχοντα Βουλγαρίας ἐπιστολῆς περὶ τῶν ζ΄ οἰκουμενικῶν Συνόδων. Ἡ Πρώτη καὶ οἰκουμενικὴ ἁγία Σύνοδος ἐν τῇ κατὰ Βιθυνίαν Νικαίᾳ συνεκροτήθη &c. Plu-

(2) Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos ducentesimus quinquagesimus septimus.

(3) Eadē Appendix exstat quoque in Francisci Zini editione latinâ Panopliæ Euthymij Venetijs apud Hieronymum Scotum in folio & Lugduni apud Sebast. Bartholomæum Honeratum A. 1556 in octavo.

Plura de hâc *Photij Epiſtolâ* & *Synopſi Hiſtoricâ ſeptem Conciliorum* vide Libri *tertij* horum Commentariorum pag. 161, 162, 163.

CCXXVIII.

Ducenteſimus vigeſimus octavus (1) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* mediocriter antiquus in *quarto*, conſtátq; folijs *ducentis ſexaginta octo*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſq; ad fol. 227 pag. 1, *Gregorij Tauromeniæ in Siciliâ Archiepiſcopi cognomine Ceramei* ſive *Figuli*, qui in *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ* (2) Codice MSto Theologico Græco *centeſimo ſecundo* appellatur *Theophanes*, *Homiliæ triginta ſex in Evangelia Dominicalia & Feſta anniverſaria*, quarum *prima* in principium novi anni inſcribitur atq; incipit hoc modo: Τοῦ ῥητορικωτάτου καὶ σοφωτάτου κυροῦ ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ τοῦ ΚΕΡΑΜΕΩΣ Μητροπολίτου Ταυρομενίας τῆς Σικελίας Ὁμιλία εἰς τὴν ἀρχὴν τοῦ ἔτους. Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς ὁ καταξιώσας ἡμᾶς &c; *ultima* autem in undecimũ Evangelium Officij matutini Reſurrectionis Domini hoc modo: Τοῦ αὐτοῦ Ὁμιλία εἰς τὸ ια' ἑωθινόν. Τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἐφανέρωσεν ἑαυτὸν ὁ Ἰησοῦς τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, &c. Edidit has cæteráſq;, quotquot reperire potuit, *Theophanis* ſeu *Gregorij Ceramei Homilias*, numero ſexaginta duas, R. P. *Franciſcus Scorſus* Panormitanus Soc. Jeſ. græcè & latinè Lutetiæ Pariſiorum A. 1644 in folio. Quæ editio cùm Librum *quartum* horum Commentariorum ſcribenti mihi defuerit, poſteà autem Ipſius S. Cæſareæ Majeſtatis ſtudioſiſſimâ & nunquam ſatis laudandâ curâ in manus meas pervenerit, & *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ* jam inſerta ſit, exhibeo hîc ex ſuprà memorati R. P. *Scorſi* doctiſſimis de Theophanis Vitâ Conjectaneis ſententiam ipſius de *duplici nomine Autoris* illarum Homiliarum, quippe quam ipſe approbo, & veriſſimam eſſe arbitror. Verba igitur ejus ad rem præſentem maximè pertinentia ſunt hæc: (3) *Cenſeo hunc Autorem fuiſſe binominem, & eundem THEOPHANEM & GREGORIVM dictum, ſemper verò cognominatum fuiſſe CERAMEVM, quod ex conſenſu manuſcriptorum Codicum conſtat ſatis, & eundem VNVM hoc cognomine, ſed duplici nomine Archiepiſcopum Tauromenij fuiſſe, & alterum quidem nomen ab incunabulis illi inditum, alterum, poſtquam Monachi habitum vel Epiſcopi munus ſuſcepiſſet, impoſitum. Quam nominis commutationem unà cum mutato vitæ ſtatu fieri conſuetam apud Græcos non ſolùm ex Theo-*

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* ducenteſimus vigeſimus quartus.

(2) *Vide Lib. IV horum Commentarior.* pag. 17. 18, 19. 20, 21 & 61.

(3) *Vide ibi Proœmij ſecundi paragraphum ſecundum.*

Theophanis nostri seculo, sed vel in antiquissimis Patribus exemplum habemus. Sanctus enim Gregorius, Neocæsareæ Episcopus, cui Θαυματεργὸς *cognomen ab admirandis operibus factum est, THEODORVS anteà, postea GREGORIVS est appellatus, quod testantur omnes ferè, qui de eo scripsere. De Latinis nihil attingam, qui duobus pluribúsq; nominibus noti, modò uno, modò altero citati leguntur; solùm ex Theophanis nostri vel eum consequentibus seculis Græcorum iterùm argumenta depromam. Sanctum enim IGNATIVM Patriarcham Constantinopolitanum, antequam Monachi vitam iniret, NICETAM appellatum, & in aditu religiosæ vitæ id nomen in IGNATIVM submutâsse autor est Nicetas David in ejus Vitâ, græcè simul & latinè editâ in principio Octavæ Synodi. Alterum exemplum habeo ejusdem temporis, ex eodem Nicetâ David petitum, qui de ipsius Sancti Ignatij fratre THEOPHYLACTO idem testatur, nempe eum attonsum in EVSTRATIVM nomen mutâsse. Ex temporibus posterioribus exemplum subest in GREGORIO Scholario, viro inter Græcos sapientissimo, qui GENNADIVS anteà vocatus, mutavit nomen assumptus ad Patriarchatum Constantinopolitanum. Multa alia suppeterent exempla hujus Græcorum ritûs, sed ea, quæ induxi, satis probabilem nostram conjecturam efficiunt, THEOPHANEM nostrum, vel suscepto Monachi habitu, vel ad Episcopi dignitatem evectum, unum nomen cum altero commutâsse & tàm THEOPHANEM, quàm GREGORIVM ejusdem scriptoris esse nomen; quamvis ab ijs, qui ejus exscripsere Homilias, ut apud posteros perennarent, nunc uno nunc altero vocetur, semper autem & constantissimè utriq; nomini CERAMEI & ARCHIEPISCOPI TAVROMENII cognomen & titulus sunt affixa. Jam verò Episcopum nostrum THEOPHANEM anteà Monachi vitam fuisse professum certum est mihi, & cuivis esse debet, qui Græcorum morem eorum certè temporum noverit, non nisi ex Monachis Episcopos deligendi, quòd non modò in S. Ignatio vero Patriarchâ factum suprà diximus ex Nicetâ David, sed & ipse Photius, qui ex laico in Patriarchæ thronum, deturbato per vim ipso S. Ignatio, derepentè insilijt, ut tamen & legitimè & ex ritu factus videretur Episcopus, ut inquit idem Nicetas, primo die ex laico Monachus, altero Lector, tùm Hypodiaconus, ac Diaconus, & Presbyter, sextò deinde ipsum conscendit sacrum tribunal Patriarchale.* Hæc R. P. *Scorsus.* Notabile porrò est, exstare in Augustissimâ Bibliothecâ Cæsareâ Codicem manuscriptum Theologicum Græcum varia *Georgij Calybæ* Opuscu-

la idiographa continentem, & quidem præ cæteris Ἐρωταποκρίσεις sive *Interrogationes & Responsiones sacras quinquaginta*; in quarum *vigesimâ tertiâ* de *obitu S. Joannis Evangelistæ* citatur GREGORIVS CERAMEVS his verbis: Ἔτι καὶ ΓΡΗΓΟΡΙΟΣ ὁ ΚΕΡΑΜΕΥΣ, ἡ τῶν διδασκάλων πάντων ἀνακεφαλαίωσις, εἰς τὸ ἑνδέκατον ἑωθινὸν ἐν τῇ ἐξηγήσει φησίν· (1) Ἰωάννης ὁ φιλέρημος μαθητὴς ἐν γήρει πίονι καταλύει τὸν βίον, καὶ ἐν Ἐφέσῳ τε κηδευθεὶς, μετέστη αὐθήμερον. Cæterùm quod ad *ætatem Theophanis* seu *Gregorij Ceramei* attinet, retuli quidem illum olim in Indice Chronologico (2) Libri *quarti* ad Seculi post Christum *noni* annum *octogesimum*, secutus videlicet autoritatem suprà citati R. P. *Scorsi*, (3) qui cum *Photio Patriarchæ Constantinopolitano* synchronum sive contemporaneum fuisse existimat, idq; cùm alijs varijs argumentis, tùm præcipuè *Epistolâ* (4) quâdam à jam memorato *Photio* ad *Theophanem* quendam *Monachum* in *Siciliam* missâ, demonstrare annititur; sed nunc, mutatâ sententiâ, firmissimè assentior V. CL. *Leoni Allatio*, qui in *Diatribâ de Symeonum Scriptis* (5) omnia R. P. *Scorsi* argumenta solidissimè refutans, rectè ac verè asserit, *Theophanem Symeone Metaphraste*, quem in Orationibus suis aliquoties (6) citat, integris circiter (7) *duobus seculis* fuisse *Juniorem*, & floruisse seculi post Christum *duodecimi* priori parte dimidiâ sub *Rogerio Rege Siciliæ*, (8) qui A. C. 1152 obijt. Coram eo enim habita est *Oratio in Festum Palmarum*; ut manifestè apparet ex inscriptione græco-barbarâ, quæ non solùm in *Augustissima Bibliotheca Cæsarea*, verùm etiam diversorum aliarum Illustrium Bibliothecarum Publicarum antiquis Codicibus MStis exstat his verbis: Ὁμιλία εἰς τὴν βαϊοφόρον ἑορτὴν ἐλέχθη δὲ ἐνώπιον τοῦ Ῥηγὸς Ῥόγου. Ubi sine ullâ controversiâ nomen abbreviatum Ῥόγου idem est atq; integrum nomen Ῥογερίου; nec minus certum est, ut in eâdem inscriptione, ab incerto recentiori Autore huic Homiliæ præfixâ vocabulum Ῥηξ græco-barbarè idem est atq; *Rex*, sic quoq; in ipsâ *Theophanis* Oratione per vocabulum Βασιλεὺς non significari impropriè & extraordinariè *Imperatorem Constantinopolitanum*, sed proprio & ordinario sensu *Regem*, ita

nem-

(1) *Vide suprà citata editionis Parisinæ pag.* 262.

(2) *Vide ibi pag.* 258 *colū.* 1 *vers.* 12, 13, 14.

(3) *Vide Prolegomena suprà citatæ editionis Parisinæ Homiliarū* Theophanis, *& quidem Proœm. II* §. 2, 3, 4, 5, 6, 7, & 8.

(4) *Vide ibidē* §. 3, *ubi ea exstat integra græcè & latinè.*

(5) *Vide ibi pag.* 60 *& deinceps usque ad pag.* 67.

(6) *Vide jam citatā* Allatij *Diatribam pag.* 60.

(7) *Floruit enim* Symeon Metaphrastes *seculo post Christum* decimo *sub Impp.* Leone Philosopho, Constantino Porphyrogenito, Romano Lecapeno *&* Romano Juniore, *ut in jam citatâ Diatribâ* Allatius *solidissimè demonstrat.*

(8) *Vide Em. Card.* Baron. *Annal. Eccles. Tom. XII, an.* 1152, *num.* 14, *ubi id probat* Romualdi *Archiepiscopi Salernitani Chronico. Alij enim, inter quos* Hub. Goltzius, *in Historiâ Siciliæ referunt obitum Regis* Rogerij *ad A.C.* 1151; *alij autem, inter quos* Robertus de Monte *&* Carolus du Fresne, *ad annum* 1154. *Vide jam memorati* du Fresne *partem secundam Stemmatis Ducum Apuliæ & Regum Siciliæ ex Familiâ Nortmannicâ in Appendice ad Ioannis Cinnami Historiam Byzantinam pag.* 193.

nempe, ut intelligatur *Rogerius Rex Siciliæ*, & per τοὺς υἱοὺς τοῦ Βασιλέως sive *filios Regis*, quibus *Theophanes* stabilem optat in paterno Regno successionem, intelligantur *Rogerius Dux Apuliæ, Alfonsus Princeps Capuæ, Tancredus Princeps Barensis, Henricus*, & *Wilhelmus* futurus post patrem Rex Siciliæ, qui (1) omnes adhuc fuerunt superstites A. C. 1139, quo circa finem mensis Julij pater eorum *Rogerius* cum *Papâ Innocentio II* redijt in gratiam, & ab eo verus & legitimus *Siciliæ Rex* declaratus, & diademate alijsq; Insignibus Regijs decoratus est. Quâ de re etiamnunc exstat peculiare (2) Diploma ipsius *Papæ Innocentij Secundi*, datum A.C. 1139, Indictione secundâ, VI Kal. Augusti, anno Pontificatûs decimo; cujus titulus & principium: *Innocentius Episcopus, Servus servorum Dei, charissimo in Christo filio Rogerio, Illustri & Glorioso Siciliæ Regi, ejúsq; hæredibus in perpetuum. Quos dispensatio Divini Consilij ad regimen & salutem populi ab alto elegit, &* (3) *prudentiâ, justitiâ, aliarúmq; virtutum decore decenter ornavit, dignum & rationabile est*, &c. Verisimilimum igitur videtur, *Orationem*, quæ à *Theophane Dominicâ die Palmarum* coram *Rege Rogerio* dicta est, habitam fuisse A. C. 1140, cùm is post jam memoratam coronationem suam, proximè præcedenti anno factam, se contulisset *Tauromenium*, & magnificum ibi celebrâsset introitum, idq; tempus significari per τὸ ΝΥΝ sive NVNC, quod in principio ejusdem Orationis exstat hoc modo: Φαιδρὰ τῆς παρούσης ἑορτῆς ἡ συνέλευσις, λαμπρὰ τῆς πανηγύρεως ἡ συνάθροισις, ἅμα τινα κόσμον ἄλλον συνάγουσα τὴν τοῦ ΒΑΣΙΛΈΩΣ προσέλευσιν, ὃς ὁρᾶται ΝΥΝ προκαθήμενος οὐ τοσοῦτον τῷ διαδήματι, ὅσον τοῖς κατορθώμασι φαιδρυνόμενος· μᾶλλον δὲ οὐ τοσοῦτον τοῖς κατορθώμασιν, ὅσον τῇ πρὸς Θεὸν πίστει κρατυνόμενος, δι᾽ ἧς καὶ τῶν τοσούτων κατορθωμάτων γέγονεν αὐτουργός. Hoc est R. P. *Scorso* interprete: *Læta hujusce diei festi celebritas, nobilis & conferta frequentia concionis, cui ad conferendum alind ornamentum REGIS accessio facta est; qui NVNC conspiciendus sedet non tàm diademate, quàm claris facinoribus enitescens, seu potiùs non tàm rebus præclarè gestis, quàm fide in Deum pollens poténsq;, per quam tanta facinora per se ipse fecit.* Hæc *Theophanes*. Vbi, ut suprà dixi, per τὸ ΝΥΝ sive NVNC, non solùm videtur significari annus Christi 1140, verùm etiam tacitè alludi ad annum Christi 1130, quo idem *Rogerius* à schismatico Antipapâ *Anacleto Secundo* illegitimè *Rex Siciliæ* declaratus, & *Panormi* coronatus est; quâ de re ipsius Pseudo-Papæ *Anacleti* Secun-

(1) *Vide* Card. Baron. *Annal. Eccles. Tom. XII, an.* 1130. *num.* 5.

(2) *Vide illud integrum apud* Card. Baron. *Annal. Eccles. Tom. XII, an.* 1139 *num.* 14, 15, 16; *ut & in* Severini Binij *Syntagmate Conciliorũ Tom. III Part. II, pag.* 479 *edit. Coloniensis anni* 1618, *ubi tamen pro A. C.* 1139 *perperàm legitur A. C.* 1109.

(3) *Hanc* Regis Rogerij prudentiam *appellat* Theophanes *εὐφίαν*.

Secundi (1) Diploma etiam nunc superest. Quòd autem *coronatio* illa à Pseudo-Papâ non potuerit concedi ac præstari, ideóqꝫ nullius momenti fuerit, abundè testatur *S. Bernhardus*, qui eodem tempore vixit, & *Rogerium* in diversis Epistolis suis non *Regem*, sed *Tyrannum Siculum*, & *invasorem atq; usurpatorem Coronæ Regiæ* nuncupat; quemadmodum contrà idem *S. Bernhardus* eundem *Rogerium*, postquam A. C. 1139 à legitimo *Papâ Innocentio Secundo* legitimè *Rex Siciliæ* declaratus & coronatus est, non jam ampliùs *Tyrannum & Invasorem Regni & Coronæ Regiæ*, sed *Regem* nominat, ut imprimis videre est ex epistolâ 208, quâ se excusat, quòd ipse ad eum novi Monasterij fundandi causâ non potuerit venire in Siciliam. *Si me quæritis*, inquit, *ecce ego & pueri mei, quos dedit mihi Deus. Fertur námq; mea humilitas invenisse gratiam apud REGIAM MAJESTATEM, ita ut quærat videre me. Et quis ego sum, ut dissimulem beneplacitum REGIS?* &c. Huc quoq; pertinet *Petri Abbatis Cluniacensis Epistola gratulatoria* ad eundem *Rogerium*, post reconciliationem ipsius cum *Papâ Innocentio Secundo* & legitimam *Tituli Regij* adeptionem eodem anno 1139 data, cujus titulus & principium: *Illustri & Glorioso REGI Siciliæ, Domino & Amico Rogerio frater Petrus humilis Cluniacensium Abbas salutem ab eo, qui dat salutem Regibus. Per me, ait Dei Sapientia, Regẽs regnant,* &c. Hinc ergò luce meridianâ clariùs patet *Theophanis* seu *Gregorij Ceramei, Tauromenij in Siciliâ Archiepiscopi, ætas*, ideóq; corrigendus est Index Chronologicus Libri *quarti* horum Commentariorum pag. 258, &, quæ ibi columnæ primæ vers. 12, 13 & 14 de *Theophane* sub Seculo post Christum *nono* leguntur, ea delenda, & ad Seculum post Christum *duodecimum* transferenda, ibiq; inter columnæ secundæ vers. 8 & 9 inserenda sunt hoc modo: *Theophanes, qui & Gregorius, cognomine Cerameus sive Figulus, Tauromenij in Siciliâ Archiepiscopus, floruit circa A. C. 1140.*

(1) *Vide illud apud* Card. Baronium *annal. Eccles. Tom.* XII, *an.* 1130 *nu.* 60 & 61.

Secundò, & quidem à fol. 228 pag. 1 usq; ad fol. 238 pag. 2, *Imp. Leonis* cognomine *Philosophi* seu *Sapientis Oratio in Spiritum Sanctum, quòd propriâ autoritate adoptionem filiorum Dei hominibus largitus est:* Ipsa tituli græci verba cum principio Orationis sunt hæc: Λέοντος ἐν Χριστῷ Βασιλεῖ αἰωνίῳ Βασιλέως λόγος εἰς τὸ σύνθρονον, ὅτι παρ' οὗ καὶ δι' οὗ καταφοιτῆσαν αὐτοδεσπότως παρέχει τὴν υἱοθεσίαν ἀνθρώποις, θεῖον Πνεῦμα. Τὴν μὲν οὖν χθὲς ἐποίει πανήγυριν ἐπιδημία ὁ Παράκλητος, καὶ φαιδρὰν ἡμῖν τὴν ἡμέραν τελῶν, &c. *Oratio* hæc, quod ego sciam, hactenùs nondum est edita. Meminit autem

illius Em. Card. *Baronius* Annal. Ecclesiast. Tom. X, an. 911 num. 3, eámque refert exstare in *Bibliotheca Vaticana* Codice MSto octingentesimo tertio, qui ejusdem *Imp. Leonis Orationes triginta tres* continet:

Tertiò, & quidem à fol. 239 pag. 1 usque ad fol. 242, pag. 1, *S. Joannis Chrysostomi Oratio in parabolam de eo, qui incidit in latrones.* Ipsa tituli græci verba cum principio Orationis sunt hæc: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως, τοῦ Χρυσοστόμου λόγος εἰς τὴν παραβολὴν τοῦ ἐμπεσόντος εἰς τοὺς λῃστάς. (1) Ἠκούσαμεν, ἀδελφοὶ, ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅτι ἄνθρωπός τις κατέβαινεν &c.

(1) Vide Operum S. Joannis Chrysostomi edit. græc. Savil. Tom. VII pag. 506; ubi Savilius in margine expressè testatur, se Orationem hanc accepisse ex Codice MSto Cæsareo.

Quartò, & quidem à fol. 243 pag. 1 usque ad fol. 259 pag. 1, *Imp. Leonis* cognomine *Philosophi* seu *Sapientis Poema Jambicum de Martyrio S. Clementis Episcopi Ancyrani & socij ipsius S. Agathangeli*, qui sub *Impp. Diocletiano* & *Maximiano Ancyræ* in *Galatiâ* passi sunt, quorúmque memoria in *Martyrologio Romano* celebratur die *vigesimo tertio* Januarij. Ipsa tituli græci verba cum principio Poematis sunt hæc: ΛΕΟΝΤΟΣ Βασιλέως διὰ στίχων ἰαμβικῶν εἰς τὴν ἄθλησιν τοῦ ἁγίου Κλήμεντος.

ΛΕΟΝΤΟΣ, ὃς τὰ σκῆπτρα δεξιᾶς ἔχει,
Ἀεὶ κρατοῦσης, ὧν παρέσχε καὶ λόγον,
Δῶρον λόγον τῷ δόντι τοῦ σφαγῆς χύσιν,
Λαβόντι κλῆρον ἀντίδωρον δεσπότου,
Κλήμεντι τῷ τρέψαντι τὴν πλάνην πάλῃ,
Δέσποτα θύτα, εὐλόγει μοι τὸν λόγον.
Ἀθλητικοὺς ἀγῶνας εὐφημεῖν θέλων,
Πολλὴν ὁρῶ μοι τῶν λόγων ἀγωνίαν, &c.

Poema hoc, publicâ luce dignissimum, hactenùs, quod sciam, nondum est editum. Consului enim ejus rei causâ RR. PP. *Joannis Bollandi* & *Godefridi Henschenij* Acta Sanctorum mensis *Januarij*; ubi quidem de Sanctis Martyribus *Clemente* & *Agathangelo* Tom. II pag. 458 & deinceps usque ad pag. 483 diligenter & eruditè agitur, nulla tamen jam memorati *Poematis Imp. Leonis Sapientis* fit mentio. Eminentissimus autem Cardinalis *Baronius* Annal. Ecclesiast. Tom. X, an. 911 num. 3, meminit quidem hujus Opusculi *Imp. Leonis*, sed tanquam *Orationis prosaicæ*, non verè quasi *Poematis*.

Quintò, & quidem à fol. 260 pag. 1 usque ad fol. 265 pag. 2, *S. Joan-*

Joannis Chryſoſtomi Oratio in illud, (1) *Pater mi, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte;* cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου λόγος εἰς τὸ ῥητὸν τοῦ Εὐαγγελίου, τὸ φάσκον, Πάτερ, εἰ δυνατόν ἐστι, παρελθέτω τὸ ποτήριον τοῦτο ἀπ' ἐμοῦ. (2) Οὐδὲν ἀπεοίκασιν οἱ τῆς ἐκκλησίας διδάσκαλοι &c.

Sextò, & quidem à fol. 266 pag. 1 uſque ad fol. 268 pag. 2, ejuſdem *S. Joannis Chryſoſtomi Oratio in Sanctam Pentecoſten*, cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου Ὁμιλία ῥηθεῖσα εἰς τὴν ἁγίαν Πεντηκοστήν. (3) Τὰς γλώσσας σήμερον διαιρέμασα χάρις &c.

(1) *Sancti Matthæi cap. 26 verſ. 39.*

(2) *Vide Operum S. Joannis Chryſoſtomi edit. gr. Savil. Tom. VII pag. 383.*

(3) *Vide ibid. Tô. V pag. 982; ubi Savilius in margine expreſsè teſtatur, ſe Orationem hanc accepiſſe ex Codice MSto Cæſareo.*

CCXXIX.

Ducenteſimus vigeſimus nonus (4) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in *folio*, conſtátque nunc folijs *ducentis ſexaginta uno*, & ad *Ioannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo *JOANNIS* cognomine *CERAMEI* ſive *Figuli Homiliæ triginta tres in Evangelia Dominicalia*, quarum *ordinem*, (5) *titulos* & *principia* hîc ſubjungo. Τοῦ σοφωτάτου ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΚΕΡΑΜΕΩΣ Ἐξήγησις εἰς τὰ Εὐαγγέλια. I, Ὁμιλία, ῥηθεῖσα τῇ ή κυριακῇ τοῦ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγελίου. Τὸ τὰ αὐτὰ λέγειν, ἐμοὶ μὲν οὐκ ὀκνηρόν, &c. II, Ὁμιλία ῥηθεῖσα τῇ ιά κυριακῇ τοῦ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγελίου· Καὶ ἰατρῶν παῖδες, ὅταν σώμασι &c. III, Ὁμιλία ῥηθεῖσα τῇ ιγ' κυριακῇ τοῦ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγελίου. Καὶ γεωργοὶ τότε μετὰ προθυμίας τὰ σπέρματα καταβάλλονται, &c. IV, Ὁμιλία ῥηθεῖσα τῇ πρὸ τῆς ὑψώσεως κυριακῇ· Ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐν τοῖς εὐαγγελίοις, τὸ γεγεννημένον ἐκ τῆς σαρκός, φησι, σάρξ ἐστι &c. V, Ὁμιλία ῥηθεῖσα τῇ δευτέρᾳ κυριακῇ τοῦ κατὰ Λουκᾶν εὐαγγελίου· Τὰς ἀρχὰς καὶ οἱονεὶ ῥίζας τῆς ἁμαρτίας &c. VI, Ὁμιλία ῥηθεῖσα τῇ δ' κυριακῇ τοῦ κατὰ Λουκᾶν εὐαγγελίου· Ὁ φιλάνθρωπος καὶ κηδεμονικὸς ἡμῶν Δεσπότης &c. VII, Ὁμιλία εἰς τό, εἴ τις θέλει ὀπίσω μου ἐλθεῖν, καὶ τὰ ἑξῆς, καὶ περὶ νηστείας, καὶ τῶν ἐκ τῆς μέθης κακῶν· Ὁ μακάριος Παῦλος, ὁ κήρυξ τῆς ἀληθείας &c. VIII, Ὁμιλία ῥηθεῖσα τῇ ή κυριακῇ τοῦ κατὰ Λουκᾶν εὐαγγελίου· Πολλὴ τῆς

(4) *Fuit is olim inter Codices MStos Theol. græcos Græcos centeſimus ſecundus.*

(5) *Ut hi tituli rectè & facilè intelligantur, conſulenda eſt V. CL. Leonis Allatij doctiſſima Diſſertatio de Dominicis & Hebdomadibus recentiorũ Græcorum, cum ejuſdem Opere de Eccleſiæ Occidentalis & Orientalis perpetuâ Conſenſione impreſſa Coloniæ Agrippinæ apud Iodocum Kalcovium A. 1648 in quarto. Vide ibi inprimis columnam 1475 & ſequentes uſque ad columnam 1484.*

τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἡ ῥαθυμία &c. IX, Ὁμιλία ῥηθεῖσα τῇ δεκάτῃ κυριακῇ τοῦ κατὰ Λουκᾶν εὐαγγελίου· Ἔθος ἐστὶν ἀρχαῖον, οὐ τοῖς τῆς εὐσεβείας διδασκάλοις μόνον, &c. X, Ὁμιλία ῥηθεῖσα τῇ δωδεκάτῃ κυριακῇ τοῦ κατὰ Λουκᾶν εὐαγγελίου· Πολλῆς ἡμῖν δεῖ τῆς ἀγρυπνίας, &c. XI, Ὁμιλία ῥηθεῖσα τῇ κυριακῇ τῶν προπατόρων· Ὅταν ἐπὶ τὴν ὁδὸν τὴν ἄγουσαν ἐπὶ σωτηρίαν παρακαλῶμεν, &c. XII, Ὁμιλία ῥηθεῖσα τῇ πρὸ τῆς Χριστοῦ γεννήσεως κυριακῇ· Ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, πρὸς βίου τελειότητα ἡμᾶς ἐνάγων, &c. XIII, Ὁμιλία ῥηθεῖσα τῇ μετὰ τὰ φῶτα κυριακῇ· Πολλήν τινα τὴν ἀπὸ τῶν πειρασμῶν ὠφέλειαν &c. XIV, Ὁμιλία ῥηθεῖσα τῇ ιέ κυριακῇ τοῦ κατὰ Λουκᾶν εὐαγγελίου· Καιρός φησι τῷ παντὶ πράγματι Σολομών· &c. XV, Ὁμιλία ῥηθεῖσα τῇ κυριακῇ τοῦ τελώνου καὶ τοῦ φαρισαίου· Μέγα ἀγαθὸν ἡ ταπεινοφροσύνη· &c. XVI, Ὁμιλία ῥηθεῖσα τῇ κυριακῇ τοῦ ἀσώτου· Καλὸν μὲν καὶ τὸ παρὰ τὴν ἀρχὴν εὐθὺς μὴ ἑλέσθαι τὸ ἀγαθὸν, &c. XVII, Ὁμιλία ῥηθεῖσα τῇ κυριακῇ τῆς τυροφάγου· Τὴν τῆς ἀρετῆς ὁδὸν τραχεῖαν εἶναι καὶ ἀνάντη πάντες ὑπολαμβάνομεν· &c. XVIII, Ὁμιλία ῥηθεῖσα τῇ δευτέρᾳ κυριακῇ τῶν νηστειῶν. Τὴν τοῦ παρόντος βίου ταλαιπωρίαν &c. XIX, Ὁμιλία ῥηθεῖσα τῇ τρίτῃ κυριακῇ τῶν νηστειῶν· Τὸν πρὸς τὸ στάδιον τῆς εὐσεβείας μέλλοντα εἰσιέναι, &c. XX, Ὁμιλία ῥηθεῖσα τῇ ε΄ κυριακῇ τῶν νηστειῶν· Πολλὰς ὁρῶμεν ἐπὶ τοῦ παρόντος βίου γινομένας τὰς μεταβολὰς, &c. XXI, Ὁμιλία ῥηθεῖσα τῇ κυριακῇ τοῦ παραλύτου· Τάχα πολλαὶ παρῆλθον ἡμέραι, καὶ πρὸς ὑμᾶς οὐ διειλέχθην ἀγαπητοὶ, &c. XXII, Ὁμιλία ῥηθεῖσα τῇ κυριακῇ τοῦ τυφλοῦ· Τὴν τοῦ παρόντος βίου διαφορὰν πρὸς τὸ μέλλον &c. XXIII, Ὁμιλία ῥηθεῖσα τῇ κυριακῇ τῶν ἁγίων πάντων· Πολλῶν ἐστιν ἀκούειν λεγόντων, ὅτι, εἰ ἦμεν ἐν τοῖς τῶν διωγμῶν καιροῖς, &c. XXIV, Ὁμιλία ῥηθεῖσα τῇ δ΄ κυριακῇ τοῦ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγελίου· Οἱ σφόδρα ἐχθρωδῶς πρός τινας ἀνθρώπους διακείμενοι, &c. XXV, Ὁμιλία ῥηθεῖσα τῇ ἕκτῃ κυριακῇ τοῦ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγελίου· Ὁ μακάριος Παῦλος πρὸς τὴν τελειοτάτην ἐνάγων ἡμᾶς ζωὴν &c. XXVI, Ὁμιλία ῥηθεῖσα τῇ δεκάτῃ κυριακῇ τοῦ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγελίου· Τὴν τοῦ βαπτίσματος χάριν δέδωκεν ἡμῖν ὁ Θεὸς &c. XXVII, Ὁμιλία ῥηθεῖσα τῇ δευτέρᾳ κυριακῇ τοῦ κατὰ Λουκᾶν εὐαγγελίου· Οὐδὲν οὕτω βαρὺ καὶ ἐπαχθὲς τοῖς διδασκάλοις &c. XXVIII, Ὁμιλία ῥηθεῖσα τῇ ἑβδόμῃ κυριακῇ τοῦ

κατὰ

κατὰ Λουκᾶν εὐαγγελίου· Πολλοῖς τῶν ἀνθρώπων κατὰ τὴν παροιμίαν ἀρέσκει τὰ χείρω, &c. XXIX, Ὁμιλία ὅλη ἠθικὴ, ῥηθεῖσα τῇ δεκάτῃ κυριακῇ τοῦ κατὰ Λουκᾶν εὐαγγελίου· Ὁ μακάριος Παῦλος, τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς, &c. XXX, Ὁμιλία ῥηθεῖσα τῇ ιγ΄ κυριακῇ τοῦ κατὰ Λουκᾶν εὐαγγελίου· Πολλὰ τὰ κωλύματα τῆς πρὸς τὴν αἰώνιον ζωὴν φερούσης ὁδοῦ, &c. XXXI, Ὁμιλία ῥηθεῖσα τῇ κυριακῇ πρὸ τῆς Χριστοῦ γεννήσεως εἰς τοὺς ἁγίους τρεῖς παῖδας· Τί τοῦτο; πολλὴ ἡ συνδρομὴ &c. XXXII, Ὁμιλία ῥηθεῖσα τῇ κυριακῇ τῆς ἀπόκρεω· Πλατεῖα καὶ εὐρύχωρος εἰς τὴν ἀπώλειαν ἀπάγουσα ὁδὸς, &c. XXXIII, Ὁμιλία ἠθικὴ ῥηθεῖσα ἐν λιτῇ· Πάντων τῶν κατὰ τὸν βίον ἐπιτηδευμάτων &c. Quod supereſt, ex jam exhibitis *triginta trium Homiliarum principijs* manifeſtè patet, autorem eorum JOANNEM *Cerameum* planè diverſum eſſe à THEOPHANE *Cerameo, Tauromenij in Siciliâ Archiepiſcopo*, de cujus *Homilijs in Evangelia Dominicalia & Feſta anniverſaria* actum eſt Libro *quarto* horum Commentariorum in recenſione Codicis MSti Theologici Græci CIIdi num. 2, & CXImi num. 8; ut eſt Libro hoc *quinto* in recenſione proximè præcedentis Codicis CCXXVIIImi.

CCXXX.

Ducenteſimus trigeſimus (1) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* mediocriter antiquus in *folio*, conſtátq; folijs *ſexaginta quatuor*, & ad *Joannem Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo (2) *LEONIS Magiſtri, Proconſulis, Patricij &* (3) *Myſtici, Epitome Expoſitionis variorum Patrum in Pentateuchum Moſaicum, in Librum Joſue, in Librum Judicum, in Librum Ruth, & in quatuor Libros Regum.* Ipſa verba græca, quibus *Epitome Expoſitionis in Geneſin* inſcribitur atq; incipit, ſunt hæc: ΛΕΟΝΤΟΣ Μαγίστρου, Ἀνθυπάτου, Πατρικίου, καὶ Μυστικοῦ, Ἐπιτομὴ ἑρμηνείας εἰς τὴν Γένεσιν ἀπὸ διαφόρων Πατέρων. Οὐ προτέταχεν θεολογίαν ὁ Μωσῆς διὰ τὴν νηπιότητα αὐτῶν, &c. Inter varios autem illos Patres, ex quorum Operibus Expoſitiones hæ à *Leone* ſunt collectæ, præcipuum obtinet locum *Theodoretus Epiſcopus Cyrenſis*, utpote ex cujus *Quæſtionibus* in ſuprà memoratos Veteris Teſtamenti Libros pleraq; ad verbum deſcripta ſunt. Hoc enim inprimis apparet ex *Epitome Expoſitionis in Librum Ruth*, cujus titulus & principium: Εἰς τὴν Ῥούθ. (4) Τί δήποτε τὸ κατὰ τὴν Ῥοὺθ συνεγράφη διήγημα; Πρῶτον μὲν διὰ τὸν Δεσπότην Χριστόν· ἐξ αὐτῆς γὰρ &c. Item ex *Expoſitio-*

(1) *Fuit is olim extra numerum.*

(2) *Ejuſdẽ* Leonis *mentionem vide etiam Libri quarti horum Commentariorum pag.* 147 *&* 148.

(3) *De Dignitate & Officio* Myſtici *in Aulâ Imperiali Conſtantinopolitanâ vide Lib. III horum Commentarior. pag.* 56.

(4) *Vide Librum* quartum *horũ Commentariorum pag.*161 *&* 162, *ubi eadem Quæſtio eſt* prima Quæſtionum Theodoreti in Librum Ruth,

ſitione in quatuor Libros Regum, quæ ibi inſcribitur atq; incipit hoc modo: Σχόλια εἰς τὰ ζητούμενα τῶν Βασιλειῶν. Πρόλογος. Ἐπειδὴ τῆς θείας χάριτος ἀπολαύσαντες, Μωυσέως τοῦ νομοθέτου τὰς βίβλους, καὶ Ἰησοῦ τοῦ προφήτου, καὶ τῶν κριτῶν, καὶ τῆς Ῥοὺθ ἑρμηνεύσαμεν, φέρε πάλιν &c.

CCXXXI.

(1) *Fuit ii olim extra numerum.*

Ducenteſimus trigeſimus primus (1) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* mediocriter antiquus in *folio*, conſtátq; folijs *ducentis quadraginta uno*, & eſt unus ex illis *Joannis Sambuci* libris, quos à reliquâ ipſius Bibliothecâ avulſos, *Sebaſtianus Tengnagelius* redemit, & *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ* legavit. Continetur eo *Nicetæ, primùm quidem Serrarum in Macedoniâ primâ, poſteà autem Heracleæ in Thraciâ Metropolitæ, Catena ſive Commentarius ampliſſimus in Librum Jobi*, collectus ex Operibus variorum Sanctorum Patrum aliorúmq; Scriptorum Eccleſiaſticorum Græcorum; nempe (2) *Ammonij Junioris, Apollinaris Epiſcopi Laodiceni, S. Athanaſij Archiepiſcopi Alexandrini, S. Baſilij Cæſareæ in Cappadociâ Archiepiſcopi, S. Cyrilli Archiepiſcopi Alexandrini, Didymi Alexandrini, S. Dionyſij Archiepiſcopi Alexandrini, Evagrij, S. Gregorij Nazianzeni, S. Gregorij Epiſcopi Nyſſeni, Heſychij Presbyteri Hieroſolymitani, S. Joannis Chryſoſtomi, Iſidori Peluſiotæ*, (3) *Juliani, S. Methodij, S. Nili, Olympiodori, Origenis, Polychronij, Severi Epiſcopi Antiocheni, Symmachi, & Theodoreti Epiſcopi Cyrenſis*, quorum omnium, & fortè etiam paucorum quorundam aliorum in tranſcurſu à me non obſervatorum, nomina ibidem partim contextui intermixta, partim in margine adnotata ſunt. Titulus hujus *Catenæ* græcus cum principio *Proœmij* eſt ibi talis: Ἐξήγησις εἰς τὸν μακάριον Ἰὼβ, συγγραφεῖσα παρὰ τοῦ ἱερωτάτου Μητροπολίτου Ἡρακλείας κυροῦ Νικήτα. Ὑπόθεσις μὲν ἡμῖν καὶ σκοπὸς τοῦ λόγου ἡ τῆς βίβλου τοῦ πολυάθλου Ἰὼβ ἀνάπτυξις· οὐ καὶ μόνον μεμυῆσθαι μέλλοντας, ἀποπλύναι ἔδει τὸ σόμα, καὶ οὕτως αὐτοῦ μνησθῆναι &c. Primus hanc *Catenam in Jobum*, à R. P. *Paulo Comitolo Peruſino* ex Eminentiſſimi Cardinalis *Antonij Caraffæ* Codice manuſcripto græco-latinè tranſlatam, edidit *Laurentius Cum-Deo* Lugduni apud Joannem Stratium A. 1586 in quarto cum præfixâ *Epiſtolâ* ad jam memoratum *P. Comitolum*, in quâ ob ſummum conſenſum multorum veterum Codicum manuſcriptorum rectè aſſerit, *Autorem ſeu Coagmentatorem hujus Catenæ* eſſe *Nicetam Metropolitam Heracleenſem*; quemadmodum id etiam in noſtro hoc Codice manuſcripto

(2) *Notandum eſt, Autores illos hîc à me non recenſeri ordine* chronologico, *ſive reſpectu temporis, quo claruerunt, ſed tantùm ordine* alphabetico *ſecundùm eorũ nomina.*

(3) *Nomẽ hoc nunquã ibi exſtat ſcriptum integrè, ſed ſemper tantùm abbreviatè hoc modo* Ἰουλ.

Cæſa-

Cæsareo æquè luculenter videre est. Secundò autem edidit eandem ejusdem Catenæ translationem suam latinam ipse *P. Paulus Comitolus* Venetijs apud Jolitos A. 1587 in quarto cum prolixâ Disputatione, in quâ contra suprà memoratum *Laurentium Cum-Deo* & veterum Codicum manuscriptorum autoritatem imperiosè quidem, sed perperàm & frustrà demonstrare annititur, *Autorem* seu *Coagmentatorem hujus Catenæ* non esse *Nicetam Metropolitam Heracleensem*, sed *Olympiodorum Alexandrinæ Ecclesiæ Diaconum*, quòd illius præ cæteris frequentissimè in eâ fiat mentio. Inter alia igitur invalida & nullius momenti argumenta, quibus *P. Comitolus* ad stabiliendam sententiam suam utitur, est etiam hoc, quod refert *Parisienses Patres ac sodales suos* super hâc controversiâ rescripsisse his verbis: *Non est autem quod R. Patrem Comitolum suæ pigeat conjecturæ Catenam istam Olympiodoro tribuentis. Nam & in Epitome Bibliothecæ Gesneri & in Catalogo Librorum edito à Simlero anno 1586 Catena in Job OLYMPIODORO tribuitur quædam, quæ dicitur in Bibliothecâ SAMBUCI servari, itémq; ejusdem OLYMPIODORI Diaconi* (1) *Hypotheses in Job.* Atenimvero testimonium hoc adversatur *P. Comitolo* magis quàm prodest. Ipsa enim verba *Bibliothecæ Gesnerianæ*; à *Josiâ Simlero* & *Joanne Jacobo Frisio* auctæ, sunt eâ de re hæc: *OLYMPIODORI & ALIORUM piissima Catena in Job extat in Bibliothecâ SAMBUCI.* Ubi primò notandum est, Catenam illam non simpliciter appellari *Catenam OLYMPIODORI*, sed *Catenam OLYMPIODORI & ALIORUM*; quo certè nihil aliud significatur, quàm *Catenam* illam non ex *solius Olympiodori*, verùm etiam ex *aliorum* suprà memoratorum veterum Patrum Operibus collectam & coagmentatam esse. Quòd autem ipse *Olympiodorus* hujus collectionis atq; coagmentationis Autor sit, id nullâ ratione inde potest elici. *Secundò* notandum est, Codicem manuscriptum *Bibliothecæ Sambuci*, qui in *Bibliothecâ Gesnerianâ* jam citato loco memoratur, prorsùs illum ipsum esse *Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ* Codicem manuscriptum, inter Codices MStos Theologicos Græcos *ducentesimum trigesimum primum*, de quo in præsens ex professo agitur. Hoc enim ipse *Joannes Sambucus* ibi testatur solitâ propriæ manûs inscriptione, quâ non solùm *nomen* suum exprimit, verùm insuper etiam indicat, Codicem hunc à se emptum esse *Coronatis septendecim*. In hoc igitur Codice *Sambuci* non attribuitur collectio & coagmentatio istius Catenæ *Olympiodoro*, Ecclesiæ Alexandrinæ Diacono, ut falsò credidit R. P. *Comito-*

(1) *Hæ* Hypotheses *sive Argumenta singulorum Capitum Libri Iobi vocantur in ipsâ Catenâ* Ἱςοθεωρίαι.

mitolus, sed *Nicetæ Metropolitæ Heracleensi*, ut ex (1) suprà exhibito *Titulo Græco* videre est. Huc quoq; accedit autoritas (2) *duorum Codicum MStorum Bibliothecæ Bodlejanæ*, ex quibus eadem *Catena* sub ejusdem *Nicetæ* nomine à V. CL. *Francisco Patricio*, Serenissimi Regis Magnæ Britanniæ Bibliothecario, Londini A. 1637 græcè simul & latinè in folio edita est. *Tertiò* deniq; notandum est, ab hâc *Nicetæ Catenâ in Jobum* diversam eâq; vetustiorem & ampliorem esse *alteram* illam *Catenam in Jobum*, Libri *tertij* horum Commentariorum paginâ 19 in recensione Codicis MSti Theologici Græci *septimi* memoratam; quamvis etiam ibi frequentissima *Olympiodori* fiat mentio, & Προθεωρίαι ejusdem, hoc est, *Hypotheses*, sive *Argumenta*, singulis Libri Jobi Capitibus majusculis literis eleganter præfixæ sint.

(1) *Vide suprà pag. 62,*
(2) *Vide R.P. Philippi Labbei Tomum secundum Dissertationis Historicæ & Philologicæ de Scriptoribus Ecclesiasticis pag. 134 & 135.*

CCXXXII.

Ducentesimus trigesimus secundus (3) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *chartaceus* mediocriter antiquus in *folio*, constátq; folijs *ducentis octoginta quatuor*, & est unus ex illis (4) *Joannis Sambuci* libris, quos à reliquâ ipsius Bibliothecâ avulsos, *Sebastianus Tengnagelius* redemit, & *Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ* legavit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usq; ad fol. 132 pag. 1, *Michaelis Glycæ Epistolæ Theologicæ quinquaginta quinq;*, quarum *prima* incipit: Καὶ τοῦτο μετὰ τῶν ἄλλων &c; *quinquagesima* autem *quinta*: Τὸν μὲν οὖν ἱστορικὸν ἐκεῖνον Παπίαν &c. Plura de hisce *Epistolis* vide Libro *quarto* horum Commentariorum à pag. 152 usq; ad pag. 159 in recensione Codicum MStorum Theologicorum Græcorum CLIXni & CLXmi. *Inscriptiones* autem *Epistolæ quinquagesimæ quartæ* & *quinquagesimæ quintæ*, quæ ibi desunt, exstãt in hoc Codice CCXXXIIdo, & sunt tales: *Quinquagesima quarta*, Τοῦ αὐτοῦ περὶ τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Θεολόγου καὶ Εὐαγγελιστοῦ, πότερον νόμῳ φύσεως κοινῷ θανάτῳ κεκοίμηται, ἢ οὔ. *Quinquagesima quinta*, Τοῦ αὐτοῦ περὶ τῆς τελευτῆς τοῦ ἀθλίου Ἰούδα τοῦ προδότου, ὅτι ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ, καθ' ἣν ἀπήγξατο, γέγονε, καὶ οὐκ ἐν ἄλλῳ μετὰ ταῦτα καιρῷ, ὥς τινες οὐκ ἀκριβῶς ὑπετόπασαν.

Secundò, & quidem à fol. 133 pag. 1 usq; ad fol. 264 pag. 1, *Procopij Gazæi, Sophistæ Christiani, Epitome Eclogarum sive Excerptorum ex variorum Autorum Expositionibus in Genesin*; cujus titulus & principium: Προκοπίου Σοφιστοῦ εἰς τὴν θείαν γραφήν. Εἰς

(3) *Fuit is olim extra numerum.*
(4) *Testatur is ibi pag. 264, se hunc Codicem emisse A. 1565.*

τὴν Γένεσιν τῶν Ἐκλογῶν Ἐπιτομὴ Προκοπίου Χριστιανοῦ Σοφιστοῦ. Προοίμιον. Ἤδη μὲν καὶ πρότερον, Θεοῦ τὸ δύνασθαι χορηγήσαντος, τὰς καταβεβλημένας ἐκ τῶν Πατέρων καὶ τῶν ἄλλων εἰς τὴν Ὀκτάτευχον ἐξηγήσεις συνελεξάμεθα, &c. *Epitome* autem hæc *Eclogarum in Genesin* exstat in ejusdẽ *Procopij Commentarijs in Octateuchum*, hoc est, *in Genesin, Exodum, Leviticum, Numeros, Deuteronomium, Librum Josue, Librum Judicum* & *Librum Ruth*, latinè editis (1) à *Conrado Clausero Tigurino* Tiguri typis Andreæ & Jacobi Gesneri fratrum A. 1555 in folio. Incipit ea ibi his verbis: *Anteà quidem, Deo cœptis benignè adspirante, conscripsimus Enarrationes in Octoteuchum, quas ex Patribus orthodoxis alijsq; Scriptoribus magnâ diligentiâ comportavimus*, &c. Vide etiam Librum *quartum* horum Commentariorum pag. 181.

(1) *Excepta Epitome Eclogarũ in Librũ Ruth, quæ hactenùs, quod ego sciam, nec græcè, nec latinè in lucem prodijt.*

Tertiò, & quidem à fol. 265 pag. 1 usq; ad fol. 272 pag. 1, *Fragmentum Libri quinti Dioptræ Philippi Solitarij, à testimonio S. Cyrilli Patriarchæ Alexandrini de Animâ*, quod incipit, (2) Ἡ λογικὴ καὶ νοερὰ ψυχὴ &c, usq; ad *Philippi Solitarij Epilogum*, cujus principium: Ἀλλ' ὦ Πατέρες ἐν Χριστῷ κασίγνητοι καὶ φίλοι, &c.

(2) *Vide* Cod. MS. *Theologic. Græc.* CCXIII *pag.* 149.

Quartò, & quidem fol. 272 pag. 1, *Nicolai Cabasilæ, Archiepiscopi Thessalonicensis, Fragmentum de Sanctâ Trinitate & de Processione Spiritûs Sancti ex solo Patre*; cujus titulus & principium: Νικολάου Ἐπισκόπου θεολογία περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος. Τίς ὅλως ἀνάσχοιτο τῶν ἐν Χριστιανοῖς τελούντων &c.

Quintò, & quidem fol. 272 pag. 1 & 2, *S. Gregorij Episcopi Nysseni* locus notabilis *de Sanctâ Trinitate*, cujus titulus & principium: Τοῦ ἁγίου Γρηγορίου Νύσσης. Ἐκ τῶν καθ' ἡμᾶς ἐστὶ γνῶναι καὶ τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς &c.

Sextò, & quidem fol. 272 pag. 2 & fol. 273 pag. 1 & 2, *S. Gregorij Thaumaturgi, Neocæsareæ in Ponto Episcopi, Symbolum Fidei Christianæ*, cujus principium: Εἷς Θεὸς Πατὴρ λόγου ζῶντος, &c. Perperàm autem illud in hoc Codice MSto attribuitur *S. Gregorio Episcopo Nysseno*. Plura de eo vide Libro *secundo* horum Commentariorum à pag. 270 usq; ad pag. 274; item Libro *tertio* pag. 101 & 196, & Libro hoc *quinto* pag. 8.

Septimò, & quidem à fol. 274 pag. 1 usq; ad fol. 279 pag. 2, *Philothei Patriarchæ Constantinopolitani Doctrina collecta ex S. Joanne Chrysostomo & alijs Patribus super Evangelio de Publicano & Pharisæo*. Ipsa tituli græci verba cum principio Doctrinæ sunt hæc:

Διδασκαλία ἀπὸ διαφόρων ἐλλογίμων ἀνδρῶν, ἀπότε ꙋ Χρυσοσόμȣ καὶ ἑτέρων, εἰς τὰ ꙋ Κυρίȣ ἀναγινωσκόμενα ἅγια Εὐαγγέλια, συλλεγεῖσα παρὰ κυρȣ̃ Φιλοθέȣ Πατριάρχȣ Κωνσαντινȣπόλεως. Ἡ εἰς τὸν τελώνην καὶ τὸν φαρισαῖον παραβολὴ καὶ ὑπόθεσις, ὥσπερ γυμνασία τις &c.

Octavò, & quidem à fol. 280 pag. 1 usq; ad fol. 284 pag. 1, *S. Joannis Chrysostomi Oratio in Festum Occursûs Domini nostri Jesu Christi* sive *in Festum Purificationis*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννȣ Ἀρχιεπισκόπȣ Κωνσαντινȣπόλεως ꙋ Χρυσοσόμȣ Ὁμιλία ῥηθεῖσα εἰς τὴν ἁγίαν καὶ σεβάσμιον καὶ ὑπερένδοξον Ὑπαπαντὴν ꙋ Κυρίȣ ἡμῶν Ἰησȣ̃ Χριςȣ̃ ἐλέχθη δὲ ἐν Ἀντιοχείᾳ τῇ πόλει. Φαιδρὸν ἡμῖν σήμερον τὸ θέατρον, καὶ λαμπρότερος ꙋ συνήθες ὁ σύλλογος· τί ποτε ἄρα τὸ αἴτιον; ὅτ' ἂν γὰρ παρθένος εὐαγγελίζεται, τότε τῆς οἰκȣμένης σωτηρία γίνεται. ἀλλ' ἐπειδή τινες &c. Notandum autem est, hujus *Orationis* nullam fieri mentionem in *Indice alphabetico* principiorum omnium Orationum *S. Joannis Chrysostomi* tàm genuinarum, quàm suppositititiarum & dubiarum, Tomo octavo Operum ejusdem ab *Henrico Savilio* græcè edito.

CCXXXIII.

(1) Fuit is olim extra numerum. *Ducentesimus trigesimus tertius* (1) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *chartaceus* antiquus in *quarto*, nec solùm in principio & fine, sed & passim alibi mutilus & lacerus, constátq; nunc folijs *centum quadraginta duobus*.

Continentur eo *Michaelis Glycæ Epistolæ Theologicæ*, de quibus jam in recensione proximè præcedentis Codicis CCXXXIIdi actum est. Differunt autem illæ in hoc Codice ab ijs, quæ in alijs (2) suprà memoratis Codicibus MStis exstant, tàm *numero* quàm *ordine*; adeò videlicet, ut ea, quæ in alijs Codicibus est *trigesima quinta*, & incipit Εἰ δὲ καὶ ἀπαιδεύτȣς τὰ θεῖα καὶ ἀμυήτȣς τινάς &c, in hoc Codice sit *sexagesima quarta* & *ultima*.

(2) Vide suprà pag. 64.

CCXXXIV.

(3) Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos trecentesimus decimus sextus. *Ducentesimus trigesimus quartus* (3) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in *quarto*, constátq; folijs *ducentis quinquaginta novem*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usq; ad fol. 14 pag. 2, *Joannis Episcopi Insulæ Carpathi ad Monachos Indiæ Capita paracletica sive consolatoria centum*; quorum titulus & principium: Τοῦ μακαρίȣ Ἰωάννȣ ꙋ τῆς Καρπάθȣ Ἐπισκόπȣ πρὸς τοὺς ἀπὸ τῆς Ἰνδίας προτρέψαντας μοναχȣ̀ς παρακλητικὰ κεφάλαια ρ΄. Κεφάλαιον α΄.

Τοῖς

Τοῖς ἐπὶ γῆς βασιλεῦσιν ἑκάστω ἄνθη περιφέροντες τινὲς τῶν περισσευτόντων, &c. Meminit horum *centum Capitum Photius Patriarcha Constantinopolitanus* in descriptione Codicis suæ Bibliothecæ ducentesimi primi. Vide etiam Magnam Bibliothecam Veterum Patrum græco-lat. Paris. Tom. XV à pag. 845 usque ad pag. 849; sed ibi exstant tantùm *Capita octoginta duo*, nec nisi *latinè*. Huc quoque pertinet *Caput asceticum* Μὴ θελήσης &c, cujus fit mentio Lib. IV horum Commentariorum pag. 145. Est enim illud inter eadem jam memorata Capita *centesimum* sive *ultimum*.

Secundò, & quidem à fol. 14 pag. 2 usque ad fol. 22 pag. 2, ejusdem *Joannis Episcopi Carpathij Capita Theologica & Gnostica centum & quindecim*; quorum titulus & principium: Ἕτερα κεφάλαια τοῦ αὐτοῦ θεολογικά τε καὶ γνωστικὰ ρ ι έ. Κεφάλαιον ά. Καλὰ δὲ ἀγαθοῦ τὰ πάντα γεγόνασι, &c. Horum autẽ *centum & quindecim Capitũ* nulla apud *Photium* fit mentio; ideóque videntur ea illi fuisse incognita.

Tertiò, & quidem à fol. 22 pag. 2 usque ad fol. 35 pag. 2, *Eliæ Ecdici Capita ascetica ducenta quadraginta quatuor*; quorum titulus & principium: Ἠλίου Ἐκδίκου Κεφάλαια σμδ'. Κεφάλαιον ά. Ἔξεστι παντὶ Χριστιανῷ τῷ ὀρθῶς πιστεύοντι εἰς Θεὸν μὴ ἀμεριμνεῖν, ἀλλὰ πάντοτε προσδοκᾶν καὶ ἐκδέχεσθαι πειρασμὸν, &c. Ex his autem *ducentis quadraginta quatuor Capitibus* exstant tantùm *Capita centum vigintitria* Tomo XVto Magnæ Bibliothecæ Veterum Patrum græco-latinæ Parisiensis à pag. 853 usque ad pag. 858, & ea quidem non nisi *latinè* secundùm translationem R. P. *Jacobi Pontani* S. J., qui illa primus edidit in *Appendice Operum Symeonis Junioris Theologi*.

Quartò, & quidẽ à fol. 35 pag. 2 usq; ad fol. 46 pag. 1. *Theodori Archiepiscopi Edesseni Capita practica* (1) *centum*; quorum titulus & principiũ: Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Θεοδώρου Ἀρχιεπισκόπου πόλεως Ἐδέσσης Κεφάλαια πρακτικὰ ἑκατόν. Κεφάλαιον ά. Ἐπειδήπερ Θεοῦ τοῦ ἀγαθοῦ χάριτι ἀποταξάμενοι τῷ σατανᾷ καὶ τοῖς ἔργοις αὐτοῦ, &c.

Quintò, & quidem à fol. 46 pag. 1 usque ad fol. 50 pag. 2, *S. Nili Abbatis Capita quadraginta tria de Virtutibus*; quorum titulus & principium: Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ἀββᾶ Νείλου περὶ ἀρετῶν κεφάλαια μγ'. Κεφάλαιον ά. Χαῖρε τὴν ἀρετὴν ἡνίκα πράττεις, ἀλλὰ μὴ ἐπαίρου, &c.

Sextò, & quidem à fol. 50 pag. 2 usque ad fol. 57 pag. 1, ejusdem

(1) *Ex his centum Capitibus exstant tantùm* Capita quinquaginta *Tomo XV Magnæ Biblioth. Vet. Patrũ græco-lat. Paris. à pag. 849 usque ad pag. 853, & ea quidem nõ nisi* latinè *secundùm translationem* R.P. Jac. Pontani *Soc. Iesu, qui illa primus edidit in* Appendice Operum Symeonis Junioris Theologi. *Vide etiam Lib. IV horum Commentariorum pag.* 143.

dem *S. Nili Abbatis de Temperantiâ & Oratione Capita* (1) *centum quinquaginta*; quorum titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ Ἀββᾶ Νείλου περὶ νήψεως καὶ προσευχῆς κεφάλαια ἑκατὸν πεντήκοντα. Κεφάλαιον ά. Εἴ τις βούλει τὸ εὐῶδες θυμίαμα σκευάσαι, &c.

Septimò, & quidem à fol. 57 pag. 1 usque ad fol. 63 pag. 1, ejusdem *Abbatis Nili Capita octo de octo vitiosis Cogitationibus*; quorum titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ Ἀββᾶ Νείλου περὶ τῶν ή λογισμῶν τῆς κακίας. Κεφάλαιον ά περὶ γαστριμαργίας. (2) Ἀρχὴ καρποφορίας ἄνθος· καὶ ἀρχὴ πρακτικῆς, ἐγκράτεια, &c.

Octavò, & quidem à fol. 63 pag. 1 usque ad fol. 65 pag. 1, *Esaiæ Abbatis* (3) *Capita viginti duo de Ascesci sive de Exercitatione spirituali & de Quiete*; quorum titulus & principium: Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ἀββᾶ Ἡσαΐου κεφάλαια κβ' περὶ ἀσκήσεως καὶ ἡσυχίας πάνυ ὠφέλιμα. Κεφάλαιον ά. Τρεῖς ἀρεταί εἰσιν, αἳ περινοοῦσαι τὸν νοῦν διὰ παντὸς, &c.

Nonò, & quidem à fol. 65 pag. 1 usque ad fol. 67 pag. 2, *Marci Eremitæ de Custodiâ mentis Capita quatuordecim*, quorum titulus & principium: Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Μάρκου περὶ τῆς τοῦ νοῦ φυλακῆς κεφάλαια ιβ'. Κεφάλαιον ά. Νοῦς λογικὸς ἀργεῖν οὐ δύναται, &c.

Decimò, & quidē à fol. 68 pag. 1 usq; ad fol. 76 pag. 2, ejusdem *Marci Monachi de Lege spirituali Capita ducenta quinquaginta*, quorum titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ Μάρκου μοναχοῦ περὶ νόμου πνευματικοῦ κεφάλαια σν'. Κεφάλαιον ά. Ἐπειδὴ πολλάκις ἐβουλήθητε γνῶναι, &c. Exstant quidē hæc Capita Tomo XImo Magnæ Bibliothecæ Veterum Patrum græco-latinæ Parisiensis à pag. 876 usque ad pag. 907; sed tàm *ordine*, quàm *numero* valdè discrepant. Sub titulo enim *de Lege spirituali* exstant ibi tantùm *Capita ducenta & unum*, quorum *ultimum* incipit Πάντοτε ἐργάζου τὸ ἀγαθὸν κατὰ δύναμιν, &c; sequuntur autem deinde ibi alia *Capita ducenta duodecim*, inscripta *De his, qui putant ex operibus se justificari*, quorum *ultimum* incipit Ταῦτα τοῦ πνευματικοῦ νόμου ἐκ πολλῶν ὀλίγα ἐγνώκαμεν τὰ δικαιώματα, &c, & est inter Codicis hujus manuscripti *Cæsarei* Capita

de

(1) *Vide Lib. IV horum Commentarior. pag.* 144.

(2) *Vide Magnam Bibliothec. Vet. Patrū græco-lat. Paris. Tō. V à columnâ 368 usque ad columnā 374; sed ibi hæc* octo Capita *exstant tantùm* latinè, *& inscribuntur* Orationes octo adversus octo primaria vitia. *Initium Capitis primi est ibidem tale*: Principium floris est proficiēdi, & rectè vivēdi principium est temperantia, *&c. Sed rectiùs ea verba interpres vertisset hoc modo*: Principium ferendi fructûs est flos; & principium exercitationis spiritualis est continentia.

(3) *Diversa sunt hæc* viginti duo Capita *ab ejusdem* Esaiæ Abbatis Orationibus viginti novem ad fratres secum degentes, *quæ exstant latinè Tomo II Magnæ Biblioth. Vet. Patrum græco-lat. Paris. à col.* 181 *usq. ad col.* 250. *Ejusdem* Abbatis Esaiæ Præcepta seu Consilia sexaginta octo ad tyrones in Monachatu *exstant latinè in avunculi mei* Lucæ Holstenij Codice Regularum Monasticarum veterum, *Romæ typis Vitalis Mascardi A.* 1661 *edito in quarto. Vide etiam Lib. IV horum Commentarior. pag.* 145 *&* 146.

de Lege spirituali ducentesimum quinquagesimum. Vnde elucet, quantâ laboret confusione suprà memorata Parisiensis editio.

Undecimò, & quidem à fol. 76 pag. 2 usque ad fol. 82 pag. 1, ejusdem *Marci Ascetæ sive Monachi Epistola ad Nicolaum*, cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ Μάρκου ἀσκητοῦ ἐπιστολὴ πρὸς Νικόλαον. Ἐπειδήπερ πρώην πολὺς ἦς φροντίζων περὶ τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας, &c. Exstat ea græcè & latinè Tomo XImo Magnæ Bibliothecæ Veterum Patrum græco-latinæ Parisiensis à pag. 941 usque ad pag. 953; ibi autem ea non inscribitur *Epistola*, sed Νουθεσίαι ψυχωφελεῖς sive *Præcepta animæ salutaria.* Respectu etiam *finis* editio ista Parisina ab hoc Codice MSto *Cæsareo* valdè discrepat. Definit enim *Epistola* hæc in nostro Exemplari manuscripto his verbis: (1) περιεργείᾳ δεινῇ τὴν ψυχὴν κατακαλύπτοντα καὶ σκοτίζοντα τὰ λοιπὰ τῆς ἀρετῆς μέρη, ἀμνημοσύνην τῶν, ὧν εἶπον, εὐεργεσιῶν τοῦ Κυρίου ἐργάζονται.

(1) Vide jam citatã editionem Parisinam pag. 950 vers. 40. 41 & 42.

Duodecimò, & quidem à fol. 82 pag. 1 usque ad fol. 98 pag. 2, *Hesychij Presbyteri Hierosolymitani ad Theodulum Capita ducenta de Temperantiâ & Virtutibus*; quorum titulus & principium: Ἡσυχίου πρὸς Θεόδουλον. λόγος ψυχωφελὴς περὶ νήψεως καὶ ἀρετῶν κεφαλαιώδης, ἤγουν τὰ λεγόμενα Ἀντιῤῥητικὰ καὶ Εὐκτικὰ Κεφάλαια σʹ. Κεφάλαιον αʹ. (2) Νῆψίς ἐστι μέθοδος πνευματικὴ &c. *Secunda* autem horum Capitum *Centenaria* ob defectum duorum circiter foliorum pertingit ibi tantùm usque ad *Caput septuagesimum tertium*, cujus principium: (3) Οὐαὶ τὸν ἔσω ἀπὸ τῶν ἔξω· &c.

(2) Vide Lib. IV horum Commentariorum pag. 143 & 144.

(3) Vide Magnæ Biblioth. Vet. Patrũ græco-lat. Paris. Tom. XI pag. 1013, ubi hoc est Caput septuagesimum.

Decimò tertiò, & quidem à fol. 99 pag. 1 usque ad fol. 105 pag. 2, *Philothei Monachi Sinaitæ Capita ascetica quadraginta*; quorum *quinque priora* ob defectionem unius folij desunt, *sextum* autem incipit his verbis: Ὅταν ἐν ἕξει τινὶ γινώμεθα ἐγκρατείας, &c.

Decimo quartò, & quidem à fol. 105 pag. 2 usque ad fol. 110 pag. 1, *Philothei (4) Monachi Sinaitæ Oratio ascetica, quòd custodiâ cordis observentur etiam præcepta Christi.* Ipsa tituli græci verba cum principio Orationis sunt hæc: Τοῦ αὐτοῦ ἁγίου Φιλοθέου λόγος πάνυ ὡραῖος καὶ πᾶσιν ὠφέλιμος, μάλιστα δὲ τοῖς ἡσυχάζουσι, περὶ τοῦ, ὅτι τῇ τῆς καρδίας φυλακῇ φυλάττονται καὶ αἱ θεῖαι ἐντολαὶ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ἡ τοῦ Πατρὸς τοῦ ἀϊδίου σοφία καὶ δύναμις, φησίν· Ὁ ἀγαπῶν με &c.

(4) Vide Lib. IV horum Commentariorũ pag. 145.

Decimo quintò, & quidem à fol. 110 pag. 1 usq; ad fol. 116

pag. 1, *S. Macarij* (1) *Magni de Custodiâ Cordis Capita triginta*, quorum titulus & principium: Μακαρίου τοῦ μεγάλου περὶ φυλακῆς τῆς καρδίας Κεφάλαια λʹ. Κεφάλαιον αʹ. Πῶς δύναται λέγειν ὁ τυχὼν, ὅτι νηστεύων καὶ ξενιτεύων &c.

Decimo sextò, & quidẽ à fol. 116 pag. 1 usq; ad fol. 148 pag. 2, ejusdẽ *S. Macarij Magni* (2) *Capita centũ septuaginta de Perfectione spirituali*; quorum titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ ἁγίου Μακαρίου, τοῦ τῷ ὄντι μακαρίου, περὶ τῆς κατὰ πνεῦμα τελειότητος κεφαλαιώδης ἐπιτομὴ, ἤγουν κεφάλαια ρο. Κεφάλαιον αʹ. Χάριτι μὲν καὶ δωρεᾷ τοῦ Πνεύματος θείᾳ ἕκαστος ἡμῶν τὴν σωτηρίαν πορίζεται, &c.

Decimo septimò, & quidem à fol. 148 pag. 2 usq; ad fol. 172 pag. 1, *S. Diadochi, Photices in Veteri Epiro sive Illyrico Episcopi*, (3) *Capita centum de Perfectione spirituali*, quorum titulus & principium: Τοῦ μακαρίου Διαδόχου, Ἐπισκόπου (4) Φωτισικῆς τῆς παλαιᾶς Ἠπείρου, κεφάλαια φωτισικὰ ἑκατόν. Κεφάλαιον αʹ. Πάσης πνευματικῆς, ἀδελφοὶ, ἡγείσθω θεωρίας πίστις, ἐλπὶς, ἀγάπη, πλέον δὲ ἡ ἀγάπη &c.

Decimo octavò, & quidem à fol. 172 pag. 1 usq; ad fol. 182 pag. 2, *Thalassij Monachi ad Paulum Presbyterum Capita quadringenta de Charitate & Continentiâ*; quorum titulus & principium: Θαλασσίου Μοναχοῦ πρὸς Παῦλον Πρεσβύτερον περὶ ἀγάπης καὶ ἐγκρατείας κεφάλαια τετρακόσια ὑπὸ ἀκροστιχίδος. Ἑκατοντὰς πρώτη, ἧς ἡ ἀκροστιχὶς αὕτη. Πνευματικῷ ἀδελφῷ καὶ ἀγαπητῷ κυρίῳ Παύλῳ Θαλάσσιος, τῷ μὲν φαινομένῳ ἡσυχαστὴς, τῇ δὲ ἀληθείᾳ πραγματευτὴς (5) κενόδοξος. Κεφάλαιον αʹ. Πόθος πρὸς Θεὸν ὁλικῶς τεταμένος &c.

Decimo nonò, & quidem à fol. 182 pag. 2 usq; ad fol. 212 pag. 1, *S. Maximi* (6) *ad Elpidium Presbyterum Capita quadringenta de Charitate*; quorum titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Μαξίμου πρὸς Ἐλπίδιον πρεσβύτερον περὶ ἀγάπης κεφάλαια τετρακόσια. Ἑκατοντὰς πρώτη. Κεφάλαιον αʹ. Ἀγάπη μέν ἐστι διάθεσις ψυχῆς ἀγαθῆς, &c.

Vigesimò, & quidem à fol. 212 pag. 1 usq; ad fol. 215 pag. 2, *S. Joannis Chrysostomi Epistola ad Monachos*, cujus titulus & principium:

(1) Nempe Ægyptij sive Scetensis. Quâ de re vide Lib. IV horum Commentariorũ pag. 143, & infrà Codicem CCXL num. 5.

(2) Vide infrà Codicẽ CCXL num. 5.

(3) Vide Lib. IV horũ Commentarior. pag. 151.

(4) Ita ibi perperàm scriptũ est; nempe Φωτισικῆς pro Φωτικῆς.

(5) Ita ibi rectè scriptum est, nempe κενόδοξος, non autem κενοδοξίας; ut suprà perperàm in Codice CCVIImo num. 21, & in Magnâ Bibliothecâ Veterum Patrum græco-latinâ Parisiensi Tom. XIII pag. 1184. Hoc enim per se apparet ex literis initialibus trium posteriorum Capitum, si Acrostichidis voci ultimæ κενόδοξος respondere debeant. Hinc porro etiam liquet, in eâdem jam citatâ Bibliothecâ Veterum Patrum Caput penultimũ perperàm incipere voce Ἁγιασμὸς, re verâ autẽ ibi legendũ esse Ὁ ἁγιασμὸς, quemadmodũ rectè in hoc Codice CCXXXIVto scriptũ est.

(6) Vide Lib. IV horũ Commentar. pag. 211.

pium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου ἐπιστολὴ πρὸς μοναχοὺς, ὠφελείας πάσης καὶ νήψεως μεστή· (1) Φησὶν ὁ θεῖος Ἀπόστολος· Ἀδιαλείπτως προσεύχεσθε &c.

Vigesimo primò, & quidem à fol. 216 pag. 1 & 2, *S. Basilij Magni Capita septem de Temperantiâ*, quorum titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου τοῦ μεγάλου κεφάλαια ζ' περὶ νήψεως· Κεφάλαιον ά. Πᾶσα ἡ σπουδὴ τοῦ ἀσκητοῦ ἔστω, ὅπως μὴ τὸ ὑψηλὸν τῆς ψυχῆς &c.

Vigesimo secundò, & quidem fol. 216 pag. 2, *S. Gregorij Nazianzeni Expositio versûs sexti Psalmi sexti: Quoniam non est in morte, qui memor sit tui; in inferno autem quis confitebitur tibi?* Principium ejus est: Οὕτως ἐγὼ νοῶ, τὸν Δαβὶδ ἐκεῖνο τὸ πρὸς Θεὸν &c.

Vigesimo tertiò, & quidem à fol. 217 pag. 1 usq; ad fol. 220 pag. 2, *Nicephori Monachi Oratio de Custodiâ cordis*, cujus titulus & principium: Νικηφόρου Μοναχοῦ περὶ φυλακῆς καρδίας λόγος ὠφελείας καὶ νήψεως μεστός. Ὅσοι τῆς μεγαλοπρεποῦς τοῦ σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ θεϊκῆς φωτοφανείας τυχεῖν ἐρωτικῶς ἔχετε, ὅσοι τὸ ὑπερουράνιον πῦρ &c.

Vigesimo quartò, & quidem à fol. 220 pag. 2 usq; ad fol. 222 pag. 1, ejusdem *Nicephori Oratio de Attentione*, cujus titulus & principium: Ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ εἰπόντος· χωρὶς ἐμοῦ οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδὲν· τοῦτον βοηθὸν καὶ συνεργὸν ἐπικαλεσάμενος, τὸ κατὰ δύναμιν ἀποδεῖξαι πειράσομαι, τί ἐστι προσοχὴ, καὶ πῶς αὕτη, Θεοῦ θέλοντος, κατορθωθείη. Τὴν προσοχὴν οἱ μὲν τῶν ἁγίων νοὸς τήρησιν ἔφησαν· ἄλλοι δὲ &c.

Vigesimo quintò, & quidem à fol. 222 pag. 1 usq; ad fol. 226 pag. 1, *Symeonis Junioris Theologi Doctrina differentiæ Precationis & Attentionis*; cujus titulus & principium: Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Συμεὼν τοῦ Νέου Θεολόγου περὶ διαφορᾶς προσευχῆς καὶ προσοχῆς. Τρεῖς εἰσὶ τῆς προσοχῆς καὶ προσευχῆς εἰσι τρόποι, δι' ὧν ἡ ψυχὴ ἀνάγεται ἢ κατάγεται· &c.

Vigesimo sextò, & quidem à fol. 226 pag. 1 usq; ad fol. 231 pag. 2, *Apophthegmata Sanctorum Patrum de Temperantiâ*, quorum titulus & principium: Ἀποφθέγματα τῶν ἁγίων Πατέρων διαλεγόμενα περὶ νήψεως. Εἶπεν ὁ Ἀββᾶς Ἀντώνιος· δεῖ τὸν μοναχὸν, ὥσπερ τὸν ἰχθὺν εἰς τὴν θάλασσαν, οὕτω καὶ αὐτὸν εἰς τὸ αὐτοῦ κελλίον ἐπείγεσθαι, μήποτε &c.

Vige-

(1) *Vide* Operum S. Joannis Chrysostomi edit. *græc. Savil. Tom. VII pag.* 225; *ubi* Savilius *in margine expressè testatur, se Epistolam hanc accepisse ex Codice quodam MSto Cæsareo.*

Vigesimo septimò, & quidem à fol. 231 pag. 2 usq; ad fol. 241 pag. 2, *Zosimi Abbatis Oratio ascetica*, cujus titulus & principium; Τοῦ Ἀββᾶ Ζωσιμᾶ λόγος πάνυ θαυμάσιος. Ἀρχόμενος ὁ Ἀββᾶς Ζωσιμᾶς, ποιήσας πρῶτον τὸ σημεῖον τοῦ σταυροῦ ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ, ἔλεγεν οὕτως. Ἐνανθρωπήσας ὁ Θεοῦ Λόγος, μεγάλην χάριν παρέσχε τοῖς πιστεύσασιν εἰς αὐτὸν καὶ πιστεύουσιν. ἔξεστι γὰρ καὶ νῦν &c.

Vigesimo octavò, & quidem à fol. 241 pag. 2 usq; ad fol. 247 pag. 1, *Gregorij Sinaitæ Capita ascetica* sive *ad vitam monasticam pertinentia septem*, quorum *primum* inscribitur atq; incipit hoc modo: Γρηγορίου τοῦ Σιναΐτου κεφάλαιον α΄ περὶ τοῦ πῶς δεῖ καθέζεσθαι. Ποτὲ μὲν ἐπὶ σκάμνου τὸ πλεῖστον διὰ τὸ ἐπίπονον, ποτὲ δὲ καὶ ἐπὶ τῆς στρωμνῆς &c.

Vigesimo nonò, & quidem à fol. 247 pag. 1 usq; ad fol. 259 pag. 1, *S. Nili ad diversos Monachos Epistolæ nonaginta octo* ἀνεπίγραφοι sive *sine inscriptione*; quarum titulus & principium: Τοῦ ἁγίου Νείλου ἐπιστολαὶ πρός τινας μοναχοὺς, πολὺν καρπὸν φέρουσαι. Ἐπιστολὴ α΄. (1) Προστάσσει ὁ νόμος Μωϋσέως φυλάττεσθαι μεθ' ἑτέρων τινῶν καὶ τὸν μῦν &c.

(1) *Ea est inter Epistolas S. Nili, à* Leone Allatio *Romæ typis Barberinis A. 1668 in folio editas*, trigesima quarta *Libri tertij, & inscribitur ibi* Euporo Diacono.

CCXXXV.

Ducentesimus trigesimus quintus (2) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in *quarto*, constatq; nunc folijs *trecentis viginti quinq;*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus *Constantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usq; ad fol. 62 pag. 2, *S. Isaaci Syri, Abbatis & Anachoretæ, qui fuit Episcopus Urbis Ninevi, Sermones ascetici octoginta septem*, quorum priores *quadraginta & unus* à reliquis separati, peculiarem suam olim habuerunt inscriptionem generalem miniatam, quæ nunc partim vetustate, partim incuriâ antiquorum hujus Codicis possessorum, omninò evanuit. *Primus* eorum incipit ibi his verbis: Ψυχὴ ἡ τὸν Θεὸν ἀγαπῶσα, ἐν τῷ Θεῷ καὶ μόνῳ τὴν ἀνάπαυσιν κέκτηται. προκατάλαβε λύειν πάντα σύνδεσμον &c. Titulus autē ejusdē *primi Sermonis* in alijs duobus *Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ* antiquis Codicib' MStis est talis: Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ἰσαὰκ τοῦ ἀναχωρητοῦ καὶ ἀσκητοῦ, τοῦ Σύρου, λόγος περὶ ἀποταγῆς καὶ μοναχικῆς πολιτείας· hoc est: *Sancti Patris nostri Isaaci Anachoretæ & Asceta, natione Syri, Sermo de Renunciatione & monasticâ vivendi ratione.* Quod porrò ad *quadragesimum primum Sermonem* attinet, is in Codice hoc CCXXXVto inscribitur atq; incipit hoc modo:

(2) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* ducentesimus octogesimus sextus.

modo: Περὶ ὑπομονῆς τῆς ὑπὲρ τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ, καὶ πῶς ἡ ἀντίληψις εὑρίσκεται ἐν αὐτῇ, λόγος μά. Ὅταν καταφρονήσῃ ἄνθρωπος τούτου τοῦ κόσμου, καὶ σπουδάσῃ εἰς τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ, &c. Finito igitur hoc *Sermone quadragesimo primo*, ſequuntur deinde reliqui *Sermones quadraginta ſex*, nempe à *quadrageſimo ſecundo* uſq; ad *octogeſimum ſeptimum*, habéntq; peculiarem hanc Inſcriptionem generalem miniatam: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἀββᾶ. ἸΣΑΑΚ τοῦ Σύρου καὶ Ἀναχωρητοῦ, τοῦ γενομένου Ἐπισκόπου τῆς φιλοχρίστου πόλεως Νινευὶ, λόγοι ἀσκητικοὶ, εὑρεθέντες ὑπὸ τῶν ὁσίων πατέρων ἡμῶν τοῦ Ἀββᾶ Πατρικίου καὶ τοῦ Ἀββᾶ Ἀβραμίου, τῶν φιλοσόφων καὶ ἡσυχαστῶν, ἐν τῇ λαύρᾳ τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Σάββα. Hoc eſt: *Sancti Patris noſtri Abbatis ISAACI Syri & Anachoretæ, qui fuit Epiſcopus Vrbis Chriſti-amantis* (1) *Ninevi, Sermones aſcetici, reperti à ſanctis Patribus noſtris Abbate PATRICIO & Abbate ABRAMIO, ſapientiæ Chriſtianæ & quieti monaſticæ deditis, in Laurâ ſive Monaſterio Sancti Patris noſtri Sabbæ.* Ipſe autem *Sermo quadrageſimus ſecundus* ſpeciatim inſcribitur atq; incipit hoc modo: Λόγος μβ΄. Ὅταν μὴ εἰσέλθωσιν ἔξωθεν μέριμναι βιωτικαὶ ἐπὶ τὴν ψυχὴν, ἀλλὰ μείνῃ ἐπὶ τῇ φύσει αὐτῆς, &c. *Octogeſimus* deniq; *ſeptimus* ſive *ultimus* inſcribitur atq; incipit his verbis: Τοῦ αὐτοῦ, πόσα σημεῖα κέκτηται ἡ ταπεινοφροσύνη, καὶ πόσοι ἀνώτερον ἐστὶν ὁ βαθμὸς αὐτῆς, λόγος πζ΄. Θέλω ἀνοῖξαι τὸ στόμα μου ὦ ἀδελφοὶ, καὶ λαλῆσαι περὶ τῆς ὑψηλῆς ὑποθέσεως τῆς ταπεινοφροσύνης, &c. Exſtant quidem ex jam memoratis *octoginta ſeptem Sermonibus aſceticis* in Magnâ Bibliothecâ Veterum Patrum græco-latinâ Pariſienſi, A. 1654 ſeptendecim Tomis in folio editâ, Tomi quinti columnâ 483 & deinceps uſq; ad columnã 532, *Sermones quinquaginta tres*, ſed *latinè* tantùm, & *mutilè*, *turbatóq;* & *confuſo ordine*, atq; inſtar *Capitum* unius continui Libri, inſcripti *De Contemptu Mundi*; cùm tamen manifeſtè appareat, *Sermones* illos, ut de diverſis materijs, ſic etiam diverſis temporibus eſſe habitos, ideóq; tàm inſcriptionibus & principijs, quàm epilogis ſive clauſulis à ſe invicem diſtinctos eſſe. Perperàm quoq; ibi eorundem *Sermonum Autor* vocatur (2) *Presbyter Antiochenus*, utpote cùm certò conſtet, *Iſaacum Syrum, Eccleſiæ Antiochenæ Presbyterum* à *S. Iſaaco Syro*, primum quidem *Epiſcopo Vrbis Nineves*, deinde autem *Abbate & Anachoretâ*, planè diverſum eſſe. De priori enim illo & antiquiori *Iſaaco Syro, Eccleſiæ Antiochenæ Presbytero*, legun-

tur

(1) *Ita ibi ſcriptum eſt, nempe* Νινευὶ *ſive* Ninevi, *non autem* Νινευὴ *ſive* Nineve, *ut in Sacra Scripturæ contextu Hebraico; vel* Νινευη *ut apud* Ptolemæum, *vel* Ninive, *ut vulgò plerumq; in uſu eſt. Similiter etiam apud* S. Matthæum *cap.* 12 *verſ.* 41 *incolæ hujus Vrbis vocantur* Νινευῖται.

(2) *Idem error exſtat apud* Joannem Trithemium *Libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis, ubi duo illi* Iſaaci *eorúmque ſcripta perperàm confunduntur; item apud R.* P. Poſſevinum *in Apparatu Sacro, & apud plures alios qui* Trithemij *&* Poſſevini *autoritatem ſimpliciter ſecuti ſunt.*

tur apud (1) *Gennadium Massiliensem* Libri de Scriptoribus Ecclesiasticis capite sexagesimo sexto hæc: *ISAAC Presbyter Antiochenæ Ecclesiæ, scripsit Syro sermone, longo tempore & multa; præcipuâ tamen curâ adversùm Nestorianos & Eutychianos. Ruinam etiam Antiochiæ longo carmine planxit, eo auditores imbuens sono, quo Ephræm Diaconus Nicomediæ lapsum. Moritur Leone & MARTIANO imperantibus.* Hæc *Gennadius.* Ubi *primò* notandum est, *Isaacum* hunc *Syrum* expressè appellari *Presbyterum Ecclesiæ Antiochenæ*, ut hâc ratione distinguatur ab altero illo *Isaaco Syro, Abbate & Anachoretâ*, qui ante vitam anachoreticam fuit *Episcopus Nineves.* Notandum *secundò* est, eundem *Isaacum Presbyterum Antiochenum* non inclaruisse scriptis *asceticis*, sed *hæreticomachicis* contra *Nestorianos* præcipuè & *Eutychianos*, ideóq; & hoc modo ab altero illo *Isaaco*, suprà memoratorum *Sermonum asceticorum Autore*, diversum esse. Notandum *tertiò* est, jam citatum *Gennadij* locum inveterato laborare mendo, & pro *Moritur Leone & MARTIANO imperantibus* legendum esse *Moritur Leone &* (2) *MAJORIANO imperantibus.* (3) *Leo* enim *Thrax* non imperavit cum MARCIANO, sed illi, A.C. 457 d. 26 Januarij defuncto, successit in Imperio *Orientis* d. 7 Februarij ejusdem anni, & proximè sequentibus Calendis Aprilis apud Ravennam Imperatorem *Occidentis* permisit acclamari *Majorianum*, qui quinto pòst anno, nempè A.C. 461 d. 7 Augusti, à *Ricimere* Patricio interfectus est. Vnde patet, *Isaacum Syrum, Presbyterum Antiochenum*, qui, ut *Gennadius* refert, *Leone & Majoriano imperantibus* mortuus est, obijsse eo temporis spatio, quod intercessit inter Calendas Aprilis anni 457 & diem septimum Augusti A. 461. Alter autem *Isaacus Syrus, Abbas & Anachoreta*, & suprà memoratorum *octoginta septem Sermonum asceticorum Autor*, non multo pòst natus est, quàm prior ille *Isaacus* obijt. Fuit is initiò *Episcopus Vrbis Nineves*, ut ex suprà exhibitâ *quadraginta sex posteriorum Sermonum antiquâ Inscriptione generali* videre est; posteà autem amore vitæ asceticæ & studio perfectionis spiritualis renunciavit Episcopatui, & in eremum discedens, non solùm ipse Anachoreticam egit vitam, verùm etiam alios, simili desiderio ad se venientes, magisterio suo erudijt. Quo magis igitur hâc ratione inclaruit, eo magis claritudinem nominis & celebritatem famæ cœpit evitare, ideóq; discipulis suis clanculùm se subtraxit, &, dissimulato vero nomine, commigravit ex *Syriâ* in *Italiam*, & juxta *Vrbem Spoletanam* in deserto quodam commorans, spiritu prophetiæ magnif-

(1) *In Magna Bibliotheca Veterum Patrum græco-latina Parisiensis Indice Autorum alphabetico pag. 64 vocatur* Gennadius *bis perperàm* Gelasius.

(2) *Similiter etiam corrigendi sunt R. P.* Possevini *Apparatus Sacer &* Magnæ Bibliothecæ Veterum Patrũ græco-latinæ Parisinæ *Index Autorum alphabeticus; ut &* Auberti Miræi *Scholion ad hunc ipsum locũ* Gennadij.

(3) *Vide R. P.* Philippi Labbei *Partem primã Chronologiæ Historicæ,*

magnisq; miraculis evasit celeberrimus; nec tamen resciviſſet ibi quiſquam verum ipſius nomen, niſi illud à maligno ſpiritu, quem ex obſeſſo quodam ejecit, fuiſſet proditum. Hoc enim, ut & alia multa præclara, de eo refert (1) *S. Gregorius Magnus Libri tertij Dialogorum de Vita & Miraculis Patrum Italicorum & de æternitate animarum capite decimo quarto*, ubi adventum ipſius in *Italiam* commemorat his verbis: *PRIORIBVS quoq; GOTHORVM TEMPORIBVS fuit juxta Spoletanam Vrbem Vir vitæ venerabilis ISAAC nomine, qui uſq; ad EXTREMA PÆNE GOTHORVM TEMPORA pervenit; quem noſtrorum multi noverunt, & maximè ſacra virgo Gregoria, quæ nunc in hâc Romanâ Vrbe juxta Eccleſiam Beatæ Mariæ ſemper Virginis habitat. Quæ dum adoleſcentiæ ſuæ tempore conſtitutis jam nuptijs in Eccleſiam fugiſſet, & ſanctimonialis vitæ converſationem quæreret, ab eodem Viro defenſa, atq; ad eum, quem deſiderabat habitum, Domino protegente, perducta eſt. Quæ quia ſponſum fugit in terrâ, habere ſponſum meruit in Cœlo. Multa autem de eodem Viro, narrante venerabili Patre Eleutherio, agnovi, qui & hunc familiariter noverat, & ejus verbis vita fidem præbebat. Hic itaq; venerabilis ISAAC ortus ex Italiâ non fuit, ſed ea illius narro miracula, quæ converſatus in Italiâ fecit. Cùm primùm de SYRIÆ partibus ad Spoletanam Vrbem veniſſet, ingreſſus Eccleſiam à cuſtodibus petijt, ut ſibi, quantum vellet, licentia concederetur orandi, eùmq; horis ſecretioribus egredi non urgerent. Qui mox ad orandum ſtetit, diémq; totum peregit in oratione, cui ſequentem continuavit & noctem. Secundo etiam die cum nocte ſubſequenti indefeſſus in precibus perſtitit, diem quoque tertium in oratione conjunxit. Cúmq; hoc unus ex cuſtodibus ſuperbiæ ſpiritu inflatus cerneret, unde proficere debuit, inde ad defectûs damna pervenit. Nam hunc ſimulatorem dicere, & verbo ruſtico cœpit impoſtorem clamare, qui ſe tribus diebus & noctibus orare ante oculos hominum demonſtraret. Qui protinùs currens, Virum Dei alapâ percuſſit, ut, quaſi religioſæ vitæ ſimulator eſſet, de Eccleſiâ cum contumeliâ exiret. Sed hunc repente ultor ſpiritus invaſit, & ad Viri Dei veſtigia ſtravit, ac per os illius clamare cœpit: ISAAC me ejicit, ISAAC me ejicit. Vir quippe peregrinus quo cenſeretur nomine neſciebatur, ſed ejus nomen ille ſpiritus prodidit, qui ſe ab illo poſſe ejici clamauit. Mox autem ſuper vexati corpus Vir Dei incubuit, & malignus ſpiritus, qui eum invaſerat, abceſſit. In totâ Vrbe tunc ſtatim, quid in Eccleſiâ factum fuiſſet, innotuit. Currere viri*

(1) *Vide etiam Martyrologium Romanum d. 11 Aprilis.*

& fœminæ nobiles atq; ignobiles pariter cœperūt, certatimq; cum in suis rapere domibus conabantur: alij ad construendum Monasterium prædia, alij pecunias, alij subsidia quæq; poterant, offerre Viro Dei suppliciter volebant. Sed servus omnipotentis Domini horum nihil accipiens, egressus Urbem, non longè desertum locum reperit, ibiq; sibi humile habitaculum construxit. Ad quem dum multi pergunt, exemplo illius æternæ vitæ accendi desiderio cœperunt, atq; sub ejus magisterio in Omnipotentis se Domini servitium dederunt. Cúmq; ei crebrò discipuli humiliter imminerent, ut pro usu Monasterij possessiones, quæ offerebantur, acciperet, ille solicitus suæ paupertatis custos fortem sententiam tenebat, dicens: MONACHVS, QVI IN TERRA POSSESSIONES QVÆRIT, MONACHVS NON EST. Sic quippe metuebat paupertatis suæ securitatem perdere, sicut avari divites solent perituras divitias custodire. Ibi itaq; prophetiæ spiritu magnisq; miraculis cunctis longè latéq; habitantibus vita ejus inclaruit. Nam die quadam &c. Hæc *S. Gregorius Magnus* de *S. Isaaci Syri, Abbatis & Anachoretæ*, adventu in *Italiam* & commoratione ejusdem in eadem regione usq; ad mortem. Notandum autem hîc *primò* est, initio jam citatæ narrationis per PRIORA GOTHORVM TEMPORA intelligendum esse tempus, quod antecessit annum Christi *quingentesimum quadragesimum primum*, quo *Totilas, Ostrogothorum in Italia Rex*, cujus *S. Gregorius Magnus* proximè præcedenti capite decimo tertio meminerat, cœpit regnare, &, superato ad *Faventiam* Romano exercitu, *Italiam* huc illucq; discurrendo devastare. Notandum *secundò* est, per EXTREMA PÆNE GOTHORVM TEMPORA, ibidem significari annum Christi *quingentesimum quinquagesimum secundum*, quo *Totilas*, à *Narsete* Imp. *Justiniani* Duce victus, perijt. Etsi enim *Totilæ* filius *Tejas* eodem anno in Regno successerit, sequenti tamen anno *quingentesimo quinquagesimo tertio* similiter à *Narsete* victus & interfectus est, Regnúmq; *Ostrogothorum* in *Italiâ* omninò desijt.

Secundò, & quidem à fol. 178 pag. 1 usq; ad fol. 210 pag. 1, *Leontij Scholastici Byzantini, & posteà Lauræ S. Sabæ prope Urbem Hierosolymitanam Monachi, Excepta ex ore Theodori, Abbatis religiosissimi, & doctissimi Philosophi, divinis pariter externisq; literis eruditi, de Sectis Hæreticorum & Concilio Chalcedonensi, in Actiones decem divisa*; quæ ibi sine *Leontij* mentione inscribuntur atq; incipiunt hoc modo: Ὑποθέσις. Ἀπὸ φωνῆς Θεοδώρου τοῦ θεοφιλεστάτου Ἀββᾶ καὶ σοφωτάτου Φιλοσόφου, τήν τε θείαν καὶ ἐξωτικὴν, ὡς χρὴ, φιλο-

σοφήσαν-

σοφίσαντος γραφήν. Ἀναγκαῖον ἐστὶ, μέλλοντας ἡμᾶς χριστιανῶν αἱρέσεων ἐπιμνησθῆναι, &c. Edidit quidem hoc Opus *græcè* & *latinè* *Joannes Leunclavius* ex Codice quodam manuſcripto *Joannis Sambuci* Baſileæ typis Petri Pernæ A. 1578 in octavo, eodémque modo illud quoque exſtat Tomo undecimo Magnæ Bibliothecæ Veterum Patrum græco-latinæ Pariſienſis à pag. 493 uſque ad pag. 544; ſed ob multas *variantes lectiones* operæ pretium erit, *Leunclavianam* illam editionem cum Codice hoc manuſcripto *Busbeckiano* diligenter & accuratè conferri. Vide etiam Librum *tertium* horum Commentariorum pag. 63.

Tertiò, & quidem fol. 210 pag. 1 & 2, anonymi cujuſdam Autoris *Definitiones quædam Logicæ ſecundùm Ariſtotelem*; quarum titulus & principium: Κατὰ Ἀριστοτέλην ὅροι τῆς οὐσίας καὶ τῶν πέντε κατηγοριῶν. Οὐσία μία, συμβεβηκὸς δὲ ποιὸν, πρός τι, &c.

Quartò, & quidem à fol. 210 pag. 2 uſque ad fol. 221 pag. 1, anonymi cujuſdam Autoris *Definitiones & Etymologiæ Theologicæ & Philoſophicæ ordine alphabetico cum Interpretatione*; quarum titulus & principium: Ὅροι καὶ ἐτυμολογίαι σοφῶν κατὰ στοιχεῖον, καὶ ἑρμηνεία συνετῶν. Ἀγαθός ἐστιν ὁ Θεός· γίνεται δὲ καὶ ἄνθρωπος ἐξ ἐπιμελείας τρόπων ἀγαθὸς κατὰ μέθεξιν τοῦ ἀγαθοῦ. Ἀγαθόν ἐστιν, &c.

Quintò, & quidem fol. 221 pag. 1 & 2, anonymi cujuſdã Autoris *Definitiones Virtutum & Vitiorum*; quarum titulus & principium: Ὁρισμοὶ τῶν ἀρετῶν καὶ τῶν κακιῶν. Ἀρεταὶ εἰσὶ τέσσαρες· Φρόνησις, Σωφροσύνη, Δικαιοσύνη καὶ Ἀνδρία· τούτων δὲ ἑκάστη &c.

Sextò, & quidem à fol 221 pag. 2 uſque ad fol. 222 pag. 2, anonymi cujuſdam Autoris *Definitiones Theologicæ & Philoſophicæ*, quarum titulus & principium: Ὅροι ἀναγκαῖοι ὑποθέσεων. Ἀνάστασις Χριστοῦ ἐστι μετάθεσις τῆς λογικῆς φύσεως ἐκ φθορᾶς ἐπὶ τὴν ἀφθαρσίαν, &c.

Septimò, & quidem à fol. 222 pag. 2 uſque ad fol. 227 pag. 1, (1) *Theodori Abucaræ, Epiſcopi Cariæ, Dialogus, quo demonſtratur eſſe*

(1) R. P. Jacobus Gretſerus *in Epiſtolâ dedicatoriâ Opuſculis hujus* Theodori *præfixâ exiſtimat, hunc eſſe illũ ipſum* Theodorum, *qui à* Photio *Pſeudo-Patriarchâ Conſtantinopolitano, quòd ipſius partes contra* S. Ignatium *verum Patriarcham Conſtantinopolitanum ſequeretur, ab* Epiſcopatu Cariæ ad Epiſcopatum Laodicenum *translatus eſt, & pro ipſo ad* Imp. Ludovicum II *legationem obijt; poſteà autem reſipiſcens in* Concilio Oecumenico octavo *commiſſi delicti veniam petijt & impetravit. Quâ de re vide plura in ipſis iſtius Concilij Actis, à* R. P. Matthæo Radero *S. I. græcè & latinè Ingolſtadij typis Adami Sartorij A. 1604 in quarto editis; ut & in* Vitâ S. Ignatij *Patriarchæ CPni à* Nicetâ *conſcriptâ, & jam memoratis Actis* græcè & latinè *præfixâ. Conſule quoque* Card. Baronium *Annal. Eccleſiaſt. Tom. X, an. 867 num. 88 & an. 871 num. 5.*

esse Deum. Ipsa tituli græci verba cum principio *Dialogi* sunt hæc: Διάλογ© Θεοδώρε, γεγονότ© Ἐπισκόπε Καρῶν, ἣ ἐπίκλιω Ἀβεκαρᾶ, γνόμδυ© πρὸς τὸν ἣ δρόμε Ἐμέσης, αἰτησάμενον ἀπόδειξιν ἀποδοθῆναι ἀπὸ λογισμῦ, ὅτι ἐσὶ Θεός. Πρόκειται ἦν τῷ μδυ προσώπῳ ἣ ὀρθοδόξε τὸ πρῶτον, τῷ ἣ ἣ ἀπίσε τὸ δεύτερον. B. Ἀπόδ© ἐ ἔτ© ἀπόδειξιν, ὅτι ἐσὶ Θεός. A. Πᾶς ἀριθμὸς &c. Vide *Theodori Abucaræ Opuscula*, cum *Anastasij Sinaitæ* Ὁδηγῷ sive *Duce Viæ adversus Acephalos*, à R. P. *Jacobo Gretsero* S.J. *græcè* & *latinè* Ingolstadij typis Adami Sartorij A. 1606 in quarto edita, pag. 414.

Octavò, & quidem fol. 227 pag. 1, ejusdem *Theodori Abucaræ Dialogismus*, cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ ἐρώτησις. Διὰ τί λέγομδυ, ὅτι ἡ ἀνθρωπότης τῦ Χριςῦ &c. Vide eandem suprà citatam Opusculorum ipsius editionem pag. 450.

Nonò, & quidem fol. 227 pag. 1 & 2 ejusdem *Theodori Abucaræ Opusculum de peccati Adami propagatione in universum genus humanum & de expiatione universi generis humani per Incarnationem Christi*; quod incipit: Φασὶν οἱ γεωργικοὶ &c. Vide suprà citatam Opusculorum ipsius editionem pag. 452.

Decimò, & quidem à fol. 227 pag. 2 usque ad fol. 229 pag. 1, ejusdem *Theodori Abucaræ Opusculum de luctatione Christi cum Diabolo*; cujus principium: Ὁ Χριςὸς Θεὸς ὤν, καὶ πρὸς τὸν διάβολον παλαίσας &c. Vide suprà citatam Opusculorum ipsius editionem pag. 452.

Vndecimò, & quidē à fol. 229 pag. 1 usq; ad fol. 232 pag. 1, ejusdē *Theodori Abucaræ Opusculū de Incarnatione Christi*, cujus titul⁹ & principiū: Τοῦ αὐτοῦ Ἀβεκαρᾶ περὶ ἑνώσεως καὶ σαρκώσεως, καὶ ὅτι ἡ μδυ ὑπόσασις ἐσαρκώθη, ἡ ἣ φύσις ἣ θεότητ© ἡνώθη τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει ἐν τῇ ὑποσάσει τῦ Θεῦ Λόγε. Ἡ μδυ σάρκωσίς ἐσιν ἡ ἐνανθρώπησις, καὶ ἡ ἐνανθρώπησίς ἐσι τὸ τὸν ἐνανθρωπήσαντα ἄνθρωπον ἀπεργάσασθαι· τὸ ἣ &c.

Duodecimò, & quidem à fol. 232 pag. 2 usque ad fol. 238 pag. 2, anonymi cujusdam Autoris *Opusculum schismaticum, in septem Capita divisum*, quorum *primum de Patriarchis quibusdam orthodoxis, ab Ecclesiâ Romanâ olim improbatis*, inscribitur atq; incipit his verbis: Πόσες καὶ ποίες ἐκ ἐδέξαντο οἱ Ῥωμαῖοι ὀρθοδόξες Πατριάρχας, ἐδὲν ἣ ἄνευ ἡ ἀπαξίωσις αὐτῶν ἀνασροφὴ ἔβλαψεν; Ἀπόκρισις. Φλαβιανὸν τὸν Ἀντιοχείας τρεῖς ἐφεξῆς ἣ Ῥώμης ἐκ ἐδέξαντο, ἀλλ' ἐδὲ ὁ Ἀλε-

Ἀλεξανδρείας Θεόφιλος κατ᾽ ἀρχὰς, &c; *secundum contra Ecclesiæ Romanæ Primatum sive Dignitatem primi Throni:* Πρὸς τοὺς λέγοντας, ἡ Ῥώμη θρόνος πρῶτος, ἀπολογία. Ἐπὶ Ῥώμη, ὅτι ἐδέξατο τὸν κορυφαῖον Πέτρον ἐπίσκοπον, πρώτη, ἡ Ἀντιόχεια μᾶλλον ἕξει τὸ πρωτεῖον· ἐπὶ γὰρ ὀκτὼ &c; *tertium de quibusdam Patriarchis per Imperatores infensos abdicatis, & posteà per sequentes Imperatores orthodoxos in pristinam dignitatem restitutis:* Ερώτησις. Πόσων ἐκβληθέντων Πατριαρχῶν τῇ τῶν κρατήντων πρὸς αὐτοὺς Βασιλέων ἀπεχθείᾳ, ἢ μετ᾽ αὐτοὺς ὀρθόδοξοι ὄντες ἀποδέχονται; Ἀπόκρισις. Ἀναστάσιος ἐκβληθεὶς τοῦ θαυμαστοῦ, ὁ θαυματουργὸς Γρηγόριος ἐκράτησε τῆς Ἀντιοχείας ἔτη κδ΄, καὶ ἀπεδέχθη, &c; *quartum, Quibus Patriarchis damnatis, damnatio eorum non nocuerit ijs, qui ab ipsis, antequam damnarentur, ordinati fuerant:* Ἐρώτησις. Τινῶν κατακριθέντων ἢ ὑπ᾽ αὐτῶν χειροτονηθέντες οὐδὲν ἐβλάβησαν; Ἀπόκρισις· Παύλου τοῦ ἐκ Σαμοσάτων κατακριθέντος, οὐδεὶς τῶν ὑπ᾽ αὐτοῦ χειροτονηθέντων καθῄρηται, &c; *quintum de Patriarchis quibusdam diversarum Sedium, qui apertas inter se exercuerunt simultates & inimicitias absq; ullo existimationis & dignitatis alterutrius damno seu præjudicio:* Ἐρώτησις. Πότε κινηθέντες τινὲς εἰς ἔχθραν κατ᾽ ἀλλήλων ἐγένοντο καὶ ἀπεφήναντο, καὶ οὐδέτερος αὐτῶν ἐκ τούτου τι παρεβλάβη, οὔθ᾽ ὁ ποιήσας, οὔθ᾽ ὁ καθ᾽ οὗ πεποίηκεν; Ἀπόκρισις. Ἰωάννης κατὰ Κυρίλλου, καὶ Κύριλλος κατὰ Ἰωάννου, καὶ Κύριλλος καὶ Θεοδώρητος κατ᾽ ἀλλήλων· &c; *sextum de Imperatoribus, qui præ cæteris allaborârunt conservandæ aut restaurandæ paci & concordiæ Ecclesiasticæ:* Ἐρώτησις. Ποῖοι Βασιλεῖς ἠγωνίσαντο περὶ εἰρήνης τῶν ἐκκλησιῶν. Κωνσταντῖνος ὁ μέγας ἐδήλωσεν Ἀρείῳ, τὴν κατ᾽ Ἀλεξάνδρου λύσας ἔχθραν, &c; *septimum de translatione Episcoporum ab unâ Sede ad aliam, ut & de pluralitate atque conjunctione diversarum Ecclesiarum sub uno Episcopo:* Ἰστέον ὅτι Κελεστῖνος Πάπας Ῥώμης γράφει διὰ ἐπιστολῶν τριῶν πρός τε τὸν Ἀλεξανδρείας Κύριλλον &c. Ἐπὶ δὲ τῶν ἡμερῶν τοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως ΝΙΚΟΛΑΌΥ τοῦ Κιρδινιάτου, τοῦ ἐκ τῆς σεβασμίας μονῆς τοῦ τιμίου Προδρόμου, τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐπιλεγομένης τοῦ Λοφάδ, τοῦ ἐπικληθέντος Θεοπροβλήτου, ὁ μοναχὸς ὁ πενταχτένης καὶ πενταχλᾶς ἀπὸ Ῥωσάιων πρότερον μετετέθη εἰς τὴν Ἀρχιεπισκοπὴν Λήμνης, εἶτα ἐδόθη αὐτῷ καὶ ἡ Μαρωνείας. &c. Quam *Patri-*

Patriarchæ Constantinopolitani Nicolai Cirdyniatæ mentionem idcircò hîc exhibui, quoniam ea ad verum hujus Opusculi *Autorem* investigandum inservire poterit.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 238 pag. 2 usq; ad fol. 250 pag. 1, *Thalassij Monachi ad Paulum Presbyterum Capita quadringenta de Charitate & Continentiâ*; quæ itidem inscribuntur & incipiunt, ut in proximè præcedenti Codice CCXXXIVto, num. 18. Notandum tamen est, in *Acrostichide primæ Centuriæ* pro πραγματευτὴ; (1) κενόδοξ@ perperàm legi πραγματευτὴς κενοδοξίας, ejúsq; mendi ad *Acrostichidem* accomodandi causâ *Caput nonagesimum octavum* absurdè dividi in *Capita duo*, ita videlicet ut prima litera vocis Ἵνα, falsò habeatur pro literâ *Acrostichidis*, quæ literæ initiali *Capitis nonagesimi noni* respondeat. Hinc porrò ibidem verũ *Caput nonagesimum nonũ*, quod in proximè præcedenti Codice rectè incipit Ὁ ἁγιασμὸς &c, falsò numeratur *centesimum*, & abjecto articulo præpositivo Ὁ perperàm incipit Ἁγιασμός. Verũ deniq; *Caput centesimũ* æquè malè appellatur ibi *centesimũ primũ*, eóq; modo prima Ἑκατοντὰς sive *Centuria* constat ibi *Capitibus centum & uno*, quod certè est ridiculum.

Decimo quartò, & quidem à fol. 250 pag. 1 usq; ad fol. 258 pag. 1, *S. Nili de Oratione Capita* (2) *centum quinquaginta tria*, quorum titulus & principium: Νείλου μοναχοῦ περὶ προσευχῆς κεφάλαια, ρνγ΄. Εἴ τις βούλοιτο εὐῶδες θυμίαμα κατασκευάσαι, &c.

Decimo quintò, & quidem à fol. 258 pag. 1 usq; ad fol. 276 pag. 1, *Joannis, Episcopi Insulæ Carpathi, ad Monachos Indiæ Capita paracletica sive consolatoria centum*, quorum titulus & principium: Τοῦ μακαρίου Ἰωάννου, τοῦ τῆς Καρπάθου Ἐπισκόπου, πρὸς τοὺς ἀπὸ τῆς Ἰνδίας προτρέψαντας μοναχοὺς παρακλητικὰ κεφάλαια ἑκατόν. Κεφάλαιον α΄. Τοῖς ἐπὶ γῆς βασιλεῦσιν ἐαρινά τινα ἄνθη προσφέροντές τινες τῶν προσαιτούντων, &c. Vide proximè præcedentem Codicem CCXXXIV, num. 1.

Decimo sextò, & quidem à fol. 276 pag. 1 usq; ad fol. 304 pag. 1, *S. Maximi* (3) *Capitum de Theologiâ Centuriæ duæ*, quarum (4) *prior* inscribitur atq; incipit hoc modo: Κεφάλαια τοῦ ἁγίου Μαξίμου περὶ θεολογίας ἑκατόν. Κεφάλαιον α΄. Ἓν ἐστὶ τὸ ὑπεράναρχον καὶ ὑπερούσιον ἀγαθὸν, ἡ ἁγία τρισυπόστατος μονὰς, &c; (5) *posterior* autem

(1) *Vide suprà pag. 70 in margine.*

(2) *Vide Lib. IV horũ Commentarior. pag. 144. ubi agitur de Codice CLVI, num. 10.*

(3) *Vide Lib. IV horum Commentar. pag. 211, ubi agitur de Codice CXCIVto num. 3.*

(4) *In editione Capitum Theologicorum quingentorum* S. Maximi, *Parisijs A.* 1560 *græcè cum versione latinâ* Joannis Pici *typis Guil. Morelij in octavo impressâ, est hæc Centuria* prima; *in Codice autem MSto* Cæsareo CXCIVto, *cujus lib. IV horum Commentar. pag. 211 fit mentio, est eadem Centuria* tertia. (5) *Hæc Centuria in jam memorato Codice MSto* Cæsareo *itidem est* quarta; *in Parisinâ autem editione Morelianâ est* secunda.

autem sic: Ἑκατοντὰς τετάρτη. Κεφάλαιον ά. Πρότερον τοῦ βαπτίσματος ἔθετο τὸ ποτήριον, &c.

Decimo septimò, & quidem à fol. 305 pag. 1 usq; ad fol. 313 pag. 2, *Theodoreti Episcopi Cyrensis Quæstiones in Genesin cum eodem Proœmio ad Hypatium*, quod etiam exstat in Codice CLXIVto, ut Libri *quarti* horum Commentariorum pag. 161 videre est. Notabile autem est, illud Opus in hoc Codice CCXXXVto non attribui *Theodoreto*, sed *S. Cyrillo Archiepiscopo Alexandrino*, ut apparet ex hâc literis majusculis ibi exaratâ Inscriptione: Κυρίλλου Ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας σύνταγμα εἰς τὰ ζητούμενα καὶ ἀπορούμενα τῆς θείας γραφῆς. Sequitur deinde *Proœmium ad Hypatium* his verbis: Καὶ ἄλλοι μὲν φιλομαθεῖς ἄνδρες ἐπηγγείλαντο διαλῦσαι &c. Quo finito, sequitur *prima Quæstio* cum principio *Responsi* hoc modo: Τί δήποτε μὴ προτέταχε τὴν θεολογίαν τῆς τῶν ὅλων δημιουργίας ὁ συγγραφεύς; Μετρεῖν εἴωθε τοῖς παιδευομένοις ἡ θεία γραφὴ τὰ μαθήματα &c.

Decimo octavò, & quidem à fol. 314 pag. 1 usq; ad fol. 316 pag. 1, *S. Gregorij Episcopi Nysseni Epistola de ijs, qui Hierosolyma & alia quædam loca sacra adeunt.* Ipsa tituli græci verba cum principio *Epistolæ* sunt hæc: Ἐπιστολὴ τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΝΥΣΣΗΣ περὶ τῶν ἀπιόντων εἰς Ἱεροσόλυμα (1) καὶ εἰς ἄλλους τινὰς τόπους. Ἐπειδήπερ ἠρώτησας, ὦ φίλε, διὰ τοῦ γράμματος, πρέπον ᾠήθην περὶ πάντων σοι καθεξῆς διηγήσασθαι. ἐγὼ σοῦ ἅπαξ &c. Hæc est celeberrima illa *Epistola*, quæ, postquam superiori seculo primùm in *Galliâ* edita est, magnam usq; ad hunc diem inter *Catholicos* & *hæreticos* excitavit litem; quia *hæretici* eam malè interpretantur, quasi *S. Gregorius Nyssenus* peregrinationes sacras generaliter improbet & omninò dissuadeat; *Catholici* autem rectè contendunt, *S. Gregorium Nyssenum*, si is verus hujus Epistolæ autor sit, eâ non simpliciter damnare *omnes* peregrinationes sacras à *quibuslibet* susceptas, sed tantùm illas dissuadere *Anachoretis*, alijsq; solitariam vitam agentibus viris & mulieribus, ad evitandum multa offendicula & irritamenta malorum, quæ in longis hujusmodi itineribus solent occurrere ob promiscuam frequentiam variorum utriusq; sexûs profanorum hominum tùm in ipsâ viâ, tùm præcipuè in publicis diversorijs. Quâ de re vide plura apud Em. *Card. Bellarminum* Controvers. lib. 3 de Sanctis, cap. 8, ubi solidè demonstrat, argumenta, quæ hæretici ex illâ Epistolâ colligunt, nihil probare. Multo etiam accuratiùs eandem controversiam pertractat R. P. *Jacobus Gretserus* S. I.

 in

in *Examine & Refutatione Notarum*, quas *Petrus Molineus*, Minister Calvinianus, eidem *Epistolæ græcè* & *latinè* Hanoviæ typis Wechelianis A. 1607 in octavo editæ, & *Josepho Scaligero* dedicatæ, subjunxit cum peculiaribus duobus Opusculis *de Peregrinationibus superstitiosis* & *de Altaribus atq; Sacrificijs Christianorum*. Exstat autem *Gretserianum* illud *Examen refutatorium* in fine Tomi *secundi* Operum *S. Gregorij Nysseni*, græcè & latinè editorum Parisijs ex officinâ Nivellianâ A. 1615 duobus Tomis in folio, pag. 29 & deinceps usq; ad pag. 44, quoniam ipsa etiam ista *Epistola* eidem Tomo *secundo* à pag. 1084 usq; ad pag. 1087 inserta est. Cæterùm quandoquidem & *Bellarmino*, & *Gretsero*, & *Molineo*, & alijs, qui hanc controversiam publicis scriptis tractârunt vel obiter attigerunt, incognitum planè fuit, suprà memoratam *Epistolam* in *Augustissimâ* quoq; *Bibliothecâ Cæsareâ manuscriptam* adservari, & ab editionibus hactenùs impressis non mediocriter discrepare, subjungo hîc eam ob caussam *variantes Lectiones*, ex Codice hoc MSto *Cæsareo* optimâ fide excerptas, ut *novæ* ejusdem *editioni* adornandæ posthac inserviant. Illæ igitur secundùm accuratissimam collationem cum suprà memoratâ *Petri Molinei* editione impressâ Hanovianâ sunt hæ:

Editio impressa Petri Molinei.	Codex manuscriptus Cæsareus.
Pag. 6. vers. 1, 2, 3, 4. Γρηγορίου Ἐπισκόπου Νύσσης περὶ τῶν ἀπιόντων εἰς Ἱεροσόλυμα.	Fol. 314 pag. 1 vers. 1, 2, 3. Ἐπιστολὴ τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου Νύσσης περὶ τῶν ἀπιόντων εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ εἰς ἄλλους τινὰς τόπους.
Ibid. v. 6. πέπονθεν ψυχὴν	Ibid. v. 5. πέπονθε ψυχὴν
Ibid. v. 7. ἀποκεῖσθαι.	Ibid. v. 6. διηγεῖσθαι.
Ibid. v. 11. ἀποβλέπειν.	Ibid. v. 8. ἀποβλέπων
Ibid. eod. vers. ὡς	Ibid. v. 9. deest.
Ibid. v. 12. ἀπευθύνοντες,	Ibid. v. 10. ἀποχαίροντες,
Ibid. v. 12 & 13. κατὰ τὴν ἐπὶ τοῦ κανόνος εὐθεῖαν τὰ σκολιὰ τὰ ἐν χερσὶν	Ibid. v. 10 & 11. κατὰ δὲ τὴν τοῦ κανόνος εὐθεῖαν τὰ σκολιὰ τοῦ ἐν χερσὶν
Ibid. v. 14. οἶδά τινα	Ibid. v. 12. ἴσμεν
Ibid. v. 16 & 17. πρὸς τὸν Θεὸν ἀπευθύνεσθαι.	Ibid. v. 14 & 15. πρὸς τὸν Θεὸν καὶ ἀπευθύνεσθαι.
Ibid. v. 17. ἐπεὶ	Ibid. v. 15. καὶ ἐπεὶ
Ibid. v. 18. ἐπηγγελμένον,	Ibid. v. 16. ἐπηγγελμένοις,
Ibid. v. 19. νενόμισται τὸ τοῦ	Ibid. v. 17 ἐνομίσθη τοῦ
Pag. 9 v. 2. οὐκ οἶδα τί ἐστι τὸ διατεταγμένον τι θέλει	Ibid. v. 22 & 23. οὐκ οἶδα τί ἐστι τὸ (1) διατεταγμένον· τί θέλει
Ibid. v. 5. τοὺς εὐλογημένους,	Ibid. v. 25 & 26. τοῖς εὐλογημένοις.
Ibid. v. 8. περιέλαβεν.	Ibid. v. 28. περιέβαλεν.
Ibid. v. eod. μήτε μακάριον	Fol. 314 pag. 2 v. 1. μή τι μακαρίζειν
Ibid. v. 9. ἀντὶ τινος σπουδάζεται;	Ibid. vers. 2. ἀντιτείνουσι σπουδάζονται.
Ibid. v. 12. καταμανθανόμενον.	Ibid. vers. 5. καταμανθανόμενον.

(1) *Perperàm Molineus existimat, hîc contra MStorum Codicum autoritatē legendum esse τὸ μὴ διατεταγμένον.*

Ibid.

Editio impressa Petri Molinei.	Codex manuscriptus Cæsareus.
Ibid. v. 13. προσρίβεται	Ibid. v. 6. προστρίβεται
Ibid. v. 16. καταβλαπτόντων	Ibid. v. 9. βλαπτόντων
Ibid. v. 17. περιπείροιτο.	Ibid. v. 10. περιείρητο.
Ibid. v. eod. ἐν τούτοις βλαπτὸν;	Ibid. v. eod. ἐν τούτοις τὸ βλάπτον;
Ibid. v. 18. καὶ ἀνδράσι καὶ γυναιξὶν,	Ibid. v. 11. καὶ ἐν ἀνδράσι καὶ γυναιξίν.
Ibid. v. 19. ἴδιον δὲ τῆς φιλοσοφίας βίου ἡ εὐσχημοσύνη.	Ibid. v. 12. ἴδιον δὲ (1) τὸ τῆς Θεὸν φιλοσοφίας βίου ἡ εὐσχημοσύνη·
Ibid. v. 23 & 24. πρὸς τὰ παρατετηρημένα τῆς εὐσχημοσύνης ὁρμώντων.	Ibid. v. 17 & 18. πρὸς τὰ παρατετηρημένα τῆς (2) αἰσχύνης ὁρμώντων.
Ibid. v. 25 & 26. καὶ πρὸς ἀδιαφορίαν τῶν παρατετηρημένων ἄγει.	Ibid. v. 19 & 20. καὶ πρὸς ἀδιαφορίαν τῶν (3) διατετηρημένων ἄγει.
Pag. 10 v. 3. ὑπὸ τὸ ὑποζύγιον,	Ibid. v. 23. (4) ἐπὶ τὸ ὑποζύγιον·
Ibid. v. 5, 6, 7 & 8. ὅπερ δ' ἂν ὑποθώμεθα, εἴτε γνώριμον ἔχει τὸν τὴν θεραπείαν ἀποπληροῦντα, εἴτε μισθωτὸν τὸν τὴν διακονίαν παρεχόμενον, καθ' ἑκάτερον μέρος οὐ διαφεύγει τὴν μέμψιν τὸ γενόμενον.	Ibid. v. 24, 25, 26 & 27. ὅπερ δ' ἂν ὑποθώμεθα, εἴπερ γνώριμον ἔχει τὸν τὴν θεραπείαν ἀποπληροῦντα, καθ' ἕκαστον μέρος οὐ διαφεύγει τὴν μέμψιν τὸ γενόμενον.
Ibid. v. 12. πολλὰ τὴν ἄδειαν	Fol. 315 pag. 1 vers. 2. πολλὴν τὴν ἄδειαν
Ibid. v. 14. δριμυχθῆναι	Ibid. v. 4. δριμυθῆναι
Ibid. v. 16. μολύνεται δὲ καρδία, δι' ὀφθαλμῶν καὶ ἀκοῆς δεχομένη τὰ ἄτοπα.	Ibid. v. 5. μολύνεται καρδία, καὶ ἀκοὴ δεχομένη τὰ ἄτοπα
Ibid. v. 19. ὁ ἐν τοῖς τόποις ἐκείνοις	Ibid. v. 8. ὁ ἐν τόποις ἐκείνοις
Ibid. v. 23. καὶ μὴν εἰ ἔστιν	Ibid. v. 12. καὶ εἰ μὴ ἔστιν
Pag. 13 v. 1, 2, 3. δι' ὧν τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου δοξάζεται, οὐκ ἄν τις τοσάδε πάσης σχεδὸν τῆς οἰκουμένης ἐξαριθμήσαιτο θυσιαστήρια.	Ibid. v. 15. Desunt ea omnia.
Ibid. v. 3 & 4. ἔπειτα καὶ εἰ μὴ	Ibid. v. 15. ἔπειτα εἰ ἦν
Ibid. v. 11 ἑτοιμότητα εἶναι πρὸς τὸ φονεύειν, ὅσον ἐν τοῖς τόποις ἐκείνοις·	Ibid. v. 22. ἑτοιμότητα εἶναι πρὸς τὸ φονεύειν ἐν τοῖς τόποις ἐκείνοις·
Ibid. v. 11, 12, 13, 14, 15. θηρίων δίκην τῷ αἵματι τῶν ὁμοφύλων ἐπιτρεχόντων ἀλλήλων ψυχροῦ κέρδους χάριν ὅπου τοίνυν ταῦτα γίνεται ποίαν ἀπόδειξιν ἔχει τῆς πλείονος χάριν εἶναι ἐν τοῖς τόποις ἐκείνοις;	Ibid. v. 22. Desunt ea omnia.
Ibid. v. 16 & 17. λέγουσι γὰρ διὰ τί ταῦτα καὶ ἐπὶ σεαυτὸν οὐκ ἐνομοθέτησας;	Ibid. v. 24. λέγουσι γὰρ ταῦτα· διὰ τί καὶ ἐπὶ σε οὐκ ἐνομοθέτησας;
Ibid. v. 20 & 21. ὑπὲρ τούτων	Ibid. v. 28. ὑπὲρ τῆς
Ibid. v. 21. ἐμοὶ διὰ τὴν ἀνάγκην	Ibid. v. eod. ἐμοῦ δὲ τὴν ἀνάγκην
Ibid. v. 23 & 24. ἐγένετο τῆς ἁγίας συνόδου διορθώσεως ἕνεκεν τῆς κατὰ τὴν Ἀραβίαν ἐκκλησίας, μέχρι τῶν τόπων γενέσθαι.	Fol. 315 pag. 2 v. 1. ἐγένετο· τῆς ἁγίας συνόδου διορθώσεως ἕνεκεν τῆς κατὰ τὴν (5) ἀκρίβειαν τῆς ἐκκλησίας μέχρι τῶν τόπων γενέσθαι.
Ibid. v. 25. καὶ ἐπειδὴ ὅμορός ἐστιν	Ibid. v. 2. ἐπειδὴ ὅμορος ἐστὶν
Pag. 14 v. 1. συσκεψάμενος,	Ibid. v. 3. συσκεψάμενος
Ibid. v. 6. ταῦτα πάσχειν, ἃ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων κατενοήσαμεν.	Ibid. v. 8 & 9. ταῦτα πάντα πάσχειν, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων κατενοήσαμεν.
Ibid. v. 17. ἠπιστάμεθα.	Ibid. v. 20. ἐπιστάμεθα
Ibid. v. 26. ὅπηπερ ἂν ᾖς	Ibid. v. 28. ὅπου δ' ἂν ᾖς

(1) Videtur legendum esse Ἴδιον δὲ τῆς κατὰ Θεὸν φιλοσοφίας ἡ τοῦ βίου εὐσχημοσύνη.

(2) Notabilis & vera lectio.

(3) Notabilis & vera lectio. Sensus etiã perspicuus est, & Isaaci Casauboni emendatio ἀναιρεῖ pro ἀεὶ superflua; dummodo inter ἀκρίβειαν & καὶ deleatur comma.

(4) Molineus perperam existimat legendum esse ὑπὲρ τὸ ὑποζύγιον.

(5) Notabilis & benè consideranda lectio.

Editio impressa Petri Molinei.	Codex Manuscriptus Cæsareus.
Pag. 17. v. 3. ὑπὸ τὸ μνῆμα	Fol. 316 pag. 1 v. 2. ἐπὶ τὸ μνῆμα
Ibid. v. 4. τὸν Χριστὸν	Ibid. v. 3. τὸν Θεὸν
Ibid. v. 7. ἐκδημεῖν ἀπὸ τοῦ σώματος πρὸς τὸν Κύριον,	Ibid. v. 5 & 6. ἐκδημεῖν ἀπὸ τοῦ σώματος, καὶ ἐνδημεῖν πρὸς τὸν Κύριον,
Ibid. v. 9. περιβάλλει	Ibid. v. 7. περιβάλλοιτο
Ibid. v. 10. νοησάτω τὸ εἰρημένον,	Ibid. v. 9. ποιήσατε τὸ εἰρημένον,
Ibid. v. 14. εἰ μὲν ὁ ὢν	Ibid. v. 12. εἰ μὲν οὖν, ὁ ὢν
Ibid. v. eod. ἐγίνετο	Ibid. v. 13. ἐγένετο
Ibid. v. 17 & 18. τοῦ χαρίσματος ἐγίνετο·	Ibid. v. 15 & 16. τῶν χαρισμάτων ἐγένετο
Ibid. v. 20 & 21. οὐ κατὰ τὴν ἀποδημίαν τὴν ἐν Ἱεροσολύμοις.	Ibid. v. 18 & 19. καὶ οὐ κατὰ τὴν ἐπιδημίαν τὴν ἐν Ἱεροσολύμοις.

Decimonono, & quidem à fol. 316 pag. 1 usq; ad fol. 324 pag. 1, *Fragmenta quædam ascetica miscellanea* Ἐκ τοῦ Πατερικοῦ sive *Ex Opere de Vitis Patrum*; item *ex S. Joanne Chrysostomo in Hexaemeron* & *in Psalmos*, & *ex S. Basilio Magno*. Primum Fragmentum *ex Opere de Vitis Patrum* inscribitur atque incipit hoc modo: Ἐκ τοῦ Πατερικοῦ. Ἐν τῇ λαύρᾳ τῇ ἐπλασόμην ὡς ἀπὸ σαδίων δεκαπέντε τῆς λαύρας τοῦ ἁγίου Πατρὸς ἡμῶν Σαβᾶ &c.

Vigesimo, & quidem à fol. 324 pag. 1 usq; ad fol. 325 pag. 2, *Fragmentum ex* (1) *Palladij Methonæi, Sophistæ*, qui sub *Imp. Constantino Magno* claruit, *Historia de* (2) *Brachmanibus*, *Indorum Philosophis*, qui aliàs appellantur *Gymnosophistæ*; cujus titulus & principium: ΠΑΛΛΑΔΙΟΥ ἀπὸ τῆς κατὰ Βραχμάνων ἱστορίας. Ἀλεξάνδρου τοῦ τῶν Μακεδόνων Βασιλέως διαβάντος Μακεδονίαν, καὶ προπωσαμένου Εὐρώπην καὶ Ἀσίαν, ἦλθε πρὸς Βαβυλῶνα, καὶ ταύτην εἰς οὐδὲν λογισάμενος ὑποβολῇ ἀπληστίας, ἀνῆλθε καὶ εἰς τὴν τῶν Ἰνδῶν χώραν· ἀκούσας ὅτι τὰ κατὰ Βραχμάνων τῶν λεγομένων Γυμνοσοφιστῶν, &c. Meminit hujus Operis Vir doctissimus *Gerardus Joannes Vossius* libro tertio de Historicis Græcis his verbis: *PALLADII Historiam de Brachmanis exstare manuscriptam in* (3) *Nomenclatore suo ait Robertus Constantinus.* Hæc *Vossius*. Cæterùm notabile est in suprà memorato Codicis hujus MSti Cæsarei Fragmento exstare *Orationem Principis Brachmanum ad Alexandrum Magnum*, cujus principium: Θέλω κἀγὼ διακοινῆσαι σοι παρὰ τοῦ Θεοῦ μου· ἀλλὰ τόπον οὐκ ἔχεις ἐν καρδίᾳ, ἵνα χωρήσῃς μου τὴν δωρεάν· πεπλήρωκασι γάρ σου τὴν ψυχὴν ἄπληστοι ἐπιθυμίαι, αἵτινες &c. Appellatur autẽ is ibi πρῶτος τῶν Βραχμάνων (4) ΔΑΝΔΑΜΗΣ ὀνόματι, & sine dubio hic DANDA-

(1) *Plura de eo vide in* Suidæ *Lexico v.* Παλλάδιος *& in* Photij *Patriarchæ CPni Bibliothecâ Codice* CXXXII. (2) *Plura de his vide apud* Strabonem *Geographiæ lib.* 3 *&* Philostratum *de Vitâ Apollonij Tyanei lib.* 3. *cap.* 4; *itẽ apud* Ottonem Heurniũ *Antiquitatũ Philosophiæ Barbaricæ libro secundo, qui inscribitur* Indicus. (3) *Is nunc mihi non est ad manum.* (4) *Eodem ferè modo vocatur is etiam ab* Arriano *lib.* 7. *de Expeditione Alexandri, & à* Plutarcho *in Vitâ Alexandri* Δάνδαμις *sive* Dandamis.

DANDAMES idem est, qui à *Strabone* Geographiæ libro 15, (1) ubi in descriptione *Indiæ* de *Brachmanibus* prolixè agit, appellatur MANΔÁNIΣ ὁ πρεσβύτατος καὶ σοφώτατος τῶν Βραχμάνων, hoc est, *MANDANIS Brachmanum vetustissimus & sapientissimus.*

CCXXXVI.

Ducentesimus trigesimus sextus (2) Codex manuscriptus Theologicus *Græcus* est chartaceus antiquus in *quarto*, constátq; nunc folijs *ducentis quatuor*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus *Constantinopoli.* Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usq; ad fol. 43 pag. 1, *S. Isaaci Syri, Abbatis & Anachoretæ, Sermones aliquot ascetici*, quorum *primus* idem est, qui in proximè præcedenti Codice CCXXXVto, & inscribitur atq; incipit hoc modo: Ἰσαὰκ τοῦ ἀναχωρητοῦ τοῦ Σύρου λόγος περὶ ἀποταγῆς καὶ μοναχικῆς πολιτείας· ψυχὴ ἡ τὸν Θεὸν ἀγαπῶσα, &c.

Secundò, & quidem à fol. 43 pag. 2 usq; ad fol. 53 pag. 1, anonymi cujusdam Autoris *Oratio* περὶ μνήμης θανάτου sive *de Memoriâ mortis*; cujus principium: Οἱ τὴν θείαν ἑκάστοτε καὶ ψυχωφελῆ καὶ θεόπνευστον ἀναγινώσκοντες γραφὴν, ζῶσιν τῷ πνεύματι· Πνεῦμα γὰρ Θεοῦ ἐν αὐτῇ, &c.

Tertiò, & quidem à fol. 53 pag. 1 usq; ad fol. 71 pag. 1, anonymi cujusdam Autoris *Oratio, Ne Christianus metuat mortem, & de Pœnitentiâ atq; confessione.* Ipsa tituli græci verba cum principio Orationis sunt hæc: Ὅτι οὐ δεῖ τὸν Χριστιανὸν φοβεῖσθαι τὸν θάνατον, καὶ περὶ μετανοίας καὶ ἐξομολογήσεως. (3) Εἰς θάνατος, ἁμαρτία· ψυχῆς γὰρ ὄλεθρος· ὁ δὲ σωματικὸς &c.

Quartò, & quidem à fol. 71 pag. 1 usq; ad fol. 172 pag. 1, *S. Basilij Magni, Cæsareæ Cappadociæ Archiepiscopi,* (4) *Orationes quatuordecim:* quarum *prima de Invidiâ* incipit, Ἀγαθὸς ὁ Θεὸς, &c; *secunda in illud, Destruam horrea mea,* Διπλοῦν τὸ εἶδος τῶν πειρασμῶν &c; *tertia ad eos, qui cupiunt ditescere*, Εἴρηται καὶ πρώην &c; *quarta contra ebrios,* Κινεῖ μὲν με πρὸς τὸν λόγον &c; *quinta in Nativitatem Christi,* Χριστοῦ γέννησις, ἡ μὲν οἰκεία &c; *sexta exhortatoria ad S. Baptismum,* Ὁ μὲν σοφὸς Σολομῶν &c; *septima* Κατὰ τοκιζόντων *sive Contra fœneratores,* Πολλαχοῦ τῆς γραφῆς διαβέβληται ἡ ἁμαρτία αὐτη

(1) *Editionis græco-latinæ Parisiensis* Casaubonianæ *in folio pagina* 715.

(2) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* ducentesimus quinquagesimus quintus.

(3) *Attribuitur ea aliàs* S. Joanni Chrysostomo. *Quâ de re vide* Henrici Savilij *Notas in Scripta supposititia* S. Joan. Chrysostomi, *& quidem Appendicis Tomi octavi columnâ* 858.

(4) *Vide Lib. III horum Commentariorum pag.* 220, 221, 222, 223, *& Lib. IV pag.* 226 *& 227.*

αὕτη· &c; *octava, quæ est de Jejunio prima,* Σαλπίσατε &c; *nona, quæ est de Jejunio secunda,* Παρακαλεῖτε &c; *decima in illud, Attende tibi,* Τοῦ λόγου τὴν χρῆσιν &c; *undecima* περὶ προσευχῆς sive *de Oratione,* Προσευχή ἐστιν αἴτιοις ἀγαθοῦ παρὰ τῶν εὐσεβῶν &c; *duodecima,* quæ est Τοῦ αὐτοῦ λόγος δεύτερος περὶ εὐχαριστίας, sive, ejusdem *Oratio secunda de Gratiarum actione,* Ἠκούσατε τῶν ῥημάτων τοῦ Ἀποστόλου &c; *decima tertia, Quòd Deus non est autor malorum,* Πολλοὶ τῆς διδασκαλίας εἰσὶ τρόποι &c; *decima quarta contra Iracundos,* Ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἰατρικῶν &c.

Quintò, & quidem à fol. 172 pag. 1 usq; ad fol. 203 pag. 2, *S. Joannis Chrysostomi Orationes quatuor,* quarum *prima de Pœnitentiâ* incipit, (1) Ἡ μετάνοια, δεινὴ καὶ φοβερὰ τοῖς ἁμαρτωλοῖς &c; *secunda de Jejunio & in Davidem,* Καθολικὸν ἡμῖν καὶ οὐ μερικὸν μέλος &c; *tertia de Pœnitentiâ & Eleemosynâ,* Πάντοτε μὲν ὁ θεῖος Ἀπόστολος &c; *quarta de Jejunio, & in Jonam atq; Danielem Prophetas, & in tres pueros Babylonios,* Φαιδρὰ σήμερον ἡ πανήγυρις, καὶ λαμπρότερος τοῦ συνήθους ὁ σύλλογος &c.

(1) *Vide Indicem omnium Orationum* S. Joannis Chrysostomi; *tàm suppositiarum, quàm genuinarum, ab* Henrico Savilio *editū.*

CCXXXVII.

Ducentesimus trigesimus septimus (2) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est chartaceus antiquus & bonæ notæ in *quarto,* constátq; nunc folijs *quadringentis viginti sex,* & ab *Augerio Busbeckio,* ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus *Constantinopoli.* Continentur eo hæc:

(2) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* octogesimus secundus.

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usq; ad fol. 34 pag. 2, *Eliæ Ecdici Capita ascetica ducenta quadraginta,* quorum *primum* incipit, Ἔξεστι παντὶ Χριστιανῷ &c. In fine autem eorundem legitur hæc subscriptio: Τέλος ὧδε τῶν κεφαλαίων τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν ἩΛΙΟΥ Ἐκδίκου. τὰ λεγόμενα Πηγὴ ἰάσεως· ὁμοῦ τὰ πάντα κεφάλαια διακόσια τεσσαράκοντα. Vide etiam suprà Codicem CCXXXIVtum, num. 3.

Secundò, & quidem à fol. 34 pag. 2 usq; ad fol. 90 pag. 1, *S. Diadochi, Photices in Veteri Epiro sive Illyrico Episcopi, Capita ascetica centum;* quorum titulus & principium: Διαδόχου, Ἐπισκόπου Φωτικῆς τῆς παλαιᾶς Ἠπείρου, κεφάλαια ἀσκητικὰ ἑκατόν. Κεφάλαιον α΄. Πάσης πνευματικῆς, ἀδελφοί, ἡγείσθω θεωρίας &c. Vide etiam suprà Codicem CCXXXIVtum, num. 17.

Tertiò, & quidem à fol. 90 pag. 1 usq; ad fol. 101 pag. 2, ejusdem

S. Dia-

S. Diadochi Quæstiones & Responsiones sacræ triginta octo, quarum titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ Διαδόχου Ἐρωτήσεις καὶ Ἀποκρίσεις. Ἐρώτησις α'. Τί ἦν ἐν τῷ κόσμῳ πρὸ τοῦ τὸν κόσμον γενέσθαι; Ἀπόκρισις. Θεὸς, ὁ τὸν κόσμον ποιήσας. Ἐρώτησις β'. Μήπω ὄντος τοῦ κόσμου, πῶς ἦν ἐν τῷ κόσμῳ; Ἀπόκρισις. Ὅτι καὶ πρὸ τοῦ γενέσθαι &c. Exstant quidem harum Ἐρωταποκρίσεων sive *Interrogationum & Responsionum priores novem* in Appendice Opusculorum *Symeonis Junioris Theologi*, à R. P. *Jacobo Pontano* S. I. editorum, à pag. 358 usq; ad pag. 360, sed *latinè* tantùm, & sine nomine *Diadochi*, ut ex sequenti Inscriptione & principio videre est: *Scholastici cujusdam Dialogus de Deo ad Symeonem Theologum. Interrogatio: Quid erat in Mundo antequam existeret? Responsio: Deus, ipsius Mundi parens & conditor. Interrogatio: Cùm nondum exstaret Mundus*, &c. Similiter etiam ejusdem Opusculi titulus sine nomine *Diadochi* exstat *græcè* in *Leonis Allatij* Diatribâ de *Symeonum* Scriptis pag. 161 his verbis: Ἐρωταποκρίσεις Σχολαστικοῦ τινὸς πρὸς Συμεὼνην τὸν Νέον Θεολόγον. Ἐρώτησις· Τί ἦν ἐν τῷ κόσμῳ &c.

Quartò, & quidem fol. 101 pag. 2, ejusdem *S. Diadochi Caput asceticum*, cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ ἁγίου Διαδόχου· Ὁ ἐνδημῶν ἀεὶ τῇ ἑαυτοῦ καρδίᾳ, &c.

Quintò, & quidem à fol. 102 pag. 1 usq; ad fol. 118 pag. 2, *S. Nili Capita centum quadraginta tria de Oratione*, quorum titulus & principium: Ἀρχὴ τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα τριῶν κεφαλαίων τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Νείλου περὶ προσευχῆς. Κεφάλαιον α'. Εἴ τις βούλοιτο εὐώδες θυμίαμα &c. Vide suprà Codicem CCXXXIVtum, num. 6.

Sextò, & quidem à fol. 118 pag. 2 usq; ad fol. 121 pag. 2, ejusdem *S. Nili Capita octo de octo vitiosis Cogitationibus*; quorum titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ περὶ τῶν η' λογισμῶν. Κεφάλαιον α'. Ὀκτώ εἰσι πάντες οἱ γενικώτατοι λογισμοὶ, &c. Notandum autem est, nomen *S. Nili*, quod ibidem in margine minio fuit adscriptum, recentiori manu deletum, ejúsq; loco scriptum esse Εὐαγρίου τοῦ ἀσκητοῦ, hoc est, *Evagrij Monachi*. Est enim hoc illud ipsum Opusculum, quod sub EVAGRII nomine latinè exstat inter *S. Joannis Damasceni* Opera, à *Jacobo Billio* adornata, & Parisijs A. 1619 in folio edita, inscribitúrq; ibi ac incipit pag. 815 hoc modo: *EVAGRII ad Anatolium de octo vitiosis cogitationibus. Octo summa vitiosarum cogitationum genera sunt*, &c.

Septi-

Septimò, & quidem à fol. 121 pag. 2, usque ad fol. 140 pag. 1, ejusdem *S. Nili de Cogitationibus Capita viginti unum*; quorum titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ περὶ λογισμῶν κεφάλαια κά. Κεφάλαιον ά. Τῶν ἀντικειμένων δαιμόνων τῇ πρακτικῇ πρῶτοι κατὰ τὸν πόλεμον συνίστανται, οἱ τὰς τῆς γαστριμαργίας ὀρέξεις πεπιστευμένοι. &c. Notandum autem est ibi quoque in margine recentiori manu adscriptum esse Εὐαγρίου ἀσκητοῦ, hoc est, *Evagrij Monachi*.

Octavò, & quidem à fol. 140 pag. 1 usque ad fol. 153 pag. 1, ejusdem *S. Nili de octo Spiritibus malitiæ Capita octo*; quorum *primum* inscribitur ibi atque incipit hoc modo: Τοῦ αὐτοῦ περὶ ὀκτὼ τῆς πονηρίας πνευμάτων. Ἀρχὴ καρποφορίας ἄνθος, καὶ ἀρχὴ πρακτικῆς ἐγκράτεια. Ὁ κρατῶν γαστρὸς &c. Notandum autem est, ibi quoque in margine manu recentiori adscriptum esse Εὐαγρίου ἀσκητοῦ, hoc est, *Evagrij Monachi*. Vide etiam suprà Codicem CCXXXIVtum, num. 7.

Nonò, & quidem à fol. 153 pag. 1 usq; ad fol. 161 pag. 1, ejusdem *S. Nili alia quædam Capita ascetica*, quorum titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ κεφάλαια ἕτερα. Νοῦ μὲν πλανώμενον ἵστησιν ἀνάγνωσις, καὶ ἀγρυπνία, καὶ προσευχή· ἐπιθυμίαν δὲ &c. Cæterùm ibidem quoq; in margine manu græcâ recentiori adscriptum est, Opusculum hoc à nonnullis quidem *S. Nilo*, ab alijs autem *Evagrio Monacho* attribui.

Decimò, & quidem à fol. 161 pag. 1 usque ad fol. 165 pag. 1, ex *S. Joannis Chrysostomi* Operibus varia monita ascetica περὶ προσευχῆς sive *de Oratione*.

Undecimò, & quidem à fol. 165 pag. 1 usque ad fol. 170 pag. 2, *Marci Abbatis & Eremitæ Capita ascetica viginti de custodiâ mentis*, quorum titulus & principium: Τοῦ Ἀββᾶ Μάρκου κεφάλαια κ́. Νοῦς λογικὸς ἀργεῖν οὐ δύναται, &c. Vide suprà Codicem CCXXXIVtum, num. 9.

Duodecimò, & quidem à fol. 170 pag. 2 usque ad fol. 179 pag. 1, *S. Isaaci Syri Institutiones & Sententiæ asceticæ miscellaneæ*; quarum titulus & principium: Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ἰσαὰκ τοῦ Σύρου Ἐρώτησις· Τί διαφέρει ἡ καθαρότης τοῦ νοῦ τῆς καθαρότητος τῆς καρδίας; Ἀπόκρισις· Ἄλλη μὲν ἡ καθαρότης ἐστὶ τοῦ νοός, &c.

Decimo tertiò, & quidē à fol. 179 pag. 1, usq; ad fol. 185 pag. 1, Excerpta ascetica miscellanea ex Scriptis *S. Dionysij Areopagitæ*, *Michaelis Pselli*, *S. Basilij Magni*, *S. Gregorij Nazianzeni*, *S. Ephraim Sy-*

ri, Theodori Studitæ, Evagrij Monachi, Esaiæ Abbatis, Joannis Cassiani, & *Joannis Climaci.*

Decimo quartò, & quidem à fol. 185 pag. 1 usque ad fol. 195 pag. 1, *Symeonis, Junioris Theologi, Præpositi & Presbyteri Monasterij S. Mamantis juxta Xerocercum, Tractatus asceticus de tribus generibus sacræ Orationis*, cujus *Prooemium*, versibus politicis constans, inscribitur atque incipit his verbis: Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν ΣΥΜΕΩΝ τοῦ Νέου Θεολόγου, Ἡγουμένου καὶ Πρεσβυτέρου μονῆς τοῦ ἁγίου Μάμαντος τῆς Ξηροκέρκου, στίχοι τῆς ἱερᾶς προσευχῆς.

Ὅστις βούλεται τὸ φῶς ἐκεῖνο βλέψαι,
Ὀφείλει ταῦτα φυλάττειν ἐν καρδίᾳ·
Παθῶν σαρκικῶν &c.

Sequitur deinde Opusculum hoc modo: Περὶ τῶν τριῶν τρόπων τῆς προσευχῆς. Τρεῖς εἰσὶ τῆς προσοχῆς καὶ προσευχῆς οἱ τρόποι. &c. Meminit hujus Opusculi *Leo Allatius* in Diatribâ de Symeonum Scriptis pag. 161, ubi inscribitur Μέθοδος περὶ τῆς ἱερᾶς προσευχῆς καὶ προσοχῆς. Notandum autem est, *Interrogationem & Responsionem*, Καὶ διὰ τί ἡ πρώτη, καὶ δευτέρα φυλακὴ οὐ δύναται τελειῶσαι τὸν μοναχόν; Ἐπειδὴ οὐ κατὰ τάξιν &c, partem esse jam memorati *Opusculi* περὶ προσευχῆς καὶ προσοχῆς, sive *de Oratione & Attentione*, non autem peculiarem aliquem & separatum Tractatum, uti credidit *Allatius*.

Decimo quintò, & quidem à fol. 195 pag. 1 usque ad fol. 201 pag. 1, ejusdem *Symeonis Junioris Theologi Monita ascetica miscellanea viginti duo*, inscripta Τοῦ αὐτοῦ, quorum *primum* incipit, Ἀδύνατον εὑρεῖν ὁ διάβολος &c; *secundum*, Ὁ ἔχων τοὺς χαρακτῆρας τοῦ Χριστοῦ &c; *tertium*, Ὁ Χριστὸς, εἰ καὶ Θεὸς καὶ ἄνθρωπός ἐστιν &c; *quartum*, Οἱ μὴ ἔχοντες πνεῦμα τὸ θεῖον &c; *quintum*, Εἰ γὰρ οὐκ ἔγνως ὀφθαλμὸν &c; *sextum*, Οἱ ἐκ τῶν ὧδε πέλοντες &c; *septimum*, Τοῦτο καρδίας καθαρᾶς &c; *octavum*, Καρδία ἐκείνη λέγεται καὶ ἔστι καθαρὰ &c; *nonum*, Ὁ ταῦτα εἰδὼς ἐνεργούμενα ἐν αὐτῷ &c; *decimum*, Εἰ μὲν Πνεῦμα ἅγιον ἔσται σοι &c; *undecimum*, Ὅπου βαθεῖα ταπείνωσις &c; *duodecimum*, Καρδία καθαρὰ τοῦτο εἶναι &c; *decimum tertium*, Οὐκ ἔστι τι πάντως ἀργία &c; *decimum quartum*, Ποῖον πρῶτον ὑπάρχει καὶ μεῖζον &c; *decimum quintum*, Ἡσυχία ἐστὶ νοὸς κατάστασις &c; *decimum sextum*, Οὐκ ἔστι τὸ μὴ ἐπιθυμεῖν &c; *decimum septi-*

mum, Κάτω ὢν, μὴ ἐρεύνα τὰ ἄνω· &c; *decimum octavum*, Ὁ τὸν ὀνειδισμὸν πλοῦτον &c; *decimum nonum*, Εἰσάγει τις πῦρ ἐν κόλπῳ αὐτοῦ &c; *vigesimum*, Σκοπὸς πάντων τῶν κατὰ Θεὸν ἀγωνιζομένων &c; *vigesimum primum*, Ὥσπερ ὁ ἔξω τῆς οἰκίας &c; *vigesimum secundum*, Ὥσπερ ὁ διηνεκῶς ἀτενίζων &c.

Decimosextò, & quidem à fol. 201 pag. 1 usque ad fol. 206 pag. 1, ejusdem *Symeonis*, *Junioris Theologi*, *Oratio ascetica de Cognitione spirituali*, cujus titulus & principium: Τοῦ ἁγίου Πατρὸς ἡμῶν Συμεὼν, τοῦ Νέου Θεολόγου, περὶ γνώσεως πνευματικῆς &c. Ἀδελφοὶ καὶ Πατέρες ἔοικεν ἡ πνευματικὴ γνῶσις &c. Exstat ea, sed tantùm *latinè*, inter *Orationes* ipsius à *Pontano* editas; & est ibi decima nona.

Decimoseptimò, & quidem à fol. 206 pag. 1 usque ad fol. 224 pag. 2; ejusdem *Symeonis*, *Junioris Theologi*, *Capita Practica & Theologica*, quorum titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ κεφάλαια πρακτικὰ καὶ θεολογικά. Θεὸς, τοῖς μὲν σωματικῶς ὁρῶσιν, οὐδαμοῦ ἐστιν, τοῖς δὲ &c.

Decimooctavò, & quidem à fol. 224 pag. 2 usque ad fol. 230 pag. 2, ejusdem *Symeonis*, *Junioris Theologi*, *Capita Theologica & Gnostica*, quorum titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ κυρίου Συμεὼν, τοῦ Νέου Θεολόγου, κεφάλαια θεολογικά τε καὶ γνωστικά. Οὔτε τῷ θεολογοῦντι ἁρμόζει μετάνοια, οὔτε τῷ μετανοοῦντι θεολογία &c.

Decimo nonò, & quidem à fol. 231 pag. 1 usque ad fol. 247 pag. 1, ejusdem *Symeonis*, *Junioris Theologi*, *alia quædam Capita Theologica & Practica*, quorum titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ κυρίου Συμεὼν, τοῦ Νέου Θεολόγου, ἕτερα κεφάλαια θεολογικὰ καὶ πρακτικά. Ἀπαρχὴ Χριστὸς, μεσότης καὶ τελειότης· ἐν πᾶσι γὰρ &c.

Vigesimò, & quidem fol. 247 pag. 2, anonymi cujusdam Autoris *Narratio de S. Marco Eremitâ*, cujus principium: Οὗτος ὁ ἀθάνατος καὶ μακάριος Μάρκος νεώτερος ὢν, παλαιὰν καὶ νέαν γραφὴν ἀπεστήθιζεν, &c. Exstat quidem hæc *Narratio in Palladij Historiâ Lausiacâ de Vitis Patrum* in fine capitis vigesimi & principio capitis vigesimi primi, & in R. P. *Heriberti Rosweydi* S. J. editione latinâ pag. 725 incipit hoc modo: *Cùm esset autem hic Marcus Junior, dicebat memoriter Vetus & Novum Testamentum*, &c; discrepat autem ab hoc Codice MSto *Cæsareo* non solùm ordine, verùm etiam ipsâ rerum gestarum substantiâ. *Palladius* enim refert, *S. Macarium*

Ale-

Alexandrinum, hyænæ catulo visum restituisse, & ab eâ remunerationis loco accepisse pellem ovinam; at in Codice hoc MSto *Cæsareo* attribuitur illud *Marco Eremitæ*, additúrque, *Marcum* reliquisse istam pellem *S. Macario*, & porrò *S. Macarium B. Melaniæ*.

Vigesimo primò, & quidem à fol. 248 pag. 1 usque ad fol. 261 pag. 1, *Marci Abbatis Capita ascetica de Lege spirituali*, quorum titulus & principium: Τοῦ Ἀββᾶ Μάρκου περὶ τοῦ πνευματικοῦ νόμου. Ἐπειδὴ πολλάκις ἐβουλήθητε γνῶναι &c. *Vltimum* autem Caput incipit, Πάντοτε ἐργάζου τὸ ἀγαθὸν &c, itidem ut in Magnæ Bibliothecæ Veterum Patrum græco-latinæ Parisiensis Tomo undecimo pag. 888. Vide etiam suprà Codicem CCXXXIVtum. num. 10; sed ille ab hoc posteriori valde discrepat.

Vigesimo secundò, & quidem à fol. 261 pag. 1 usque ad fol. 282 pag. 1, ejusdem *Marci Abbatis Capita de ijs, qui putant se ex operibus justificari*; quorum titulus & principium: Τοῦ Ἀββᾶ Μάρκου περὶ τῶν οἰομένων ἐξ ἔργων δικαιοῦσθαι. Ἡ τῶν ἔξωθεν κακοπιστία. &c. Vide suprà citatam magnam Bibliothecam Veterum Patrum Tom. XI pag. 888, & deinceps usque ad pag 907, ubi illa Capita prorsùs eodem modo desinunt, uti in hoc Codice MSto *Cæsareo*. Consule etiam suprà Codicem CCXXXIVtum, num. 10; sed is ab hoc posteriori valdè discrepat.

Vigesimo tertiò, & quidem fol. 282 pag. 1 ex *Palladij Historiâ Lausiacâ Caput nonagesimum octavum de Diocleto Ascetâ*, cujus principium: Διόκλητός τις ἦν ἀσκητὴς ἐν Θηβαΐδι, ἀπὸ γραμματικῆς μὲν ἀχθεὶς τὰ πρῶτα &c. In *Vitis Patrum* à *Rosweydo* latinè editis, pag. 767, non vocatur is *Dioclectus*, sed *Diocles*, incipitque ibi Narratio de eo his verbis: *Hic DIOCLES in Grammaticâ quidem primùm edoctus*, &c.

Vigesimo quartò, & quidem à fol. 283 pag. 1 usq; ad fol. 285 pag. 1, *Apophthegmata & Monita ascetica miscellanea Abbatis* (1) *Joannis Colobi, Abbatis Esaiæ, Abbatis Theodori, Abbatis Theonæ* & *Abbatis Arsenij*, ex Vitis Patrum collecta; quorum primum incipit his verbis: Ἔλεγεν ὁ ἅγιος Ἰωάννης ὁ Κολοβὸς ὅτι φυλακή ἐστι τὸ καθίσαι εἰς τὸ κελλίον, καὶ μνημονεύειν τοῦ Θεοῦ πάντοτε &c.

Vigesimo quintò, & quidem à fol. 286 pag. 1 usq; ad fol. 339 pag. 2, *S. Maximi* (2) *Capita quadringenta de Charitate*, quorum *Proœmium* inscribitur atq; incipit hoc modo: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Μαξίμου περὶ ἀγάπης πρόλογος. Ἰδοὺ πρὸς τῷ περὶ ἀσκητικοῦ βίου λόγῳ καὶ τὸν

(1) Vide R.P. Heriberti Rosweydi Appendicē ad Vitas Patrum pag. 994.

(2) Vide Lib. IV horum Commentariorū pag. 212 & 213.

τὸν περὶ ἀγάπης πέπομφα λόγον τῇ σῇ ὁσιότητι, Πάτερ Ἐλπίδιε, &c. Quo finito, ſequitur *Centuria prima*, cujus titulus & initium: Τοῦ αὐτοῦ περὶ ἀγάπης ἑκατοντὰς α΄. Κεφάλαιον α΄. Ἀγάπη μὲν ἐστι διάθεσις ψυχῆς ἀγαθὴ, &c.

Vigeſimo ſextò, & quidem à fol. 340 pag. 1 uſq; ad fol. 363 pag. 1, *Heſychij Presbyteri Hieroſolymitani ad Theodulum Capita* (1) *centum triginta quinq; de Temperantiâ*, quorum titulus & principium: Ἡσυχίου πρεσβυτέρου πρὸς Θεόδουλον περὶ νήψεως κεφάλαια ρ λ ε΄. Κεφάλαιον α΄. Νῆψις ἐστὶ μέθοδος πνευματικὴ &c.

(1) *Vide ſuprà Cod. CCXXXIV num. 12.*

Vigeſimo ſeptimò, & quidem à fol. 364 pag. 1 uſq; ad fol. 426 pag. 2, anonymi cujuſdam Autoris *Capita aſcetica ducenta*, quorum *Centuria prima* incipit his verbis: Ἐρώτησις· Τίς ὁ σκοπὸς τῆς τοῦ κόσμου καὶ τῶν ἐν κόσμῳ ἀποταγῆς; Ἀπόκρισις· Ὁ μὲν σκοπὸς τῆς τοῦ κόσμου ἀποταγῆς &c; *ſecunda* autem inſcribitur atq; incipit hoc modo: Ἑκατοντὰς δευτέρα φυσικῶν κεφαλαίων. Κεφάλαιον α΄. Ἀρχὴ μὲν ἀγάπης Θεοῦ, τῶν ὁρωμένων καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων ἡ καταφρόνησις &c. In fine demum *ſecundæ* hujus *Centuriæ* leguntur hæc verba: Τέλος τῶν κεφαλαίων τοῦ σηθείτου. Ubi ſine dubio per τὸν Σηθείτην ſeu potius Στηθάτην intelligendus eſt *Nicetas STETHATUS*, de cujus *Capitibus aſceticis trecentis* paulo pòſt agetur in recenſione Codicis CCXLmi, num. 6.

CCXXXVIII.

Ducenteſimus trigeſimus octavus (2) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* antiquus & bonæ notæ in *quarto*, conſtátq; nunc folijs *trecentis quatuor*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſq; ad fol. 102 pag. 2, *S. Anaſtaſij Sinaitæ, Patriarchæ Antiocheni*, (3) *Quæſtiones & Reſponſiones ſacræ triginta ſex*, quarum *prima* principio eſt mutila, *ſecunda* autem eſt hæc: Ἐρώτησις β΄. Τίνες εἰσὶν οἱ ἀληθινοὶ προσκυνηταὶ, οἱ ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ προσκυνοῦντες τῷ Θεῷ; Ἀπόκρισις. Ἐκ διαλέξεως τινὸς ἀνδρὸς ἱεροῦ &c.

Secundò, & quidem à fol. 102 pag. 2 uſq; ad fol. 105 pag. 2, *Thalaſſij Monachi* (4) *Capita aſcetica de ſincerâ Charitate & verâ Continentiâ ad Paulum Presbyterum*, quorum titulus & principium: Θαλασσίου ταπεινοῦ ἀσκητοῦ περὶ εἰλικρινοῦς ἀγάπης καὶ ἐγκρατείας ἀλη-

(2) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* centeſimus octogeſimus primus.

(3) *Vide Lib. III horum Commentar. pag. 210, & Lib. IV pag. 219 & 220.*

(4) *Vide ſuprà Cod. CCVII num. 21 & Cod. CCXXXIV num. 18.*

θοῦς;

θεῶς, καὶ τῆς κατὰ τὸν νῦν πολιτείας πρὸς Παῦλον πρεσβύτερον. Πόθος πρὸς Θεὸν ὁλικῶς τεταμένος &c.

Tertiò, & quidem à fol. 105 pag. 2 usq; ad fol. 124 pag. 2, *Symeonis, Abbatis Meſopotamiæ, Oratio de continuâ meditatione mortis,* ſive, *Quòd ſemper in animo debemus habere diem exitûs vitæ;* cujus titulus & principium: Τοῦ ἁγίου καὶ ὁσίου Συμεὼν Μεσοποταμίας περὶ τοῦ ἀεὶ ἐν νῷ ἔχειν τὴν ἡμέραν τῆς ἐξόδου τοῦ βίου. Ἀγνοεῖτε, ἀδελφοί μου, ποῖον φόβον καὶ ἀνάγκην ἔχωμεν ὑποστῆναι ἐν τῇ ὥρᾳ τῆς ἐξόδου ἡμῶν τῆς ἐκ τοῦ βίου τούτου. ὅτ' ἂν γὰρ ἡ ψυχὴ &c. Meminit hujus *Orationis*, ſimul & Codicis hujus MSti *Cæſarei Joannes Jacobus Friſius* in Bibliothecâ Vniverſali Geſnerianâ, à ſe auctâ, his verbis: *Symeonis Meſopotamitæ Sermo græcus de eo, quòd ſemper in animo habere debeamus diem exitûs vitæ, ſervatur in Italiâ, & manuſcripta in Bibliothecâ Imperatoriâ Viennæ.* Item R. P. *Poſſevinus* in Apparatu Sacro: *Symeonis Meſopotamitæ Sermo græcus de eo, quòd ſemper in animo habere debeamus diem exitûs vitæ, exſtat manuſcripta in Bibliothecâ Imperatoriâ Viennæ Auſtriæ;* & in Excerptis ex Catalogo Codicum Græcorum Sacrorum manuſcriptorum, Apparatui Sacro ſubjunctis: *Symeonis Meſopotamij Oratio de morte ſpiritualiter meditandâ.* Hæc igitur *Friſij* & *Poſſevini* loca reſpicit *Leo Allatius* in Diatribâ de *Symeonum* Scriptis, ubi pag. 24 de eodem *Symeone Meſopotamitâ* ſic ſcribit: *Sub SYMEONIS MEOSOPOTAMITÆ nomine Sermo græcus de eo, quod ſemper in animo debemus habere diem exitûs vitæ, legebatur in Bibliothecâ Imperatoris Viennæ in Auſtriâ, & nomine STYLITÆ SENIORIS inſertus eſt Bibliothecæ Patrum Tomo quinto. Quid ipſe dicam non habeo, cùm Manuſcriptum non viderim. Conferat qui poterit, & judicium ferat, tùm demùm & de vero Autore decernat.* Hucuſq; *Allatius*. Quandoquidem autem ille jam citato loco refert, *Orationem* hanc in *Bibliothecâ Patrum* attribui *S. Symeoni Stylitæ Seniori*, ſubjungo hîc notabilem locum ex Em. Card. *Bellarmini* Libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis, ubi eandem opinionem confirmat his verbis: *Sanctus Simeon cognomento Stylita, quia ſtetit in columnâ annis octoginta uno, floruit tempore S. Leonis Papæ & Leonis Imperatoris circa annum Chriſti 445. Scripſit* (1) *Librum de morte aſſiduè cogitandâ, qui exſtat in Bibliothecâ Sanctorum Patrum, ſecundæ editionis Tomo ſecundo.* Hæc Card. *Bellarminus;* eademq;, non tamen æquè aſſeveranter, R. P. *Philip. Labbeus* in Diſſertatione Hiſtoricâ & Philologicâ de Scriptoribus Eccleſiaſticis paulò

(1) Imò Orationem tantùm, non autem Librum.

paulo fusiùs repetit his verbis: *S.Simeon, Græcis* Συμεὼν ἢ Συμεώνης, *natione Cilix, à columnis, quibus annos 48 insedit, Stylita nomine græco dictus* Στυλίτης ἀπὸ τῦ σύλυ, ἢ Στηλίτης ἀπὸ τῆς σήλης, *latino verò Columnator seu Columnarius, obijt die quinto Januarij anno Christi circiter 460, ætatis 109. Sunt & alij duo Juniores Simeones Stylitæ, in Fastis Ecclesiasticis veterúmq; monumentis notissimi; sed non ijs, verùm SENIORI tribui solet fermè ab omnibus, quos vidi, Sermo brevissimus de mente complectendo suum decessum, sive,* (1) *Epistola de morte assiduè cogitandâ, in Bibliothecis Veterum Patrum.* Hucusq; *Labbeus.* Locus autem *Magnæ Bibliothecæ Veterum Patrum,* Parisijs græcè & latinè A. 1654 septendecim Tomis in folio editæ, ad quem is sine dubio respicit, exstat Tomi secundi colum. 73, 74, 75 & 76, ubi *Oratio* illa absq; contextu *græco latinè* tantùm inscribitur atq; incipit hoc modo: *SYMEONIS ADMIRANDI (non dubium quin STYLITÆ illius, de quo tàm multa Theodoreti Philotheus cap. 26, & Evagrius Ecclesiast. Histor. 1 lib. 13 & 14 cap. & lib. 22) Sermo de semper mente complectendo suum cuiq; discessum. Animadvertite Fratres mei, quem metum, quod certamen, quam necessitatem habeamus sustinere in horâ exitûs nostri ex hâc vitâ. Quippe quando à corpore cedit anima* &c. Ego verò isti opinioni minimè assentior, quia Codex manuscriptus *Cæsareus*, de quo in præsens ex professo agitur, Autorem istius Orationis non cognominat *Stylitam*, sed expresè appellat SYMEONEM MESOPOTAMIÆ, ut videlicet cognomento hoc MESOPOTAMIÆ à *S. Symeone Stylitâ Seniore* manifestè distinguatur. Sive enim cognomen MESOPOTAMIÆ intelligatur de *patriâ*, sive de *loco commorationis & mortis*, neutro sensu illud convenit *S. Symeoni Stylitæ Seniori*, quippe cujus patria fuit *Sisan* pagus Provinciæ *Ciliciæ*, seu, ut ipsis *Menæorum Græcorum* verbis utar, κώμη Σισὰν τῆς Κιλίκων ἐπαρχίας, nec unquam pervenit in *Mesopotamiam*, sed tantùm in *Ciliciâ* & confini regione *Antiochenâ* commoratus, ibidémq; mortuus est. Ut itaq; certò constat, Autorem suprà memoratæ Orationis non esse *S. Symeonem Stylitam Seniorem*, cujus memoria in Martyrologio Romano celebratur d. 5 Januarij, in Menæis autem Græcorum die primo Septembris, nec magis per eundem ejusdem Orationis Autorem intelligendum esse *Symeonem Stylitam Juniorem* sive *secundum*, cujus memoria in Martyrologio Romano celebratur d. 3 Septembris, in Menæis autem Græcorum d. 24 Maij, vel *Symeonem Stylitam tertium*, qui in Menæis Græcorum celebratur d. 26 Julij, &, ut *Joannes Moschus*

(1) *Imò* Oratio, *non autem* Epistola.

Moschus cap. 57 Prati spiritualis refert, fulgure percussus interijt; sic contrà verisimilimum videtur, *Symeonem* illũ, qui suprà memoratæ Orationis Autor est, fuisse *in Mesopotamiâ Præpositum* seu *Abbatem* celeberrimi *Monasterij*, cujus Libro primo de Vitis Patrum, à R. P. *Heriberto Rosweydo* latinè editis, in Vitâ *S. Macarij Romani*, pag. 224 & 225, fit mentio his verbis: *Igitur nos prætitulati fratres Theophilus, Sergius & Hyginus, propitiâ Divinitate abrenunciantes seculo, venimus ad Monasterium, quod est in MESOPOTAMIA SYRIÆ in medio duorum fluminum Tygris & Euphratis, in quo vir clarissimus ASCLEPION Hegumenus multorum exstitit Pater Monachorum.* Idem *Monasterium* in Menæis Græcorum d. 23 Octobris in Epitome Vitæ *S. Macarij Romani* appellatur μονὴ τοῦ ἁγίου ἈΣΚΛΗΠΙΟΥ, τοῦ ἐν τῇ ΜΕΣΟΠΟΤΑΜΊΑ τῆς ΣΥΡΊΑΣ, nec dubium est, quin ibi in fine horum verborum vox ἩΓΟΥΜΈΝΟΥ subaudienda sit. De cætero notabile etiam est, ipsum quoq; istius Orationis *contextum græcum*, in Codice hoc MSto *Cæsareo* exstantem, à suprà memoratâ editione *latinâ* Parisiensi in ipso principio aliquantùm discrepare. Incipit enim is ibi his verbis: Ἀγνοεῖτε ἀδελφοί μου, ποῖον φόβον καὶ ἀνάγκην ἔχωμεν ὑποστῆναι ἐν τῇ ὥρᾳ τῆς ἐξόδου ἡμῶν τῆς ἐκ τοῦ βίου τούτου· ὅτ' ἂν γὰρ &c, hoc est: *Ignoratis Fratres mei, qualem metum & necessitatem habeamus sustinere in horâ exitus nostri ex hâc vitâ. Quando enim* &c. In editione autem *latinâ Parisinâ* incipit eadem Oratio hoc modo: *Animadvertite Fratres mei, quem metum, quod certamen, quam necessitatem habeamus sustinere* &c. Videtur ergò in Codice illo MSto Græco, ex quo ista versio latina prodijt, scriptum fuisse Νοεῖτε ἀδελφοί μου, ποῖον φόβον, ποῖον ἀγῶνα, ποίαν ἀνάγκην ἔχωμεν ὑποστῆναι &c. Multo etiam major discrepantia est in fine, utpote qui in Codice hoc *Cæsareo* est talis: σπουδάσωμεν ἀπώσασθαι αὐτὰς, καὶ διὰ μετανοίας καὶ ἐργασίας τῶν ἀρετῶν ἐξιλεώσασθαι τὸν Θεὸν, καὶ ἑαυτοὺς εὐτρεπίσαι πρὸς τὴν ἔξοδον, μήπως ἐλθόντος καὶ κρούσαντος εὑρεθῶμεν ἀνέτοιμοι· διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ὁ Κύριος εἶπεν· γίνεσθε ἕτοιμοι, ὅτι, ᾗ ὥρᾳ οὐ προσδοκᾶτε, ὁ κύριος ὑμῶν ἔρχεται· ἀλλ' ἵνα, ἐλθόντος καὶ κρούσαντος, εὑρεθῶμεν ἕτοιμοι εἰς τὴν ἀπάντησιν αὐτοῦ, καὶ γένοιτο πάντας ἡμᾶς καταξιωθῆναι τῆς αὐτοῦ βασιλείας χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας.

Quar-

Quartò, & quidem à fol. 108 pag. 1 usq; ad fol. 124 pag. 2, *Apophthegmata & Monita ascetica varia ex Vitis Patrum*, quorum titulus & principium: Λόγοι ἁγίων Πατέρων γερόντων· (1) Ὁ Ἀββᾶς Μωυσῆς εἶπεν πρὸς τὸ παιδίον Ζαχαρίαν· εἰπόν μοι, τί ποιήσω; &c.

Quintò, & quidem fol. 124 pag. 2 & fol. 125 pag. 1 & 2, *S. Basilij Magni, Cæsareæ Cappadociæ Archiepiscopi, Constitutio monastica de Coenobijs Virginum sanctimonialium*, cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν καὶ Ἀρχιεράρχου Βασιλείου ὑποτύπωσις κοινοβίου, καὶ ὅπως χρὴ τὰς μοναζούσας ὑποτάσσεσθαι τῇ προεστώσῃ. Ἐπεὶ δὲ οὐκ ἀνδρῶν μόνοι εἰσὶν αἱ συνοδίαι, ἀλλὰ καὶ παρθένων, &c.

Sextò, & quidem à fol. 126 pag. 1 usq; ad fol. 193 pag. 2, B. *Dorothei Archimandritæ sive Abbatis Doctrinæ asceticæ septem*, quarum (2) *prima De viâ Dei considerate & sobriè currendâ* inscribitur atq; incipit: Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Δωροθέου περὶ τοῦ μετὰ σκοποῦ καὶ νήψεως ὁδεύειν τὴν ὁδὸν τοῦ Θεοῦ. Φροντίσωμεν ἑαυτῶν ἀδελφοί, νήψωμεν· &c; (3) *secunda de Humilitate*: Τοῦ αὐτοῦ περὶ ταπεινοφροσύνης. Εἶπε τίς τῶν γερόντων &c; (4) *tertia de Conscientiâ*: Τοῦ αὐτοῦ περὶ συνειδήσεως. Ὅτε ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, &c; (5) *quarta De non Judicando proximum*: Τοῦ αὐτοῦ περὶ τοῦ μὴ κρίνειν τὸν πλησίον. Εἰ ἐμνημονεύομεν ἀδελφοὶ &c; (6) *quinta De reprehensione sui ipsius*: Τοῦ αὐτοῦ περὶ τοῦ ἑαυτὸν μέμφεσθαι. Ζητήσωμεν ἀδελφοὶ &c; (7) *sexta De renunciatione*: Τοῦ αὐτοῦ περὶ ἀποταγῆς. Ἐν ἀρχῇ ὅτε ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον &c; (8) *septima De passionibus citò præcidendis, priusquam anima habitum malum contrahat*: Τοῦ αὐτοῦ περὶ τοῦ σπουδάζειν ταχέως ἐκκόπτειν τὰ πάθη πρὸ τοῦ ἐν ἕξει κακῇ γίνεσθαι τὴν ψυχήν. Θέτε τὸν νοῦν ὑμῶν ἀδελφοὶ &c.

Septimò, & quidem à fol. 193 pag. 2 usq; ad fol. 196 pag. 2, *S. Anastasij Sinaitæ, Patriarchæ Antiocheni, Oratio de Varijs Animæ salvandæ & Poenitentiæ agendæ modis*, cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἀναστασίου τοῦ Σιναΐτου περὶ διαφόρων τρόπων σωτηρίας ψυχῆς καὶ μετανοίας. Εἴρηται μὲν ἤδη περὶ βραχέων

(1) *Vide Vitas Patrum à R.P. Heriberto Rosweydo latinè editas pag.* 623.

(2) *Hæc est inter B. Dorothei Doctrinas asceticas, Tomo undecimo Magnæ Bibliothecæ Veterum Patrum græco-latinæ Parisiensis insertas,* Doctrina decima. *Vide ibi pag.* 805.

(3) *Vide ibid. pag.* 760, *ubi hæc itidem est* Doctrina secunda.

(4) *Vide ibid. pag.* 766, *ubi hæc itidem est* Doctrina tertia. (5) *Vide ibid. pag.* 784, *ubi hæc est* Doctrina sexta. (6) *Vide ibid. pag.* 790; *ubi hæc est* Doctrina septima. (7) *Vide ibid. pag.* 748, *ubi hæc est* Doctrina prima. *Et certè est hæc* Doctrina *re verâ* prima, *licet in hoc Codice MSto ea sit* sexto *loco collocata. Habet enim ea etiam ibi præfixum eundem illum* longum & generalem Titulum, *qui exstat in jam citatâ editione impressâ* (8) *Vide ibid. pag.* 811, *ubi hæc est* Doctrina undecima.

χίων, ὅτι γινώσκων ὁ Θεὸς τὸ ἀσθενὲς καὶ εὐόλισθον καὶ ταλαίπωρον τῶν ἀνθρώπων, ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος, πολλοὺς ἡμῖν καὶ διαφόρους σωτηρίας ἐχαρίσατο τρόπους, &c.

Octavò, & quidem à fol. 197 pag. 1 usq; ad fol. 219 pag. 2, *Marci*, κατ' ἐξοχὴν sive per excellentiam cognominati *Asceta* sive *Exercitatoris spiritualis*, (1) *Epistola ad Nicolaum Ascetam* sive *Monachum*; cujus titulus & principium: Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Μάρκου ἐπιστολὴ πρὸς Νικόλαον ἀσκητήν. Ἐπειδὴ πρώην πολὺς ἦς φροντίζων τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας, &c. (1) *Vide suprà Codicem CCXXXIV num. 11.*

Nonò, & quidem fol. 220 pag. 1 & 2, *S. Basilij Magni Fragmentum Constitutionis asceticæ de Coenobijs Virginum sanctimonialium*, cujus principium: Καὶ τὰς διορθώσεις δὲ κατὰ τὸν τῆς ἰατρείας λόγον προσαγέτω ταῖς ἀσθενούσαις ἡ προεστώς &c. Vide etiam suprà eundem hunc Codicem CCXXXVIII num. 5.

Decimò, & quidem à fol. 221 pag. 1 usq; ad fol. 235 pag. 1, *Lucæ, Monachi & Presbyteri, Oratio parænetica ad Virgines*, cujus titulus & principium: Λουκᾶ ταπεινοῦ Μοναχοῦ καὶ Πρεσβυτέρου τοῦ ἀδιαλείπτου λόγος παραινετικὸς πρὸς παρθένους. Ὁ τῶν ὅλων Δεσπότης καὶ Κύριος, ὁ συναΐδιός τε καὶ ὁμοούσιος τῷ Πατρὶ καὶ τῷ παναγίῳ Πνεύματι, &c.

Vndecimò, & quidem fol. 235 pag. 1, *Philothei Interpretatio significationum circumvolutionis syderum*, cujus titulus & principium: Περὶ σημειώσεων ἐγκυκλίων ἑρμηνεία τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Φιλοθέου. Ἀλλὰ γὰρ εἰς δόξαν Θεοῦ ἐξηγητέον καὶ τὰς προεπισημασίας τῶν φωστήρων, τά τε ὀνόματα καὶ καιροὺς ἑκάστου αὐτῶν· ἔσονται γάρ, φησιν, εἰς σημεῖα προδηλωτικὰ καὶ ἀέρων ἀλλοιώσεων· καθὼς ὁ Θεὸς ὁ κτίσας - - -, Reliqua omnia ibi desunt.

Duodecimò, & quidem à fol. 236 pag. 1 usq; ad fol. 238 pag. 1, *S. Gregorij Nazianzeni Carmen invectivum in Virgines sacras*, quæ habent *Viros contubernales*, quos appellant Ἀγαπητοὺς sive *Dilectos*, & *in Monachos*, qui habent *Virgines contubernales*, quos vocant Συνεισάκτους sive *Cointroductas*. Ipsa tituli græci verba cum principio Carminis sunt hæc: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου λόγος εἰς ἀγαπητοὺς καὶ παρθένους, καὶ εἰς μοναχοὺς περὶ τῶν συνεισάκτους ἐχόντων. Ἤδη μοι ἡ πολιά, καὶ τῇ νόσῳ τὸ σῶμα, τὸν ὀφθαλμὸν δαμάζω ταῖς ἡμεριναῖς μερίμναις &c.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 238 pag. 1 uſque ad fol. 242 pag. 2, anonymi cujuſdam Autoris (1) *Narratio de ſtatu animarum poſt hanc vitam, & de S. Macario Alexandrino;* cujus titulus & principium: Διήγησις θαυμαστὴ περὶ τῶν ἐντεῦθεν μεθισταμένων ψυχῶν, ἀγαθῶν τε καὶ φαύλων, καὶ πῶς εἰσὶν αἱ ψυχαὶ αὐτῶν, καὶ περὶ τοῦ ὁσίου Μακαρίου τοῦ (2) μεγάλου τοῦ Ἀλεξανδρέως. Τοῦ ἁγίου Μακαρίου τοῦ Ἀλεξανδρέως ὁ μαθητὴς διηγήσατο· ὅτι ποτὲ ὁδευόντων ἡμῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ &c. Notandum autem eſt, quod *Joannes Sambucus* propriâ manu ibidem in margine annotavit, autorem iſtius Narrationis eſſe *S.* (3) *Iſaacum Syrum, Abbatem & Anachoretam*, de quo vide ſuprà Codicem CCXXXV num. 1.

Decimo quartò, & quidē à fol. 242 pag. 2 uſq; ad fol. 246 pag. 1, ex *Athanaſij Minoris ſeu Junioris Quæſtionibus & Reſponſionibus ſacris ad Antiochū Quæſtiones ſex*, quarū *prima de multiplici differentiâ peccati fornicationis* inſcribitur atq; incipit hoc modo: ἈΘΑΝΑΣΙΟΥ τοῦ ΨΙΛΟΥ ἑρμηνεῖαι. Ἐρώτησις. Πόσα κρίματα καὶ πόσα ἁμαρτήματα πορνεία εἰσιν; Πολλὰ καὶ διάφορα. μείζονι γὰρ κρίματι ὑπόκειται &c. Notabile autem eſt, *Athanaſium* illum in hoc Codice MSto *Cæſareo* expreſsè cognominari τὸν ΨΙΛΟΝ, hoc eſt, *PARVVM*; nempe reſpectu *S. Athanaſij MAGNI, Cæſareæ Cappadociæ Archiepiſcopi*, cui, ut (3) aliàs jam indicavi, eædem *Quæſtiones* perperàm attribuuntur, ideóque etiam Operum ipſius, græcè & latinè Pariſijs A. 1627 editorum, Tomo ſecundo inſertæ ſunt. Ibi enim jam memorata *prima Quæſtio* eſt *nonageſima ſexta*, pag. 368; *ſecunda* autem eſt *centeſima ſexta* pag. 373; *tertia* eſt *decima octava*, pag. 337; *quarta* eſt *ſexageſima octava*, pag. 354; *quinta* eſt *ſeptuageſima quarta*, pag. 360; *ſexta* deniq; eſt *ſeptuageſima quinta*, pag. 361.

Decimo quintò, & quidem à fol. 246 pag. 2 uſque ad fol. 253 pag. 1, *ex Marci Eremitæ Sermonibus catecheticis ad diſcipulos ſuos Excerpta quædam*, quorum titulus & principium: Τοῦ ὁσίου Μάρκου ἐκ τῶν λόγων αὐτοῦ κατηχητικῶν, ὧν ἐποιεῖτο πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ μαθητάς. Ὠφεληθέντων δὲ πάντων ἐπὶ τῇ ἐπιγνώσει καὶ μετανοίᾳ τοῦ ἀδελφοῦ, ὁ γέρων ἔφη· λέλειπται λοιπὸν ἡμᾶς δεῖξαι ἀπὸ τῆς γραφῆς, ὅτι &c.

Decimo ſextò, & quidem à fol. 253 pag. 1 uſque ad fol. 254 pag. 2, *ex S. Diadochi Capitibus aſceticis excerpta quædam*, quorum titulus & principium: Ἐκ τῶν κεφαλαίων Διαδόχου. Ὃν τρόπον μὴ θερμανθεὶς ὁ κηρὸς &c.

Decimo ſeptimò, & quidem à fol. 254 pag. 2 uſq; ad fol. 259 pag.

2,

(1) *Vide etiam Lib. IV horum Commentar. pag. 200, ubi agitur de Codice CLXXXVII num. 7.*

(2) *Notabilis locus, ubi* S. Macarius Alexandrinus *cognominatur* Magnus. *Solet enim hoc cognomen aliàs attribui* S. Macario Ægyptio *ſeu* Scetenſi. *Quâ de re vide plura Lib. IV horum Commentar. pag.* 143.

(3) *Vide Lib. III horum Commentar. pag.* 220 *& Lib. IV pag.* 226.

2, *ex Joannis Carpathij Capitibus asceticis Excerpta quædam*, quorum titulus & principium: Ἐκ τῶν κεφαλαίων τοῦ ἁγίου Πατρὸς Ἰωάννου ὄρους τοῦ Καρπαθέως. Λαμβάνομεν λόγους ἀγαθοὺς, ἵνα καὶ ἑτέροις μεταδῶμεν αὐτῶν &c.

Decimo octavò, & quidem à fol. 260 pag. 1 usque ad fol. 284 pag. 1, *S. Isaaci Syri, Abbatis & Anachoretæ*, (1) *Sermones ascetici sex*, quorum *primus* incipit, Ὁ ταπεινόφρων ἐν ἀληθείᾳ &c; *secundus*, Τὴν ἀνδρείαν, ἣν οἱ πατέρες ἐν ταῖς γραφαῖς τεθείκασι &c; *tertius*, Ὅτ' ἂν ἀγαπήσωμεν φυγεῖν ἐκ τοῦ κόσμου &c; *quartus*, Αἱ ἀρεταὶ ἀλλήλας διαδέχονται, &c; *quintus*, speciatim. Τοῦ αὐτοῦ κεφάλαια μικρὰ inscriptus, Σπόρος ἐπὶ πέτρας, εὐχὴ μνησικάκου· δένδρον ἄκαρπον, ἀσκητὴς ἀνελεήμων· &c; *sextus*, Οἱ δὲ πειρασμοὶ οἱ γινόμενοι ἐκ τῆς παραχωρήσεως τοῦ Θεοῦ, &c.

Decimo nonò, & quidem à fol. 284 pag. 1 usque ad fol. 292 pag. 2, ex *S. Basilij Magni Libro seu Tractatu ad Letoium Melitenæ in Cappadociâ Episcopum* περὶ τῆς ἐν παρθενίᾳ ἀληθοῦς ἀφθορίας *sive de verâ Virginitatis integritate Excerpta quædam*, quorum principiũ: (2) Οὐκ ἂν οὐδὲ σοῦ ὀφθαλμοὺς πρὸς πάσαν ἁπλῶς τὴν τῶν ὁρατῶν θεωρίαν ἀναπετάσει, &c.

Vigesimo, & quidem à fol. 292 pag. 2 usque ad fol. 304 pag. 2, *Fragmenta Sermonum quorundam asceticorum* τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Φιλοθέου, sive *Sancti Patris nostri* Philothei, qui Libro quarto horum Commentariorum in Codice CLVI num. 13 appellatur *Monachus Sinaita*, & idem videtur esse atque *Philotheus* ille, (3) qui ferè à pueritiâ vitæ monasticæ addictus, eruditione & sanctimoniâ vitæ adeò inclaruit, ut primùm quidem *Præpositus seu Abbas Monasterij in monte Atho*, deinde autem *Episcopus Heracleæ in Thraciâ*, ac tandem (4) *Patriarcha Constantinopolitanus* electus sit. Vide etiam suprà eundem hunc Codicem num. 11, & Codicem CCXXXIV num. 13 & 14.

CCXXXIX.

Ducentesimus trigesimus nonus (5) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *membranaceus* antiquus & bonæ notæ in *quarto*, in principio & fine mutilus, constátque nunc folijs *octoginta quinque*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim pertinuit. Continentur eo *B. Dorothei Archimandritæ* sive

(1) *Vide suprà Codicem CCXXXV num. 1.*

(2) *Vide Operam S.* Basilij Magni *editionem græco-latinam Parisi. Tom. 1 pag. 710, atque Lib. III horum Commentar. pag. 133 & 136.*

(3) *Vide* Joannis Cantacuzeni *Historiam Byzantinam Lib. 4 cap. 16.*

(4) *Vide Lib. IV horum Commentar. pag. 60, ubi agitur de Codice CXI, num. 4.*

(5) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* septuagesimus secundus.

sive Abbatis Doctrinæ asceticæ decem, quarum (1) *prima de Humilitate* in principio est mutila; (2) *secunda* autem *De Conscientiâ* incipit: Ὅτε ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον &c; (3) *tertia De Divino Timore*, Λέγει ἐν ταῖς καθολικαῖς &c; (4) *quarta, Quod nemo debet suæ prudentiæ confidere*, Ἐν ταῖς παροιμίαις λέγει &c; (5) *quinta De non judicando proximum*, Εἰ ἐμνημονεύομεν &c; (6) *sexta De reprehensione sui ipsius*, Ζητήσωμεν ἀδελφοὶ &c; (7) *septima De simultate*, Εἶπε τὶς τῶν γερόντων &c; (8) *octava De Mendacio*, Θέλω ὑμᾶς ὑπομνῆσαι &c; (9) *nona De Renunciatione*, Ἐν ἀρχῇ ὅτε ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον &c; (10) *decima de passionibus citò præcidendis, priusquam anima habitum malum contrahat*, Θέτε τὸν νοῦν ὑμῶν ἀδελφοὶ &c. Vide etiam proximè præcedentem Codicem CCXXXVIII num. 6.

CCXL.

Ducentesimus quadragesimus (11) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in *folio*, constátque nunc folijs *ducentis quadraginta septem*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus *Constantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 2 usque ad fol. 10 pag. 2, *S. Barsanuphij, Anachoretæ Palæstini, Quæstiones & Responsiones variæ asceticæ*, quarum titulus & principium: Ἐκ τῶν ἐρωτήσεων τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Βαρσανουφίου. Ἐρώτησις. Πῶς ἔστι καθίσαι ἐν τῷ κελλίῳ; Ἀπόκρισις. Τὸ καθίσαι ἐν τῷ κελλίῳ, ἐστὶ τὸ μνημονεύειν τινὰ τῶν ἰδίων ἁμαρτιῶν καὶ κλαίειν αὐτὰς &c. Vide etiam Librum *quartum* horum Commentariorum pag. 189, ubi agitur de Codice CLXXIX num. 3.

Secundò, & quidem à fol. 10 pag. 2 usque ad fol. 17 pag. 1, *Nicephori Monachi Oratio ascetica de custodiâ mentis & cordis*, cujus titulus & principium: Νικηφόρου μοναχοῦ λόγος ὠφελείας μεστὸς περὶ φυλακῆς νοῦ καὶ καρδίας. Ὅσοι τῆς μεγαλοπρεποῦς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ θεϊκῆς φωτοφανείας τυχεῖν ἐρωτικῶς ἔχετε, &c. Vide etiã suprà Codicem CCXXXIV num. 23. Notandum autem est, huic Orationi insertas esse varias insignes *Narrationes & Sententias asceticas ex Vitis Patrum*, inter quas etiam est *Narratio* (12) *de Diocleto Abbate*, cujus jam suprà est facta mentio in Codice CCXXXVII, num. 23.

Ter-

(1) *Hæc est inter B. Dorothei Doctrinas asceticas, Tomo undecimo Magnæ Bibliothecæ Veterum Patrũ græco-latinæ Parisiensis insertas*, Doctrina secunda, *pag.* 760.

(2) *Vide ibid. pag.* 766, *ubi hæc est* Doctrina tertia.

(3) *Vide ibid. pag.* 769, *ubi hæc est* Doctrina quarta.

(4) *Vide ibid. pag.* 778, *ubi hæc est* Doctrina quinta.

(5) *Vide ibid. pag.* 784, *ubi hæc est* Doctrina sexta.

(6) *Vide ibid. pag.* 790, *ubi hæc est* Doctrina septima.

(7) *Vide ibid. pag.* 796, *ubi hæc est* Doctrina octava.

(8) *Vide ibid. pag.* 800, *ubi hæc est* Doctrina nona.

(9) *Vide ibid. pag.* 748, *ubi hæc est* Doctrina prima. *Et certè est hæc* Doctrina *re verâ* prima, *licet in hoc Codice MSto ea sit* decimo *loco collocata. Habet enim etiam sibi præfixum eundem illum* longum & generalem Titulum, *qui exstat in jam citatâ editione universâ.*

(10) *Vide ibid. pag.* 811, *ubi hæc est* Doctrina undecima.

(11) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* centesimus nonagesimus septimus.

(12) *Ita is ibi quoque appellatur; nempe* Διόκλητος *sive* Diocletus, *non autem* Diocles.

Tertiò; & quidem à fol. 17 pag. 1 usque ad fol. 32 pag. 2, *Hesychij Presbyteri Hierosolymitani ad Theodulum Capita ducenta de Temperantiâ & Virtute*, quorum titulus & principium: Ἡσυχίου πρεσβυτέρου πρὸς Θεόδουλον λόγοι ψυχωφελεῖς περὶ νήψεως καὶ ἀρετῆς, ἤγουν κεφάλαια διακόσια, τὰ λεγόμενα ἀντιρρητικὰ καὶ εὐκτικά. Κεφάλαιον α΄. Νῆψίς ἐστι μέθοδος πνευματικὴ &c. Vide suprà Codicem CCXXXIV num. 12.

Quartò, & quidem à fol. 33 pag. 1 usque ad fol. 53 pag. 1, S. *Diadochi, Photices in Veteri Epiro sive Illyrico Episcopi, Capita centū ascetica de Perfectione spirituali, cum Definitionibus decem, Prœmij loco præfixis*, quorum titulus & principium: Τοῦ *μακαρίου* Διαδόχου, Ἐπισκόπου Φωτικῆς τῆς Ἠπείρου, διὰ ποίας δὴ γνώσεως & cætera, ut in Codice CLVIIIvo, de quo Libri *quarti* horum Commentariorum paginâ 151 actum est.

Quintò, & quidem à fol. 53 pag. 2 usq; ad fol. 84 pag. 1, *S. Macarij Ægyptij sive Scetensis Capita ascetica centum septuaginta, metaphrasi illustrata à Symeone Logothetâ*; quorum titulus & principium: Κεφάλαια τοῦ ἁγίου Μακαρίου μεταφρασθέντα παρὰ Συμεὼν τοῦ Λογοθέτου. Κεφάλαιον α΄. Χάριτι μὲν καὶ δωρεᾷ τοῦ Πνεύματος θείᾳ ἕκαστος ἡμῶν τὴν σωτηρίαν ποριζεται, &c. Eadem *S. Macarij Capita* exstant etiam suprà in Codice CCXXXIV, sed absque mentione *Symeonis Metaphrastæ*. Meminit quoque eorundem Capitum *Leo Allatius* in Diatribâ de *Symeonum* Scriptis pag. 132 his verbis: *Ut Symeon Metaphrastes magis ac magis pietatem & religionem Christianorum animis excitaret, Capita quædam perbrevia, sententijs non tàm concinnis & venustis, quàm gravibus & severis referta, tùm ex suo, tùm ex aliorum penu concinnavit, eáq; elegantissima. E suo sunt* Γνωμικὰ κεφάλαια ρλα΄, hoc est, Sententiosa Capita centum triginta unum; quorum illud est principium: Ὁ γὰρ σύμφων ἐν καιρῷ λόγος τοῦ ἀπαλωτέρου βελτίω κατὰ πολύ. *Ex aliorum hæc, quæ sequuntur:* Κεφάλαια τοῦ ὁσίου καὶ θεοφόρου Πατρὸς ἡμῶν ΜΑΚΑΡΙΟΥ τοῦ ΑἸΓΥΠΤΙΟΥ ἐκ τῶν αὐτοῦ λόγων παραφρασθέντα (*vide studium & conatus Symeonis.*) ὑπὸ τοῦ Λογοθέτου τοῦ Μεταφραστοῦ ρν΄ *hoc est: Capita Sancti & Deiferi Patris nostri MACARII ÆGYPTII ex illius sermonibus paraphrasi exposita à Logotheta Metaphraste centum quinquaginta. Principium:* Χάριτι μὲν καὶ δωρεᾷ τοῦ Πνεύματος θείᾳ ἕκαστος ἡμῶν τὴν σωτηρίαν ποριζεται, πίστει δὲ καὶ ἀγάπῃ, ἀγω-

γι τε περὶ αἱρέσεως αὐτεξουσίου τοῦ τελείου μέτρου τῆς πνευματικῆς ἡλικίας ἐφικέσθαι δύναται. &c. *Horum Capitum Macarij à Metaphraste metaphrasi exornatorum mentio fit in eclogis testimoniorum Patrum adversus Barlaamum & Acyndinum & eorum hæreses.* Hucusq; *Allatius.*

Sextò, & quidem à fol. 84 pag. 1 usque ad fol. 127 pag. 2, *Nicetæ*, *Monachi & Presbyteri Monasterij Studitarum*, *cognomine Stethati sive Pectorati*, *Capitum asceticorum Centuriæ tres*, quarum *prima* inscribitur atque incipit hoc modo: ΝΙΚΗΤΑ, ταπεινοῦ μοναχοῦ καὶ πρεσβυτέρου τῆς εὐαγεστάτης μονῆς τῶν Στουδίτων, τοῦ Στηθάτου, πρώτη πρακτικὴ κεφαλαίων ἑκατοντάς. Κεφάλαιον α΄. Τέσσαρας οἴομαι τὰς αἰτίας ἐν τριάδι τελείᾳ τῶν ἀρετῶν &c; *secunda*, (1) Δευτέρα ἑκατοντὰς περὶ τῆς τοῦ νοὸς καθάρσεως. Κεφάλαιον α΄. Ἀρχὴ μὲν ἀγάπης Θεοῦ, τῶν ὁρωμένων καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων ἡ καταφρόνησις, &c; *tertia*, Τρίτη ἑκατοντὰς κεφαλαίων περὶ ἀγάπης καὶ τελειώσεως βίου. Κεφάλαιον α΄. Νοῦς ἀπαθὴς ἐστιν ὁ Θεὸς ὑπὲρ πάντα νοῦν καὶ πᾶσαν ἀπάθειαν &c. Hic autem est idem ille *Nicetas Stethatus*, *Monachus Studita*, qui synchroni Patriarchæ Constantinopolitani *Michaelis Cerularij* autoritatem & exemplum secutus, *adversus Romanam Ecclesiam* scripsit atq; edidit *Librum schismaticum de Processione Spiritûs Sancti ex solo Patre, de Azymis, de Jejunio Sabbati & de nuptijs Sacerdotum*; quem ipse resipiscens posteà damnavit, & *Imp. Constantinus Monomachus*, *Humberti Cardinalis* cæterorúmq; Sedis Apostolicæ Legatorum hortatu, Constantinopoli publicè jussit comburi. Quâ de re vide *Card. Baronij* Annal. Ecclesiast. Tom. XImum, an. 1054 num. 20 & 21; item *Leonis Allatij* de Eccles. Occident. & Oriental. perpetuâ Consensione lib. 2 cap. 9 § 6, & R.P. *Philip. Labbei* Chronologiam Historicam an. 1053 & 1054.

(1) *Vide suprà Codicem CCXXXVII num. 27, ubi Autor horũ Capitum asceticorum vocatur* Στηθείτης *seu potiùs* Στηθίτης.

Septimò, & quidem à fol. 128 pag. 1 usque ad fol. 170 pag. 2, *S. Isaaci Syri, Anachoretæ & Abbatis, Sermones ascetici varij*, quorum *primus* inscribitur atq; incipit hoc modo: Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ἰσαὰκ τοῦ ἀναχωρητοῦ καὶ ἀσκητοῦ, τοῦ Σύρου, λόγος περὶ ἀποταγῆς καὶ μοναχικῆς πολιτείας. Ψυχὴ ἡ τὸν Θεὸν ἀγαπῶσα &c. Vide etiam suprà Codicem CCXXXV num. 1.

Octavò, & quidem à fol. 171 pag. 1 usq; ad fol. 198 pag. 2, *S. Maximi ad Elpidium Presbyterum Capita quadringenta de Charitate*, quorum titulus & principium: Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ἀββᾶ Μαξίμου ἐπιστολὴ πρὸς Ἐλπίδιον πρεσβύτερον. Ἰδοὺ πρὸς τῷ περὶ

ἀσκη-

ἀσκητικοῦ βίου λόγῳ, καὶ τὸν περὶ ἀγάπης πέπομφα λόγον &c. Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Μαξίμου τοῦ ὁμολογητοῦ πρὸς Ἐλπίδιον πρεσβύτερον περὶ ἀγάπης ἑκατοντὰς α΄. Κεφάλαιον α΄. Ἀγάπη μέν ἐστι διάθεσις ψυχῆς ἀγαθή, καθ' ἣν &c. Vide etiam suprà Codicem CCXXXIV num. 19.

Nonò, & quidem à fol. 198 pag. 2 usq; ad fol. 222 pag. 2, *S. Maximi Capitum de Theologiâ & Filij Dei in carne oeconomiâ Capita ducenta quindecim*, quorum *primum* incipit his verbis: Εἷς Θεὸς ἄναρχος, ἀκατάληπτος, &c. Vide Librum *quartum* horum Commentariorum pag. 211 & 213, ubi agitur de Cod. CXCIV num. 3 & de Cod. CXCVI num. 2; item Librum hunc quintum pag. 80, ubi agitur de Cod. CCXXXV num. 16.

Decimò, & quidem fol. 222 pag. 2, *Narratio supposititia & fabulosa sub nomine S. Pauli Apostoli de Exorcismo viperarum*, à *S. Michaele Archangelo* per somnum ipsi revelato, postquam naufragus appulit in insulam *Melitam* sive *Maltam*, & vipera ex sarmentis, quæ pyræ frigoris causâ accensæ imposuerat, prorumpens, in manum ejus insiluit. Ipsa tituli græci verba cum Principio primæ hujus *Narrationis* sunt hæc: Εὐχὴ τοῦ ἁγίου ΠΑΥΛΟΥ εἰς τὸν δάκνοντα ὄφιν. Ἐν ὀνόματι τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Ἐγὼ ΠΑΥΛΟΣ διώκτης καὶ λιθοβολιστὴς γέγονα τῶν τιμίων σκευῶν, καὶ ἐξῆλθον ἐν τῷ θέρει μου εἰς (1) Σικελίαν, καὶ συνάξας φρυγάνων πλῆθος &c. Sequitur deinde *formula Exorcismi* his verbis: Ἐξορκίζω ὑμᾶς τὰς ἑξήκοντα πέντε γενεὰς τῶν θηρίων τῶν ἑρπόντων ἐπὶ τῆς γῆς &c. Occasio fingendæ hujus fabulæ desumpta est ex ijs, quæ de *S. Pauli Apostoli naufragio* verè narrantur in *Actis Apostolorũ* cap. 27 & 28, quippe ubi *S. Paulus* omnes secum navigantes consolatur his verbis: *Astitit mihi hâc nocte ANGELUS DEI, cujus sum ego, & cui deservio, dicens: Ne timeas Paule; Cæsari te oportet assistere, & ecce donavit tibi Deus omnes, qui navigant tecum. Propter quod bono animo estote Viri; credo enim Deo, quia sic erit. In Insulam autem quandam oportet nos devenire.* Annumeranda igitur est futilis illa *Narratio* reliquis sub *S. Pauli* nomine confictis & divulgatis Scriptis supposititijs, de quibus distinctè & copiosè agit *Sixtus Senensis* Bibliothecæ Sanctæ libro secundo.

(1) Perperàm hîc Sicilia confunditur cum insulâ Melitâ sive Maltâ.

Undecimò, & quidem fol. 222 pag. 2, anonymi cujusdam synchroni Autoris *Annotatiuncula chronologica de magno terræ motu*, qui fuit *Constantinopoli* anno Mundi secundùm supputationem Ec-

clesiæ Constantinopolitanæ 6908, sive anno Æræ Christianæ vulgaris 1400, mense Januario, Indictione octavâ, sub *Imp. Manuele Imp. Joannis Palæologi filio.* Ipsa verba græca sunt hæc: Ἐγένετο σεισμὸς μέγας ἐπὶ τῆς βασιλείας τοῦ εὐσεβεστάτου Βασιλέως κυρίου Μανουὴλ, υἱοῦ Ἰωάννου τοῦ Παλαιολόγου ἐπὶ ἔτους ,ϛ ϡ ή, μηνὶ Ἰανουαρίῳ, ἰνδικτιῶνι ή.

Duodecimò, & quidem à fol. 223 pag. 1 usq; ad fol. 237 pag. 1, *ex Joannis Cassiani, Eremitæ, patriâ Romani, ad Castorem Episcopum Libris quatuor de Institutis & Regulis Cœnobiorum Ægypti & Orientis*, ab ipso *latinè* scriptis, ut & *ex ejusdem Libris octo ad eundem de octo primarijs Cogitationibus vitiosis*, ab ipso itidem *latinè* scriptis, anonymi cujusdam Autoris *Epitome græca*, cujus titulus & principium: Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ἀββᾶ ΚΑΣΣΙΑΝΟΥ τοῦ ῬΩΜΑΙΟΥ πρὸς Κάστορα Ἐπίσκοπον περὶ διατυπώσεως κανόνων τῶν κατὰ τὴν Αἴγυπτον καὶ Ἀνατολὴν κοινοβίων καὶ τῆς τούτων διαγωγῆς· καὶ περὶ τῶν ὀκτὼ λογισμῶν. Ἐπειδή μοι προσέταξας, μακαριώτατε Πάτερ Κάστορ, &c. *Liber* autem *de præcipuis octo Cogitationibus vitiosis* inscribitur atq; incipit separatim hoc modo: Τοῦ αὐτοῦ περὶ τῶν ὀκτὼ λογισμῶν, Γαστριμαργίας, Πορνείας, Φιλαργυρίας, Ὀργῆς, Λύπης, Ἀκηδίας, Κενοδοξίας, καὶ Ὑπερηφανίας. Πρώην τὸν περὶ διατυπώσεως κοινοβίων συντάξαντες λόγον, &c. Plura de hâc *Joannis Cassiani Librorum asceticorum antiquâ Epitome græcâ* vide Libro *quarto* horum Commentariorum, ubi agitur de Codice CLXVto num. 4; nec ulla hujus Codicis MSti CCXLmi, utpote tunc temporis nondum mihi satis cogniti, fit mentio.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 238 pag. 1 usq; ad fol. 245 pag. 2, *S. Nili de Cogitationibus & statu Apathiæ sive Impassibilitati proximo Capita viginti octo*, quorum titulus & principium: Τοῦ ἁγίου Νείλου περὶ λογισμῶν καὶ καταστάσεως ἐγγιζούσης τῇ ἀπαθείᾳ κεφάλαια κή. Κεφάλαιον ά. Τῶν ἀντικειμένων δαιμόνων τῇ πρακτικῇ &c. Vide suprà Codicem CCXXXVII num. 7.

Decimo quartò, & quidem à fol. 246 pag. 1 usq; ad fol. 247 pag. 1, *Flavij Josephi Liber de Maccabæis sive de Imperio Rationis in passiones*; cujus titulus & principium: Ἰωσήπου εἰς τοὺς Μακκαβαίους, αὐτοκράτορα τῶν παθῶν λογισμὸν εἶναι. Φιλοσοφώτατον λόγον ἐπιδείκνυσθαι μέλλων, εἰ αὐτοκράτωρ ἐστὶ τῶν παθῶν ὁ λογισμὸς, &c. Pertingit autem illud Opusculum ibi tantùm usq; ad *finem Proœmij*, qui ab editionibus impressis

pressis discrepans, est talis: (1) Δυνατὸς γὰρ ὁ σώφρων τοὺς νικῆσαι τὰς τῶν παθῶν ἀνάγκας, καὶ σβέσαι τὰς τῶν οἴστρων φλεγμονὰς, καὶ τὰς τῶν σωμάτων ἀλγηδόνας καθ' ὑπερβολὴν οὔσας καταπαλαῖσαι, καὶ τῇ καλοκαγαθίᾳ τοῦ λογισμοῦ ἀποπτύσαι πάσας τὰς τῶν παθῶν ἐπικρατείας· τὸ γὰρ ἐπὶ μικροῖς καὶ μεγάλοις παρανομεῖν, ἰσοδύναμοί ἐστι· δι' ἑκατέρου γὰρ ὡσαύτως ὁ νόμος ὑπερηφανεῖται.

C C X L I.

Ducentesimus quadragesimus primus (2) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *membranaceus* pervetustus & optimæ notæ in octavo, sed in principio & fine mutilus, constátq; nunc folijs *centum quadraginta sex.* Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usq; ad fol. 136 pag. 2, *Joannis Patriarchæ Antiocheni Eclogæ ascetica*, ex variorum Sanctorum Patrum aliorúmq; Scriptorum Ecclesiasticorum Operibus collectæ, & in *duas Partes* divisæ, quarum *primâ* agitur *de Meditatione mortis & extremi Judicij*, *secundâ* autem *de Oratione*, *Psalmodiâ & sacrâ Synaxi.* Titulus & principium *Partis primæ* desunt; *secunda* autem inscribitur atq; incipit hoc modo: Ἀρχὴ τῆς δευτέρας ὑποθέσεως. Περὶ εὐχῆς καὶ ψαλμῳδίας κεφάλαια διάφορα ἀπὸ ἁγίων Πατέρων καὶ διδασκάλων. In fine etiam ejusdem *partis secundæ* fit *Joannis Patriarchæ Antiocheni*, tanquam *Autoris harum Eclogarum*, mentio his verbis: Τέλος τῆς βίβλου τοῦ μακαριωτάτου Πατριάρχου Ἀντιοχείας κυρίου Ἰωάννου, τοῦ ἐν τῇ Ὀξείᾳ. Idem quoq; *Patriarcha Joannes* intelligendus ibidem est in fine Partis primæ, nempe fol. 78 pag. 1, ubi simpliciter tantùm appellatur *Sanctissimus Patriarcha*, & vitæ suæ exitum complorat his verbis: Τοῦτο τοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρχου. Ἐγὼ δὲ ὁ ταῦτα γράφων οἶδα μέν; ὅτι μετὰ ἀπὸ τοῦ βίου ἔξοδον &c. Item fol. 100 pag. 1, ubi agitur *de Oratione:* Τοῦτο τοῦ Πατριάρχου. Οἴμοι ἐγὼ τί ποιήσω; νοήματι πάντοτε προσευχόμενος, οὐ δυνήσομαι καθαρῶς προσεύξασθαι, ἐμπλεκόμενος πράγμασι λαϊκοῖς &c. Cæterùm quod ad *Autores* attinet, ex quorum Scriptis *Eclogæ* istæ desumptæ sunt, ij ordine alphabetico sunt hi: *Ammonas* Abbas; *S. Anastasius Sinaita*, Patriarcha Antiochenus, qui fol. 123 pag. 2, citatur hoc modo: Τοῦ ἁγίου Ἀναστασίου Πατριάρχου Ἀντιοχείας ἐκ τῶν πρὸς Σέργιον Σχολαστικὸν ε' κεφαλαίων. Ὁ τὸν ἄξιον ἱερωσύνης τιμῶν &c; *Andreas*, Cæsareæ in Cappadociâ Archiepiscopus, qui fol. 38 pag. 2 citatur hoc modo: Ἀνδρέου Ἀρχιεπισκόπου Καισαρείας

(1) *Vide Operum* Flavij Josephi *editionē græco-latinam Genevensem Roverianam A. 1611 in folio pag. 1087; ubi ultima hæc verba*, τὸ γὰρ ἐπὶ μικροῖς *&c*, *omninò desunt.*

(2) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* ducentesimus decimus quartus.

ρείας Καππαδοκίας ἐκ τοῦ θεραπευτικῆς δευτέρας βίβλου. Ἐρώτησις. Πῶς αἱ ψυχαὶ μετὰ τὴν ἐκδημίαν τοῦ σώματος ἀπέρχονται; &c; *Antonius*, autor *Melissæ*; S. *Athanasius*, qui fol. 46 pag. 1 citatur hoc modo: Ἐκ τῶν κατὰ πεῦσιν καὶ ἀπόκρισιν τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου. Ἐρώτησις, (1) Ποῦ ἄρα εἰσὶν αἱ παραλαβοῦσαι τῶν ἀνθρώπων ψυχαί; &c; S. *Barsanuphius*, Anachoreta Palæstinus; S. *Basilius* Magnus; S. *Diadochus*, Photices in Veteri Epiro sive Illyrico Episcopus; *Dorotheus* Archimandrita sive Abbas; S. (2) *Ephraim* Syrus; *Esaias* Abbas; *Evagrius* περὶ κενοδοξίας sive *de vanâ gloriâ*, fol. 133 pag. 2; *Georgius Pisides*; *Gerasimus*, cujus notabilis locus *de Incendio montis Vesuvij sub Imp. Tito*, & *de causâ ignium subterraneorum secundùm opinionem Christianorum tunc temporis viventium*, ut & *de Inferno Platonico secundùm Platonis Phædonem* sive *Dialogum de Immortalitate animarum*, citatur fol. 67 pag. 2, hoc modo: Ἐκ τοῦ χρονογράφου Γερασίμου. Ἐπὶ Τίτου Βασιλέως Ῥωμαίων τὸ (3) Βέσιον ὄρος ἐν τῇ δύσει κατακορυφῆς ῥαγὲν πῦρ ἀνέβλυσε τοσοῦτον, ὡς καταφλέξαι τὴν παρακειμένην χώραν σὺν ταῖς πόλεσιν· ὅπερ θεασάμενοι οἱ ἕλληνες καὶ καταπλαγέντες ἠρώτησαν τινὰς τῶν ἐλλογίμων χριστιανῶν, πῶς καὶ πόθεν ἐξῆλθε τὸ πῦρ &c; S. *Gregorius* Nazianzenus; S. *Gregorius* Magnus, primus ejus nominis Pontifex Romanus, cujus citantur *Dialogi*; S. *Joannes Chrysostomus*; *Joannes Cassianus* de Patribus Scetensibus; *Joannes Climacus*; *Joannes Carpathius*; *Joannes Moschus*, autor *Limonarij* sive *Prati spiritualis*; S. *Isaacus Syrus*; *Isidorus Pelusiota*, cujus ibi aliquot exstant *Epistolæ*, fol. 64, 120, 121; *Justinus* Philosophus & Martyr; S *Macarius*; *Marcus* Eremita; S. *Maximus*, Monachus & Martyr; *Michael Psellus*; S. *Nilus*; *Theodorus Studita*. Exstant insuper inter easdem Eclogas etiam alia quædam Excerpta miscellanea: nempe ἐκ τῶν Ἀποστολικῶν διατάξεων, sive, *ex Apostolicis Constitutionibus*; ἐκ τοῦ Γεροντικοῦ, sive, *ex Opere de Vitis Patrum*; ἐκ τῶν Πατρικίου τοῦ τῆς Προύσης Ἐπισκόπου περὶ τῶν αὐτοφυῶν θερμῶν, sive, *ex Actis Martyrij S. (4) Patricij, Prusæ in Bithyniâ Episcopi, de causâ nativi caloris Thermarum*, fol. 68 pag. 2; ἐκ τοῦ βίου τοῦ ἁγίου Μακαρίου τοῦ Αἰγυπτίου, sive, *ex Vitâ S. Macarij Ægyptij* fol. 41 p. 2; ἐκ τοῦ βίου τοῦ ἁγίου Συμεὼν τοῦ Θαυματουργοῦ, sive *ex Vitâ (5) S. Symeonis Thaumaturgi* sive *Stylitæ Senioris* fol. 128 pag. 1.

Secun-

(1) *In Operum* S. Athanasij *editione gr. lat. Paris. Tom. II pag.* 337 *est hæc inter* Quæstiones ad Antiochum decima nona.

(2) *Vide ibi inprimis fol.* 75 *pag.* 1 *& deinceps usque ad fol.* 77 *pag.* 2, *ubi* Testamentum *ipsius citatur hoc modo*· Τοῦ ἁγίου Ἐφραὶμ ἐκ τῆς τελευταίας αὐτοῦ παραινέσεως. Ἐμφόβως ὑμᾶς ὁρκῶ ἀδελφοὶ ὅσιοι, κάτοικοι πόλεως Ἐδέσσης, &c

(3) *Ita ibi perperàm scriptum est*; *nempe* Βέσιον *pro* Βέσβιον, *ut legitur apud* Plutarchum Galenum, Georgium Cedrenum, *& alios. Quâ de re vide plura in* Abrahami Ortelij *Thesauro Geographico lit. V. ubi agitur de* Vesevo *sive* Vesuvio *monte. & apud* Philip. Cluverium *Italiæ Antiquæ lib.* 4 *cap.* 3, *pag.* 1157 *&* 1158, (4) *Vide Martyrolog. Roman. & Menæa Græcorum d.* 28 *Aprilis*, (5) *Memoria ejus celebratur in* Martyrologio Romano *die quinto Januarij, in* Menæo *autem* Græcorum *die primo Septembris. Vide etiam suprà pag.* 94, *& infrà pag.* 156.

Secundò, & quidem à fol. 136 pag. 2 usque ad fol. 139 pag. 2, (1) *Manuelis Ducæ, Despotæ Epiri & Thessaliæ, Epistola ad* (2) *Germanum, secundum ejus nominis Patriarcham Constantinopolitanum*, quâ ipsum maximis laudibus ad cælum extollit, simul etiam rogat, ut Imperatorem Constantinopolitanum (3) *Joannem Ducam* sibi reconciliet, & *Ecclesijs* sub ditione suâ *viduis* idoneos Episcopos præficiat. Ipsa tituli græci verba unà cum principio Epistolæ sunt hæc: Πιττάκιον τοῦ πανευτυχεστάτου Δεσπότου, κυρίου ΜΑΝΟΥΗΛ τοῦ ΔΟΥΚΑ πρὸς τὸν παναγιώτατον καὶ οἰκουμενικὸν Πατριάρχην κύριον ΓΕΡΜΑΝΟΝ. Παναγιώτατε Δέσποτα, καὶ τῶν ἐν τῇ οἰκουμένῃ χριστιανῶν ἀπλανέστατε ὁδηγέ. Οἱ μὲν τοῦ ἡλίου δρόμοι τοῦ μεγάλου καὶ φασφόρου, οὐ τὴν θέρμην οὐδεὶς ἰσχύει ἀποκρυβῆναι, νυκτὸς ὅσον παρ' ἡμῖν, καὶ τῇ ἡμετέρᾳ αἰσθήσει καὶ καταδύονται καὶ ἀποκρύπτονται, &c.

Tertiò, & quidem à fol. 139 pag. 2 usque ad fol. 144 pag. 2, *Germani, secundi ejus nominis Patriarchæ Constantinopolitani, Epistola ad Manuelem Ducam, Despotam Epiri & Thessaliæ*, quâ Epistolæ ipsius respondens, significat, se loco & nomine suo ad ipsum mittere *Christophorum Metropolitam Ancyranum*, ut is coràm cum ipso agat de ijs rebus, quas desideraverat. Ipsa tituli græci verba cum principio Epistolæ sunt hæc: Ἀντίγραμμα τοῦ ἁγιωτάτου καὶ οἰκουμενικοῦ Πατριάρχου κυρίου ΓΕΡΜΑΝΟΥ πρὸς τὸν Δεσπότην κύριον ΜΑΝΟΥΗΛ τὸν ΔΟΥΚΑΝ. Ἡττήμεθα νὴ τὰς σὰς ἀριστείας, ἡττήμεθα, πανευτυχέστατε Δέσποτα, ἧτταν ἀνέλπιστον, &c. *Metropolitæ* autem *Ancyrani* in eâdem Epistolâ fit mentio perhonorifica his verbis: Τὸν παρόντα ἱερώτατον ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΤΗΝ ἈΓΚΥΡΑΣ, ἐν Κυρίῳ ἀγαπητὸν ἀδελφὸν καὶ συλλειτουργὸν τῆς ἡμῶν μετριότητος, συνοδικῇ σκέψει καὶ συμβουλίᾳ ἐξαπέστειλα, τὸν τόπον τῆς ἡμῶν μετριότητος ὀφείλοντα ἐκπληροῦν ἐν πᾶσι πρακτέοις τῷ θρόνῳ τῷ πατριαρχικῷ προσαρμόζουσιν· ἄνδρα θεοφιλῆ, πρᾳότητος ἀπεικόνισμα, ἄκακον, εὐθῆ, ἁπλοῦν, ἄβατον τῆς πολυειδοῦς κακίας τοῖς ἴχνεσι, τὸ ὅλον εἰπεῖν ἐπισκοπῆς θείας διηνεκῶς ἀξιούμενον. &c.

Quartò, & quidem à fol. 144 pag. 2 usque ad fol. 146 pag. 2, ejusdem *Germani Patriarchæ Constantinopolitani Mandatum seu* (4) *Commonitorium Synodale*, traditum *Christophoro Metropolitæ Ancyrano*, cùm is ex (5) *Synodo Nicænâ*, A.C. 1232 celebratâ, tanquam

Lega-

(1) *Plura de eo vide in* Georgij Acropolitæ *Historiâ Byzantinâ, pag.* 13; 23; 33 *& 34 editionis Regiæ Parisiensis græco-latinæ in folio.*

(2) *Cœpit is esse Patriarcha Constantinopolitanus A.* C. 1222, *& A.* 1240 *obijt. Vide* Georgiũ Acropolitam *pag.* 39, *& Lib.* III *horũ Commentar. pag.* 118.

(3) *Cœpit is imperare A.* C. 1222, *& A.* 1255 *obijt.*

(4) *De Epistolis Ecclesiasticis, quæ vocantur* Literæ Commonitoriæ *seu* Memoriales, *quibúsq; Legati alijve Nuncij, quid in susceptâ Legatione debeant agere, per singula admonentur, vide* Francisci Bernardini Ferrarij *eruditissimum Opusculum* de Antiquo Ecclesiasticarum Epistolarum Genere, *Mediolani A.* 1613 *in octavo editum, lib.* 2 *cap.* 11. *Eadem literæ appellantur etiam* Commonitorium. (5) *Vide etiam Lib.* III *horum Commentar. pag.* 118.

Legatus Patriarchalis ad *Manuelem Ducam, Despotam Epiri & Thessaliæ*, esset profecturus; cujus titulus & principium: Τὰ ἐντάγματα τῆς ἐξαρχίας τοῦ (1) Ἀγγύρας. Μηνὶ Αὐγούστῳ, ἡμέρᾳ ϛ', ἐπινεμήσει ε', συνοδικῶς προκαθημένου τοῦ παναγιωτάτου Δεσπότου ἡμῶν καὶ οἰκουμενικοῦ Πατριάρχου κυρίου ΓΕΡΜΑΝΟΥ ἐν τῷ κατὰ τὴν ἁγιωτάτην μητρόπολιν Νικαίας θόλῳ τῷ ἄνω, συνεδριαζόντων τῇ μεγάλῃ ἁγιωσύνῃ αὐτοῦ ἱερωτάτων Ἀρχιερέων, τοῦ Ἀγγύρας τῆς Γαλατῶν ἐπαρχίας ΧΡΙΣΤΟΦΟΡΟΥ, τοῦ Νικομηδείας καὶ ἐξάρχου πάσης Βιθυνίας Ἰωάννου, τοῦ Ἀμάστριδος Νικολάου, τοῦ Σερρῶν Βασιλείου, τοῦ Λοπαδίου καὶ Μελιτοπόλεως Ἀγαπητοῦ, Λέοντος τοῦ Προύσης, τοῦ Ποντο-ἡρακλείας Νικηφόρου, τοῦ Πομπηιουπόλεως Λέοντος, τοῦ Προικοννήσου Βασιλείου, τοῦ Διδυμοτοίχου Γεωργίου, παρισταμένων καὶ θεοφιλεστάτων Δεσποτῶν ἀρχόντων. Καιρὸς τοῦ βαλεῖν λίθους, καὶ καιρὸς τοῦ συναγαγεῖν λίθους, &c. Notandum autem hîc *primò* est, *annum Synodi Nicænæ*, sub Patriarchâ Constantinopolitano *Germano Secundo* celebratæ, satis clarè ac certò indicari per *Indictionem quintam*. In *Jure* enim *Græco-Romano*, à *Joanne Leunclavio* collecto & à *Marquardo Frebero* edito, Tom. 1 pag. 232, 233, 234 & 235, exstat *Diploma* quoddam ejusdem Patriarchæ *Germani*, in cujus fine legitur illud datum esse τῷ μηνὶ Ἰουλίῳ, ἐπινεμήσει η' ἔτους ,ϛψμγ', hoc est, *mense Julio, Indictione octavâ anni Mundi* 6743; qui cùm sine ullâ controversiâ respondeat *anno Christi* 1235, necessariò sequitur, *diem sextum Augusti Indictionis quintæ* respondere *anno Christi* 1232, eodémque *anno Christi* etiam promulgatum esse alterum illud ejusdem Patriarchæ *Germani Diploma*, quod exstat in eodem suprà citato *Jure Græco-Romano* Tom. 1 pag. 235 & 236, &, sine mentione anni Mundi, hanc tantùm habet notationem temporis μηνὶ Ἰουνίῳ ἐπινεμήσεως ε', hoc est, *mense Junio Indictionis quintæ*. Unde porrò etiam apparet, Diploma hoc ibi perperàm alteri Diplomati esse postpositum, cùm re verâ altero sit antiquius. Notandum *secundò* est, *Concilij* istius *Nicæni tertij*, sub Patriarchâ Constantinopolitano *Germano Secundo mense Augusto anni Christi* 1232 *in Bithyniâ* celebrati, nullam fieri mentionem in R. P. *Philippi Labbei* S. I. Historicâ Synopsi omnium Conciliorum, in Chronologiâ autem ejusdem Historicâ, & quidem Partis tertiæ pag. 41 atq; in Indice, perperàm tradi Concilium illud celebratum esse *Nymphea in Bithyniâ*, & per metachronismum malè referri ad annum Christi 1233. Notandum

(1) *Ita ibi perperàm scriptum est, nempe* Ἀγγύρας, *non autem* Ἀγκύρας, *ut rectè legitur apud* Stephanum de Vrbibus *& alios antiquos Autores.*

dum *tertiò* est, suprà memoratas *Manuelis Ducæ* & *Patriarchæ Germani Epistolas duas mutuas* in Codice MSto *Cæsareo*, de quò in præsens exprofesso agitur, exstare integras, *Commonitorium* autem *Synodale Christophori Metropolitæ Ancyrani* ob defectum aliquot foliorum magnâ quidem parte posteriori ibi esse mutilum, nihilo tamen minùs unà cum præcedentibus duabus Epistolis integris à me publicatum iri in *Supplemento Corporis Historiæ Byzantinæ*, quod ex varijs *Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ* Codicibus MStis post hàc editurus sum.

CCXLII.

Ducentesimus quadragesimus secundus (1) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *chartaceus* mediocriter antiquus in *quarto*, constátq; folijs *centum & tribus*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

(1) Fuit olim inter Codices MStos Theologicos Græcos octogesimus quartus.

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usq; ad fol. 97 pag. 1, *anonymi cujusdam Autoris Eclogæ asceticæ, ex variorum Sanctorum Patrum, aliorúmq; Scriptorum Ecclesiasticorum Operibus collectæ, & in sedecim* Λόγȣς *sive Sermones divisæ*, quarum titulus & principium: Ἀποφθέγματα καὶ Γνῶμαι σοφῶν καὶ Διηγήματα, Ἐρωτήσεις τε καὶ Ἀποκρίσεις παραινετικαί τε καὶ διδασκαλικαὶ ἀπὸ διαφόρων ἁγίων Πατέρων καὶ τιμίων καὶ ἁγίων Γερόντων ἀπὸ διαφόρων κεφαλαίων. λέγω δὴ Ἰωάννȣ τȣ̃ Χρυσοστόμȣ, καὶ Ἰωάννȣ τȣ̃ τῆς Κλίμακος, Γρηγορίȣ τȣ̃ Θεολόγȣ, καὶ Μαξίμȣ τȣ̃ ὁμολογητȣ̃, καὶ Νείλȣ τȣ̃ ἀσκητȣ̃. Περὶ ψυχικῆς ὠφελείας Λόγοι διάφοροι καὶ πάνυ ὠφέλιμοι, καὶ πρὸς ἀγῶνας καὶ ἀνδρείαν ἡμᾶς ὑπαλείφοντες. Ἐκ τȣ̃ Χρυσοστόμȣ Προοίμιον. Ἔδει μὲν ἡμᾶς μηδὲν δεῖσθαι τῆς ἀπὸ τῶν θείων γραφῶν βοηθείας, &c.

Secundò, & quidem à fol. 97 pag. 1 usq; ad fol. 98 pag. 2, *S. Joannis Chrysostomi Expositio Orationis Dominicæ*, cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννȣ τȣ̃ Χρυσοστόμȣ ἑρμηνεία εἰς τὸ Πάτερ ἡμῶν. (2) Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Πατέρα λέγεις ἄνθρωπε τὸν Θεὸν; καλῶς λέγεις· ἔστι γὰρ Πατὴρ πάντων· ἀλλὰ σπεῦδε ἐργάζεσθαι ἔργα ἀρέσκοντα τῷ Πατρί σȣ· εἰ δὲ κακὰ ποιεῖς ἔργα, &c.

(2) Vide Operum S. Joannis Chrysostomi edit. græcam Savil. Tom. V pag. 707; ubi Savilius expresse testatur, se Expositionem hanc Orationis Dominicæ accepisse ex Codice MSto Cæsareo.

Tertiò, & quidem à fol. 98 pag. 2 usq; ad fol. 100 pag. 2, *Hippolyti Thebani Fragmentum de Genealogiâ Beatissimæ Virginis Deiparæ, desumptum ex Opere ejus Chronologico.* Ipsa tituli græci ver-

ba cum principio Fragmenti sunt hæc: Ἱππολύτου Θηβαίου ἐκ τοῦ Χρονικοῦ Συντάγματος περὶ τῆς γενεαλογίας τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου. Δεῖ ἡμᾶς εἰδέναι, ὅτι ἀπὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μέχρι τῆς τῶν Μάγων προσκυνήσεως εἰσὶν ἔτη δύο, καὶ ἀπὸ τῆς ἐξ Αἰγύπτου ἀναχωρήσεως &c. Vide Librum *tertium* horum Commentariorum pag. 45, 46, 47, 98 & 99, & Librum *quartum* pag. 150.

Quartò, & quidem à fol. 101 pag. 1 usq; ad fol. 103 pag. 2, *Narratio de Melchisedech sub nomine S. Athanasij Archiepiscopi Alexandrini*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου Ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας περὶ τοῦ Μελχισεδέκ. Μελχισεδὲκ Βασιλεὺς Σαλὴμ καὶ τὸ ὄνομα τῆς πόλεως ὠνομάσθη. Σαλὴμ δὲ ἡ γυνὴ Μελχὶ δύο υἱοὺς ἔχει, ἕνα μὲν συνώνυμον τῷ πατρὶ, τὸν δὲ ἕτερον Μελχισεδέκ. ἠγάπα δὲ ὁ πατὴρ τὸν πρῶτον υἱὸν Μελχὶ, ἡ δὲ μήτηρ, τὸν δεύτερον Μελχισεδέκ. ἦν δὲ Μελχὶ βασιλεὺς ἑλλήνων, ἀσώτως θυσίας ἐπιτελῶν τοῖς εἰδώλοις. ἐν μιᾷ οὖν &c. Exstat quidem hæc *Narratio* græcè & latinè Tomo secundo Operum *S. Athanasij*, Parisijs A. 1627 duobus Tomis in folio editorum, pag. 7, 8, 9 & 10, sed ab hoc exemplari manuscripto *Cæsareo* valdè discrepat, ut vel ex solâ suprà exhibiti principij collatione abundanter videre est. Cæterùm minimè dubium est, quin *Narratio* hæc sit *suppostitia*. Id enim manifestè apparet ex illius fine, utpote ubi Autor ejus de *Concilio Nicæno Oecumenico* sive *Generali primo* ita facit mentionem, quasi id jam longè ante ætatem suam fuerit celebratum. Diversus ergo is est à *S. Athanasio Archiepiscopo Alexandrino*, quippe qui jam memorato *Concilio Nicæno* ipse interfuit; ideoq; verisimile mihi videtur, verum istius Narrationis autorem esse *Athanasium* illũ *Juniorem*, qui tanquam synchronus literis mandavit celeberrimum illud *Miraculum*, quod A. C. 765 *Beryti* per Imaginem Christi à Judæis crucifixam contigit. Quâ de re vide plura Libro *primo* horum Commentariorum à pag. 123 usq; ad pag. 132; item Libri *secundi* pag. 97 & 220, & Libri *quarti* pag. 67, 68, 101, 163, 165, 201 & 226.

CCXLIII.

(1) Fuit is olim extra numerum.

Ducentesimus quadragesimus tertius (1) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *chartaceus* mediocriter antiquus in quarto, constatq; folijs *decem*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim pertinuit. Continentur eo anonymi cujusdam Autoris *Prolegomena in Psalterium Davidis*, quorum titulus & principium: Προοίμιον εἰς τὸν Ψαλτῆρα καὶ ἐγκώμιον

ου εἰς τὸν Δαβίδ. Πατὴρ τοῦ παρόντος Βιβλίου, τὸ μὲν εἰπεῖν ὅλον, ὁ Θεὸς πᾶς· ὑπερασπίσω, φησι, τῆς πόλεως ταύτης δι' ἐμὲ καὶ διὰ Δαβὶδ τὸν παῖδα μου &c.

CCXLIV.

Ducentesimus quadragesimus quartus (1) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *chartaceus* mediocriter antiquus in *quarto*, in principio & passim alibi mutilus ac lacerus, constátq; nunc folijs *ducentis triginta quinq;*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usq; ad fol. 13 pag. 1, Excerpta ex *S. Gregorij Episcopi Nysseni Oratione in Sanctum Pascha.*

Secundò, & quidem à fol. 13 pag. 2 usq; ad fol. 32 pag. 2, Excerpta ex *Andreæ Archiepiscopi Cretensis Oratione* (2) *in Lazarum quatriduanum.*

Tertiò, & quidem à fol. 33 pag. 2 usq; ad fol. 42 pag. 2, Excerpta ex *S. Joannis Chrysostomi Oratione in Psalmum quinquagesimum.*

Quartò, & quidem à fol. 43 pag. 1 usque ad fol. 47 pag. 1. Excerpta quædam miscellanea ex Operibus *S. Basilij Magni*, *S. Cyrilli Archiepiscopi Alexandrini* & *Theodoreti Episcopi Cyrensis*,

Quintò, & quidem fol. 47 pag. 1 & 2, anonymi cujusdam Autoris *Responsum contra Judæos de partu Beatissimæ Virginis Deiparæ*, cujus principium: Ἐὰν ἐρωτηθῇς παρὰ τῶν Ἰουδαίων πῶς ἔτεκεν ἡ παρθένος, εἰπὲ πρὸς αὐτοὺς, πῶς ἔτεκεν ὁ Ἀδὰμ τὴν Εὔαν χωρὶς γυναικός; &c.

Sextò, & quidem à fol. 48 pag. 1 usque ad fol. 50 pag. 2, *S. Joannis Chrysostomi Epistola in exilio ad Cyriacum Episcopum itidem exulantem scripta*, cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου ἐπιστολὴ σταλεῖσα ἀπὸ τῆς ἐξορίας αὐτοῦ πρὸς Κυριακὸν Ἐπίσκοπον ὄντα καὶ αὐτὸν ἐν ἐξορίᾳ. (3) Φέρε δὴ ἀπαντλήσω σου τῆς ἀθυμίας τὸ ἕλκος, &c.

Septimò, & quidem à fol. 51 pag. 1 usque ad fol. 58 pag. 2, ejusdem *S. Joannis Chrysostomi Oratio in S. Petrum Apostolum & in Prophetam Eliam*; cujus principium: (4) Ὀλίγοι ἡμῖν εἰσὶν οἱ παρόντες σήμερον· ἄρα τί τὸ αἴτιον; &c.

Octavò, & quidem à fol. 59 pag. 1 usque ad fol. 60 pag. 1, ex (5) *Andreæ Archiepiscopi Cretensis Oratione de Vitâ humanâ & defunctis* Excerptum, quod incipit: Εἰ δὲ βούλει τὴν τῆς ἡμετέρας φύσεως

(1) *Fuit in olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* ducentesimus nonus.

(2) *Vide* Andreæ Archiepiscopi Cretensis *Orationes, Parisijs A. 1644 græcè & latinè in folio editas. pag. 55, ubi ea Oratio incipit his verbis:* Λάζαρος τὴν παρόντα συνεκρότησε σύλλογον. &c.

(3) *Vide Operum S.* Joannis Chrysost. *editionem græcam Savilianam Tom. VII pag. 168.*

(4) *Vide ibid. Tom. VIII pag.* 18.

(5) *Vide Orationum ejus editionem græco-latinam Parisiensem pag. 229 & 245.*

φύσεως ἐυτέλειαν ἰδεῖν, περίβλεψαι τοὺς τάφους, ἴδε τὰ ὀστᾶ ἡμῶν, &c.

Nonò & quidem à fol. 61 pag. 1 usque ad fol. 64 pag. 1, *Interrogationes & Responsiones Theologicæ variæ, ex varijs antiquis Patribus collectæ*, quarum titulus & principium: Τοῦ ἁγίου Ἰσιδώρου τοῦ Πηλουσιώτου. Ἐρώτησις· Τίς ἡ Ζαχαρίου κώφευσις; Ἀπόκρισις· Ἡ τοῦ παλαιοῦ νόμου σιγή. Ἐρώτησις. Τί τὸ ἐκ σιγῆς &c. Notabiles autem inter illas præ cæteris sunt, *Interrogationes & Responsiones de duobus Latronibus cum Christo crucifixis, de Judâ proditore*, & *de literis A & Ω Imagini Sanctæ Crucis appingi solitis.*

Decimò, & quidem fol. 64 pag. 1 & 2, *S. Basilij Magni* notabilis locus de *Tonitru, Fulmine, Vento* & *Terræ motu.*

Vndecimò, & quidem fol. 65 pag. 1, anonymi cujusdam Autoris Annotatio historica *de die vigesimo quinto Martij;* quòd nempe eo die Deus creaverit Adamum, Noe exiverit ex arcâ, Deus apparuerit Abrahamo, Moyses acceperit Tabulas Legis, & Beatissima Virgo Deipara conceperit.

Duodecimò, & quidem fol. 65 pag. 1, anonymi cujusdam Autoris *Chronologia succincta ab Adamo usq; ad annum Mundi 6763* sive *annum Christi 1255*, quo *Imp. Joannes Ducas* obijt, ejúsq; loco imperare cœpit filius *Theodorus Lascaris Secundus* sive *Junior.*

Decimo tertiò, & quidem à fol. 65 pag. 1 usq; ad fol. 66 pag. 2, *Menandri Comici* (1) *Sententiæ monostichæ ordine alphabetico:* quarum titulus & principinm: Γνῶμαι μονόστιχοι ΜΕΝΑΝΔΡΟΥ. Ἄνθρωπον ὄντα δεῖ φρονεῖν τὰ ἀνθρώπινα. Ἀναφαίρετον κτῆμα ἐστὶ παιδεία βροτοῖς. &c.

(1) *Vide* Sententias Vetustissimorum quinquagin. a Comicorû Græcorum à Jacobo Hertelio Curiensi *collectas, & græcè atq; latinè editas Basileæ in octavo, à pag. 1 usque ad pag. 169.*

Decimo quartò, & quidem à fol. 67 pag. 1 usq; ad fol. 76 pag. 2. *Sententiæ miscellaneæ* ex Sacrâ Scripturâ & ex alijs varijs sacris atq; profanis Autoribus ordine alphabetico.

Decimo quintò, & quidem à fol. 77 pag. 1 usq; ad fol. 227 pag. 2, anonymi cujusdam Autoris *Expositio in Evangelium S. Lucæ* & *in Evangelium S. Matthæi*, ex variorum Sanctorum Patrum aliorúmq; Scriptorum Ecclesiasticorum Operibus collecta.

Decimo sextò, & quidem à fol. 228 pag. 1 usq; ad fol. 235 pag. 2, anonymi cujusdam Autoris ad Imperatorem Constantinopolitanum nescio quem *Professio Fidei Christianæ orthodoxæ secundùm prima septem Concilia Oecumenica sive Generalia*, quorum etiam *succincta Synopsis Historica* eidem inserta est. Ipsa tituli græci verba cum initio *Proœmij* sunt hæc: Πρὸς Βασιλέα περὶ τῆς ὀρθοδόξου πί-

τεως ἀκριβὴς ὄργανον διαλαμβάνων περὶ τῶν ζ ἁγίων μεγάλων Συνόδων. Σώματος μὲν ὀφθαλμὸν ἥλιος, ὄμμα δὲ ψυχῆς, ὅπερ ἐστὶ νοῦς, γνῶσις ἐστὶν πέφυκεν· εἰ δὲ καὶ τῶν θείων &c. Quo finito *Proœmio*, sequitur ipsa *Professio Fidei* his verbis: Πιστεύω καὶ προσκυνῶ Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα, Πατέρα Θεὸν τέλειον, Υἱὸν Θεὸν τέλειον, Πνεῦμα ἅγιον Θεὸν τέλειον, ἐν Υἱῷ τὸν Πατέρα, ἐν Πνεύματι τὸν Υἱὸν γινώσκων εἰς ἃ βεβάπτισμαι &c.

CCXLV.

Ducentesimus quadragesimus quintus (1) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *chartaceus* mediocriter antiquus in *quarto*, constátque nunc folijs *sex*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus *Constantinopoli*. Continetur eo anonymi cujusdam Autoris *Homilia* sive *Oratio in Evangelium de quinq; panibus*, quæ incipit his verbis: Τῆς ἡμετέρας σωτηρίας φροντίζων καὶ κηδόμενος Κύριος, πολλὰς καὶ διαφόρους καὶ ποικίλας ἡμῖν τὰς τῆς πνευματικῆς διδασκαλίας τραπέζας αἰεὶ παρατίθησι, &c.

(1) *Fuit hic olim extra numerum.*

CCXLVI.

Ducentesimus quadragesimus sextus (2) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *chartaceus* mediocriter antiquus in *octavo*, constátque folijs *centum sexaginta quatuor*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

(2) *Fuit hic olim inter Codices MSStos Theologicos Græcos ducentesimus sexagesimus octavus.*

Primò, & quidem fol. 1 pag. 1, *Nicolai Episcopi Methonensis Fragmentum schismaticum de S. Trinitate*, cujus titulus & principium: Νικολάου Ἐπισκόπου Μεθώνης θεολογία περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος. Τίς ὅλως ἀνάσχοιτο τῶν ἐν Χριστιανοῖς τελούντων ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος δύο εἰσάγειν αἴτια· &c.

Secundò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 2 pag. 1, *S. Gregorij Thaumaturgi, Neocæsareæ in Ponto Episcopi, Fragmentum aliquod*, cujus titulus & principium: Τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Θαυματουργοῦ. Ἐκ τῶν καθ' ἡμᾶς ἐστὶ γνῶναι τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς· καὶ τὸ &c. Item ejusdem *S. Gregorij Thaumaturgi Symbolum Fidei Christianæ*, cujus principium (3) Εἷς Θεὸς Πατὴρ Λόγου ζῶντος, &c.

(3) *Vide suprà Codicem CCXXXII num. 6.*

Tertiò, & quidem à fol. 4 pag. 2 usque ad fol. 5 pag. 2, anonymi cujusdam Autoris *Versus in finem Psalterij Davidis*, quorum titulus &

& principium: Στίχοι εἰς τὸ τέλος τοῦ ψαλτηρίου. Τέλος τῶν στίχων καὶ πανάγνων ᾀσμάτων, &c.

Quartò, & quidem à fol. 6 pag. 1 usque ad fol. 16 pag. 1, *Prolegomena varia in Quatuor Evangelia*; nempe 1, *Eusebij Pamphili Epistola ad Carpianum*, cujus principium: (1) Ἀμμώνιος ὁ Ἀλεξανδρεὺς &c; 2, anonymi cujusdam Autoris *Comparatio quatuor Evangelistarum cum quatuor Cherubim, & eorundem quatuor Evangelistarum symbolica seu hieroglyphica repræsentatio per hominem, vitulum, leonem, & aquilam*; 3, anonymi cujusdam Autoris *Chronologia succincta Vitæ Christi à nativitate Ipsius usq; ad excidium Urbis Hierosolymitanæ per Titum Imp. Vespasiani filium*; cujus titulus & principium: Χρονικὸν καὶ σάρκα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν. Ἐτέχθη ἐκ τῆς Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας ὁ Κύριος ἡμῶν τῷ τρίτῳ ἔτει τῆς ὀλυμπιάδος· τοῦτο δὲ ἦν μβ´ ἔτος τῆς βασιλείας Αὐγούστου, λβ´ δὲ τῆς βασιλείας Ἡρώδου τοῦ υἱοῦ Ἀντιπάτρου· &c; 4, *Maximi Chronologia succincta Vitæ Christi*, cujus titulus & principium: Μαξίμου. Γέγονεν ὁ εὐαγγελισμὸς τῆς παρθένου τῷ πεντακισχιλιοστῷ πεντακοσιοστῷ πρώτῳ ἔτει &c; 5, *Hippolyti Thebani fragmentum de Genealogiâ Christi*, cujus principium: (2) Ἰάκωβος Ἐπίσκοπος γενόμενος πρῶτος Ἱεροσολύμων &c; 6, anonymi cujusdam Autoris *Conciliationes variorum difficilium locorum, quæ sibi invicem repugnare videntur in quatuor Evangelijs*; 7, anonymi cujusdam Autoris *Enumeratio undecim Apparitionum Christi post Resurrectionem, & quinq; Apparitionum ejusdem post Ascensionem.*

(1) *Vide Lib. III horum Commentar. pag. 42 & 47.*

(2) *Vide Lib. III horum Commentariorum pag. 46.*

Quintò, & quidem à fol. 17 pag. 1 usque ad fol. 53 pag. 2, *S. Joannis Chrysostomi Oratio in principium sanctæ Quadragesimæ, & in expulsionem Adami è Paradiso, & de bonis atq; malis mulieribus*. Ipsa tituli græci verba cum principio Orationis sunt hæc: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου λόγος εἰς τὴν ἀρχὴν τῆς ἁγίας μ´, καὶ εἰς τὴν ἐξορίαν τοῦ Ἀδάμ, καὶ περὶ καλῶν καὶ πονηρῶν γυναικῶν. Πρόκειται ἡμῖν, ἀγαπητοί, πνευματικὴ τράπεζα, &c. De eâdem Oratione consule Librum *primum* horum Commentariorum pag. 132 & 133, & Librum *quartum* pag. 95.

Sextò, & quidem fol. 54 pag. 1, *Christoduli* (3) *Jambi duodecim*, quos (4) *Imp. Theophilus* Iconomachus jussit insculpi in facie Sanctorũ Confessorum *Theodori* & *Theophanis* fratrũ, qui idcircò cognominati sunt Γραπτοὶ sive *Inscripti*. Ipsa tituli græci verba cum principio Versuum sunt hæc: Θεοφίλου τοῦ βασιλέως πρὸς τοὺς μέτωψι τῶν ἁγίων

(3) *Ita appellatur autor horum duodecim Iamborum* à Symeone Metaphraste.

(4) *Cœpit is imperare A.C. 829, & A. 842 obijt.*

ἁγίων Θεοδώρου καὶ Θεοφάνους στίχοι ἰαμβικοὶ ιβ΄. Πάντων ποθούντων περιτρέχειν περὶ τὴν πόλιν, &c. Iidẽ *duodecim Jambi* exſtant *græcè* in *Menæis Græcorum* d. 27 Decembris, *latinè* autẽ apud *Laurentium Surium* Tomo ſexto de probatis Sanctorum Hiſtorijs, & quidem *die vigeſimo* (1) *ſexto Decembris* in Vitâ jam memoratorum Sanctorum Confeſſorum, à *Symeone Metaphraſte græcè* ſcriptâ, ſed ibi tantùm *latinè* editâ.

Septimò, & quidem fol. 54 pag. 2, Sanctorum Confeſſorum *Theodori* & *Theophanis*, cùm poſt inſcriptionem faciei *Apameam Bithyniæ* in exilium abducerentur, *Verſus Jambici tres*, per piſcatorem, quem fortuitò in mari obviàm repererunt, miſſi ad *S.* (2) *Methodium*, qui poſt impij *Imp. Theophili* interitum *Patriarcha Conſtantinopolitanus* electus eſt A.C. 842, &, reſtituto ſacrarum Imaginum cultu, A.C. 847 obijt; ſimul etiam *S. Methodij* ad eoſdem duos *Graptos* ſive *Inſcriptos Reſponſum* itidem *tribus verſibus Jambicis*. Ipſi illi *verſus* unà cum præfixâ *Inſcriptione* ſuâ ſunt hi: Ἀπαγομένων τῶν δύο Γραπτῶν ἐν τῇ ἐξορίᾳ, εὑρόντες τινὰ ἁλιέα ἐν τῇ θαλάσσῃ, ἔγραψαν τοὺς στίχους οὕτως πρὸς τὸν μέγαν ΜΕΘΟΔΙΟΝ, ὄντας ἰαμβικούς·

Τῷ ζῶντι νεκρῷ καὶ νεκρῷ ζωηφόρῳ,
Νέοντι τὴν γῆν καὶ πατοῦντι τὸν πόλον,
Γραπτοὶ γράφουσι δέσμιοι δεσμίῳ.

Πρὸς οὓς ἀντέγραψεν ὁ μέγας Μεθόδιος·

Τοὺς ταῖς βίβλοισιν οὐρανῶν βληθηγράφους,
Καὶ πρὸς πρόσωπα σωφρόνως ἐστιγμένους,
Προσεῖπεν ὁ ζῶν θανατῶν, ὡς συνδεσμίους.

Octavò, & quidem à fol. 55 pag. 1 uſque ad fol. 72 pag. 1, *S. Anaſtaſij Sinaitæ, Patriarchæ Antiocheni, Oratio de ſacrâ Synaxi & de oblivione injuriarum*, cujus titulus & principium: Τοῦ μακαρίου Ἀναστασίου ἀσκητοῦ τοῦ Σινᾶ ὄρους, λόγος περὶ τῆς ἁγίας συνάξεως, καὶ περὶ τοῦ μὴ μνησικακεῖν. Ἀεὶ μὲν ἡ τοῦ ἁγίου Πνεύματος χάρις &c. De eâdem *Oratione* conſule Librum *quartum* horum Commentariorum pag. 135 & 168.

Nonò, & quidem à fol. 73 pag. 1 uſque ad fol. 87 pag. 1, *Agapeti, Diaconi Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Liber de Imperio benè adminiſtrando, diſtinctus ſeptuaginta duobus Capitulis, & antiquâ græcâ explicatione interlineari illuſtratus*; cujus titulus & principium:

(1) In Martyrologio Romano *celebratur eorum memoria d. 27 Decembris, & ſimiliter etiã in* Menæis Græcorum.

(2) *Vide Martyrologium Romanum & Menæa Græcorum d. 14 Iunij, quo annua ipſius celebratur memoria. Conſule etiam* R. P. Jacobi Goar *Notas ad Euchologium Græcorum pag. 126, ubi exſtat ejuſdem* S. Methodij Imago, *ex veteri quodã Codice MS-to deſumpta.*

Ὑπόθεσις εἰς Ἰουστινιανὸν Βασιλέα, ἐκτεθεῖσα παρὰ Ἀγαπητοῦ Διακόνου, ἔχουσα ἀκροστιχίδα τήνδε· Τῷ θειοτάτῳ καὶ εὐσεβεστάτῳ Βασιλεῖ ἡμῶν Ἰουστινιανῷ Ἀγαπητὸς ἐλάχιστος Διάκονος. Τιμῆς ἁπάσης ὑπέρτερον ἔχων ἀξίωμα, Βασιλεῦ, τίμα ὑπὲρ ἅπαντα τὸν τοῦτό σε ἀξιώσαντα Θεόν, ὅτι &c. Plura de eodem *Agapeti* Libro vide Libri *tertij* horum Commentariorum pag. 38 & 152.

Decimò, & quidem à fol. 87 pag. 2 usque ad fol. 88 pag. 2, *Sententiæ & Apophthegmata varia Philosophica cum antiquâ græcâ Explicatione interlineari.*

Vndecimò, & quidem à fol. 89 pag. 1 usque ad fol. 114 pag. 1, *S. Joannis Damasceni ad Jordanem Archimandritam sive Abbatem Epistola de Hymno* (1) *Trisagio*, Ἅγιος ὁ Θεός, Ἅγιος ἰσχυρός, Ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς, hoc est, *Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis, miserere nobis.* Ipsa tituli græci verba cum principio *Epistolæ* sunt hæc: Ἐπιστολὴ γραφεῖσα πρὸς Ἰορδάνην Ἀρχιμανδρίτην περὶ τοῦ Τρισαγίου ὕμνου. Τῷ θεοτιμήτῳ καὶ θείῳ ζήλῳ κεκοσμημένῳ κυρῷ Ἰορδάνῃ Ἀρχιμανδρίτῃ Ἰωάννης ταπεινὸς χαίρειν. Τοῦ πρὸς σέ μοι πόθου ἡ ἀκρότης, ὦ πατέρων ἄριστε, &c. Exstat quidem hæc *Epistola* inter Opera *S. Joannis Damasceni* à *Jacobo Billio* Parisijs edita pag. 722, sed tantùm *latinè*.

Duodecimò, & quidem à fol. 114 pag. 1 usque ad fol. 119 pag. 2, ejusdem *S. Joannis Damasceni Oratio de* (2) *Incorruptibili Corpore Christi, quod in sacrâ Synaxi accipimus*; cujus titulus græcus est talis: Τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ (3) περὶ τοῦ ἀχράντου σώματος τοῦ Κυρίου, ὃ μεταλαμβάνομεν. (4) Ἰστέον ὅτι εὕρηθη τοῦτο τὸ Κεφάλαιον εἰς χαρτίον παλαιότατον κατεφθαρμένον ἐξ ἰδιοχείρου αὐτοῦ ἐσχεδιασμένον (5) γράμμα κατάστιγλον (6) ὡς ἠδυνήθημεν δέ, τὰ σωζόμενα ἀνελεξάμεθα εἰ καὶ ἀτελῶς, ἵνα μὴ πάντη ἀπόλυνται. Incipit deinde ipsa *Oratio* his vebis: Τὸ τοῦ Κυρίου (7) καὶ Θεοῦ ἡμῶν σῶμα, ὃ μεταλαμβάνομεν ἀδελφοί, αὐτό ἐστι τὸ σῶμα, ὃ ἐκ τῆς ἡμετέρας οὐσίας ἀνέλαβεν, &c. Exstat quidem hæc *Oratio* græcè & latinè inter Opera *S. Joannis Damasceni* pag. 931 editionis Parisinæ A. 1619 in folio, sed ab hoc Codice MSto *Cæsareo* ob nonnullas variantes lectiones aliquantùm discre-

(1) *De origine hujus Hymni vide Georgij Codini mei Origines Constantinopolitanas, Parisijs græcè & latinè typis Regijs A. 1655 in folio editas, pag. 12, & R. P. Jacobi Goar Notas ad Græcorum Euchologium pag. 126 & 127.*

(2) *De eodem argumento vide eundem S. Joannem Damascenum lib. 3 de Orthodoxâ Fide cap. 28, & lib. 4 cap. 14.*

(3) *In editione Parisinâ desunt hæc verba* περὶ τοῦ ἀχράντου σώματος τοῦ Κυρίου, ὃ μεταλαμβάνομεν. (4) *In editione Parisinâ legitur,* Εὑρέθη δὲ τοῦτο *&c.* (5) *In editione Parisinâ legitur* ἐσχεδιασμένον γράμμασι καταστιγμένοις, *idque ibidem latinè redditur hoc modo*: literis ferè cœcis tumultuariè conscriptum. (6) *In editione Parisinâ legitur,* ὡς ἦν δὲ δυνατὸν τὰ σωζόμενα ἀνελέγησαν, *&c; & paulo pòst pro* ἀπόλυνται *legitur* ἀπόλωνται.
(7) *In editione Parisiensi desunt verba* καὶ Θεοῦ ἡμῶν, *& paulo pòst pro* ὃ μεταλαμβάνομεν *legitur ibi* οὗ μεταλαμβάνομεν, *&c.*

discrepat. Notandum quoque est, in eodem hoc Codice MSto *Cæsareo* post verba, φθορὰ γὰρ ἐστιν ὁ θάνατος, ἀλλ' οὐ διαφθορὰ, subjungi immediatè & absque ullo novo titulo *Appendicem* lectu dignissimam *de Vestibus Sacerdotalibus alijsq; in sacrâ Liturgiâ usitatis cærimonijs*, eámq; incipere his verbis: Χρὴ γινώσκειν, ὅτι ὁ ἱερεὺς τύπον ἔχει Χριστοῦ· &c.

Decimo tertiò, & quidem fol. 120 pag. 1 & 2, ejusdem *S. Joannis Damasceni Doctrina de unitate & differentiâ S. Trinitatis*, cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ Ἰωάννου ἀσκητοῦ τοῦ Δαμασκηνοῦ περὶ ἑνώσεως καὶ διακρίσεως. Χρὴ εἰδέναι, ὅτι διακεκριμένον τὸ Πατὴρ καὶ τὸ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα, καὶ τὸ αἴτιον καὶ τὸ αἰτιατὸν, καὶ τὸ ἀγέννητον καὶ τὸ γεννητὸν, καὶ τὸ ἐκπορευτὸν, ἅτινα &c.

Decimo quartò, & quidem à fol. 120 pag. 2 usq; ad fol. 121 pag. 2, *Fragmentum ex S. Cyrilli Archiepiscopi Alexandrini libro secundo de Sacrificio agni*, quod inscribitur atque incipit hoc modo: Τοῦ ἁγίου Κυρίλλου ἐκ τοῦ β' βιβλίου, οὗ ἡ ἀρχὴ περὶ τῆς θυσίας τοῦ ἀμνοῦ. Ἕως μὲν γὰρ ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ διὰ τῆς ἁγίας σαρκός τε καὶ αἵματος &c.

Decimo quintò, & quidem à fol. 122 pag. 1 usq; ad fol. 147 pag. 1, *Prolegomena varia in Psalterium Davidicum & ejusdem Encomia:* nempe *S. Joannis Chrysostomi Protheoria in totum Psalterium* & Ὑπόμνημα sive *Commentarius in Psalmum primum*; *Eusebij Pamphili Hypothesis in Diapsalma*; *Anonymi cujusdam Poetæ* Στίχοι sive *Versus*, quorum principium; Ἦχος Δαβὶδ, τοῦ παρ' ἡμῖν Ὀρφέως, &c; item *alij Versus*, quorum principium, Τοῦ Πνεύματος τὰ θεῖα τόξα καὶ βέλη Τείνας ὁ Δαβὶδ &c; *Tetrasticha* τοῦ Φυλῆ, quorum principium, Τοῦ κιθαρῳδοῦ μὴ παρόντος ἐνθάδε &c; *S. Gregorij Nazianzeni Apophthegma; S. Nili locus insignis de Canitie, nunciâ mortis; Anonymi cujusdam Autoris Doctrina de quatuor Virtutibus primarijs, Maximi Monachi Doctrina de virtutibus animæ & corporis; Philonis Monachi Meditatio ascetica contra pulchritudinem mulierum*, cujus principium, Εἶδον κάλλος γυναικὸς, βασάνιζον μου τὴν διάνοιαν &c; *Anonymi cujusdam Autoris Præfatio in Psalterium*, quæ inscribitur atque incipit hoc modo: Βίβλος Ψαλμῶν ἤτοι Ψαλτήριον· Ψαλτήριον κυρίως ὄργανόν εἶδος ἐστὶ μουσικοῦ, &c.

Decimo sextò, & quidem à fol. 148 pag. 1 usq; ad fol. 151 pag. 2,

2, *Theophanis, Monachi & Magni Rhetoris Magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ, Consolatio ad Generosissimum Dominum Georgium* (1) *Rael propter obitum charissimi filii ejus Michaelis*, quæ inscribitur atq; incipit hoc modo: Θεοφάνους μοναχοῦ, τοῦ μεγάλου Ῥήτορος τῆς ἁγίας τοῦ Χριστοῦ μεγάλης Ἐκκλησίας πρὸς τὸν πανευγενέστατον κύριον Γεώργιον τὸν Ῥαὲλ, ἀποβάλλοντα τὸν παμφίλτατον υἱὸν αὐτοῦ Μιχαὴλ. Βαβαιὰξ τοῦ ἀφορήτου πάθους, &c.

(1) *De Raliorum illustri familia orientali vide* Martini Crusij *Annotationes in Librum septimum Turco Græciæ, pag.* 497.

Decimo septimò, & quidem à fol. 151 pag. 2, usq; ad fol. 154 pag. 1, ejusdem *Theophanis Epistola ad* eundem *Georgium Rael* περὶ φιλοπτωχίας sive *de amore & liberalitate erga pauperes.*

Decimo octavò, & quidem à fol. 155 pag. 1 usq; ad fol. 160 pag. 1, *Antonij Eparchi Corcyræi Epistola ad* (2) *Dionysium Patriarcham Constantinopolitanum Venetijs scripta*; cujus titulus & principium: Τῷ παναγιωτάτῳ Ἀρχιερεῖ κυρίῳ Διονυσίῳ Πατριάρχῃ Κωνσταντινουπόλεως, τῷ κηδεμόνι καὶ ἀντιλήπτορι τοῦ ἑλληνικοῦ γένους, Ἀντώνιος ὁ Ἔπαρχος ἐν Κυρίῳ χαίρειν. Ἔξεστι παντὶ τῷ σωφρονεῖν βουλομένῳ, θεσπέσιε Πάτερ, &c. Honorificentissimum de hoc *Antonio Eparcho* exstat testimonium Libro primo *Turco-Græciæ Martini Crusij* in *Theodosij Zygomalæ Epistolâ* ad *Martinum Crusium* de Constantinopoleos obsidionibus & Turcicâ expugnatione, rebúsque Græciæ recentioribus A. 1581 scriptâ pag. 94 & 95, ubi speciatim fit mentio *Carminis græci plusquam ducentorum versuum elegiacorum*, quo *Antonius* ille *Eparchus* luxit subjugationem & eversionem Græciæ per Turcas, ut & *Epistolarum* ejusdem *Antonij Eparchi* ad *Philippum Melanchthonem*. Superest quoq; in *Augustissimâ Bibliothecâ Cæsareâ manuscriptus Catalogus Græcus centum Codicum manuscriptorum Græcorum*, quos idem *Antonius Eparchus* venales olim obtulit. Titulus istius Catalogi latinus est talis: *Volumina ista Græca sunt Venetijs apud Antonium Eparchum, quæ ille vel simul omnia vel singula propter rerum penuriam venum exponit.*

(2) *Vide* Manuelis Malaxi Peloponnesij *Historiam Patriarchalē Constantinopolitanam, quæ exstat græco-barbarè & latinè in* Martini Crusij *Turcô-Græciâ.*

Decimo nonò, & quidem à fol. 160 pag. 2 usq; ad fol. 162 pag. 2, anonymi cujusdam Autoris *Libellus de duodecim Christi Apostolis, alijsq; Christi vel Apostolorum discipulis*, quorum in Novo Testamento nominatim fit mentio. Principium ejus est: Πέτρος ὁ Ἀπόστολος καὶ πρῶτος τῶν μαθητῶν, πρῶτον μὲν τὸ εὐαγγέλιον κηρύξας ἐν Ἀντιοχείᾳ, ἔπειτα ἐν Πόντῳ καὶ Γαλατίᾳ, &c. Valdè autem hic *Libellus* discrepat ab altero ejusdem generis *Opusculo*, de quo Libri *tertij*

tij horum Commentariorum pag. 49, 50 & 51 in recensione Codicis manuscripti Theologici Græci XXXIVti actum est.

Vigesimò, & quidem à fol. 163 pag. 1 usq; ad fol. 164 pag. 2, anonymi cujusdam Autoris *Synopsis historica primorum septem Conciliorum Oecumenicorū sive Generalium;* cujus titulus & principium: Αἱ κατὰ διαφόρους καιροὺς γεγενημέναι ζ' Σύνοδοι. Ἡ πρώτη Σύνοδος γέγονεν ἐν Νικαίᾳ τῆς Βιθυνίας ἐπὶ τοῦ ἐν ἁγίοις Κωνσταντίνου, συνελθόντων τῶν τιή ἁγίων Πατέρων, καὶ Σιλβέστρου Πάπα Ῥώμης, &c.

CCXLVII.

Ducentesimus quadragesimus septimus (1) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *membranaceus* antiquus, & eleganter quidem, sed minutissimè & valdè abbreviatè exaratus in *quarto*, constátque nunc folijs *centum septuaginta*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus *Constantinopoli*. Continetur eo *Syntagmatis Opusculorum miscellaneorum de varijs Hæresibus & contra varias Hæreses Tomus primus* hoc ordine:

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* octogesimus tertius.

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usq; ad fol. 2 pag. 2, antiquus *Index Græcus* omnium Opusculorum, quæ continentur Codice hoc CCXLVIImò, ut & proximè sequenti Codice CCXLVIII, qui ejusdem *Syntagmatis Opusculorum miscellaneorum de varijs Hæresibus & contra varias Hæreses* est *Tomus secundus*. Inscriptio istius Indicis cum principio est talis: Ἀρχὴ σὺν Θεῷ τῆς παρούσης δέλτου. Α', Πῶς χρὴ δέχεσθαι τοὺς ἀπὸ αἱρέσεων τῇ ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ προστρεχομένους. Finis autem: Ο'. Εἰς τὸ καταληπτικὸν τῆς ψυχῆς κεφάλαιον.

Secundò, & quidem à fol. 3 pag. 1 usq; ad fol. 4 pag. 1, *Ordo Euchologij Patriarchalis; Quomodo suscipiendi sint, qui ab Hæresibus varijs revertuntur ad Sanctam Dei Ecclesiam;* cujus titulus & principium: Ὅπως χρὴ δέχεσθαι τοὺς ἀπὸ αἱρέσεων τῇ ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ προστρεχομένους. Ἀρειανοὺς μὲν καὶ Μακεδονιανοὺς ἤγουν Πνευματομάχους, καὶ &c. Vide *Euchologium Græcorum*, à R. P. *Jacobo Goar* editum, pag. 883, 884 & 885.

Tertiò, & quidem à fol. 4 pag. 1 usq; ad fol. 7 pag. 2, *S. Methodij Patriarchæ Constantinopolitani Constitutio de iis, qui diverso modo & diversâ ætate post abnegationem coactam vel voluntariam ad Fidem Christianam revertuntur*. Ipsa tituli græci verba cum principio Constitutionis sunt hæc: ΜΕΘΟΔΙΟΥ τοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρ-

τριάρχου διάταξις περὶ τῶν διαφόρῳ τρόπῳ καὶ ἡλικίᾳ ἐπιστρεφόντων. Εἰ μὲν παιδίον συνελήφθη καὶ ἠρνήσατο, &c. Vide suprà citatum *Euchologium Græcorum* pag. 876.

Quartò, & quidem fol. 7 pag. 2 & fol. 8 pag. 1, *Oratio ad faciendum ex Ethnico Catechumenum*; cujus titulus & principium: Εὐχὴ εἰς τὸ ποιῆσαι ἐθνικὸν κατηχούμενον. Ποιῶν αὐτὸν κλῖναι τὸ γόνυ πρὸ τῆς πύλης, &c. Vide suprà citatum *Euchologium Græcorum* pag. 346.

Quintò, & quidem à fol. 8 pag. 1 usq; ad fol. 10 pag. 2, *Ordo recipiendi eos, qui ex Hebræis ad Christianam Fidem accedunt*; cujus titulus & principium: Πῶς δεῖ δέχεσθαι τοὺς ἐξ Ἑβραίων τῇ τῶν Χριστιανῶν πίστει προσερχομένους. (1) Ἐξαγορεύειν αὐτὸν χρὴ πρότερον καὶ θριαμβεύειν πᾶν νόημα ἑβραϊκὸν καὶ ἔθος καὶ ἐπιτήδευμα, κἀντεῦθεν δεικνύειν, &c. Vide suprà citatum *Euchologium Græcorum* pag. 344: sed ibi editio illa impressa Parisina valdè discrepat ab hoc exemplari manuscripto *Cæsareo*, quippe quod multo est auctius, ut per collationem primo patebit intuitu. Cæterùm vehementer dolendum est, in eodem Codice MSto *Cæsareo* inter folia illa, quæ nunc sunt *decimum* & *undecimum*, deesse integra aliquot alia folia, quæ, ut ex suprà memorato antiquo *Indice Græco* apparet, continuerunt *Commonitionem de Hebræis non citò ac temerè baptizandis, priusquam accuratè & solidè probati sint*. Hujus enim Opusculi sola nunc superest Inscriptio, quæ in *Indice* exstat his verbis: Λόγος διαλαμβάνων, ὅτι οὐ χρὴ ταχέως ἐπιδοῦναι χεῖρα βαπτίζουσαν ἐν Ἑβραίοις, εἰ μή τις ἀκριβῶς τούτους πρότερον δοκιμάσῃ.

(1) *In editione Parisinâ impressâ legitur hoc modo:* Ἐξαγορεύειν αὐτὸν χρὴ καὶ θριαμβεύειν πᾶν ἔθος ἑβραϊκὸν κἀντεῦθεν δεικνύειν, &c.

Sextò, & quidem à fol. 11 pag. 1 usq; ad fol. 19 pag. 1, *Ordo servandus circa eos, qui à Manichæis & Paulicianis ad puram & veram Fidem Christianam revertuntur*. Etsi autem Ordo iste in principio ibi sit mutilus, Inscriptio tamen ejus in suprà memorato antiquo *Indice* etiam nunc exstat, & est talis: Τάξις γινομένη ἐπὶ τοῖς ἀπὸ Μανιχαίων καὶ Παυλικιανῶν ἐπιστρέφουσι πρὸς τὴν καθαρὰν καὶ ἀληθινὴν πίστιν ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν. Vide suprà citatum *Euchologium Græcorum* pag. 885, 886, 890 & 891; sed manuscriptũ hoc exemplar *Cæsareum* est duplo auctius, & præclara ac singularia multa ad Historiam *Manichaismi* pertinentia continet, quæ in editione impressâ Parisinâ omninò desiderantur. Cujusmodi inter alia varia est anathemati-

zatio

zatio præcipuorum quinq; (1) *Librorum Manichaicorum*, nempe *Libri Epistolarum Manetis, Evangelij vivi, Thesauri vitæ, Libri Mysteriorum, Heptalogi*, cujus autor *Agapius*, & *Libri Sapientiæ*, compositi ab *Aristocrito*. Notandum porrò est, etiam *Petri Siculi Historiam Hæreseos Manichæorum*, à R. P. *Matthæo Radero* S. I. Ingolstadij typis Adami Sartorij A. 1604 græcè & latinè in quarto editam, beneficio præstantissimi hujus Codicis manuscripti *Cæsarei* plurimùm posse emendari, illustrari & augeri.

Septimò, & quidem à fol. 19 pag. 1 usque ad fol. 21 pag. 1, *Descriptio hæreseos Melchisedecitarum, Theodotianorum & Athinganorum, simul & Ordo eosdem suscipiendi, si revertantur ad S. Ecclesiam Catholicam*. Ipsa tituli græci verba cum principio Narrationis sunt hæc: Περὶ Μελχισεδεκιτῶν, καὶ Θεοδοτιανῶν, καὶ Ἀθιγγάνων. Ἐκ τεσσάρων κακῶν εἰς ἓν συνελθόντων ἡ αἵρεσις αὕτη συνέστηκεν· &c.

Octavò, & quidem à fol. 21 pag. 1 usque ad fol. 23 pag. 1, *Descriptio hæreseos Paulicianorum & Manichæorum*; cujus titulus & principium: Περὶ Παυλικιανῶν καὶ Μανιχαίων. Παυλικιανοὶ καὶ Μανιχαῖοι μετωνομάσθησαν ἀντὶ Μανιχαίων Παυλικιανοὶ ἀπὸ Παύλου τινὸς Σαμοσατέως, &c.

Nonò, & quidem à fol. 23 pag. 1 usque ad fol. 24 pag. 2, *Anathematismus hæreseos* (2) *Jacobitarum & Chatzitzariorum*; cujus titulus & principium: Ὁ Ἀναθεματισμὸς τῶν Ἰακωβιτῶν. Ὁ ἀπὸ τῆς βδελυρᾶς τῶν Ἰακωβιτῶν καὶ Χατζιτζαρίων αἱρέσεως τῇ ἀμωμήτῳ τῶν ὀρθοδόξων χριστιανῶν ὁλοψύχως προσερχόμενος πίστει, ἀναθέματι καθυποβάλλω πάντα τὰ ὑποτεταγμένα. &c.

Decimò, & quidem à fol. 24 pag. 2 usque ad fol. 27 pag. 1, *Ordo suscipiendi eos, qui à Saracenismo accedunt orthodoxæ Fidei Christianæ*; simul & *Anathematismus Saracenismi*, cui *Synopsis historica totius Muchamedismi* inserta est. Ipsa tituli græci verba cum principio *Ordinis* sunt hæc: Τάξις γινομένη ἐπὶ τοῖς ἀπὸ Σαρακηνῶν ἐπιστρέφουσι πρὸς τὴν καθαρὰν καὶ ἀληθῆ πίστιν τῶν Χριστιανῶν. Προηγουμένως μὲν ὁ προσιὼν τῇ ὀρθῇ πίστει, νηστεύει ἐπὶ ἑβδομάδας δύο, &c.

Vndecimò, & quidem à fol. 27 pag. 1 usq; ad fol. 32 pag. 1, *Descriptio hæreseos Armeniorum*, unà cum *Ordine suscipiendi conversos* & *Anathematismo*. Ipsa tituli græci verba cum principio *Descriptionis* sunt hæc: Περὶ τῶν Ἀρμενίων. Αἱ τούτων αἱρέσεις πολλαί εἰσιν· οὐ γὰρ μόνον ἑλληνίζουσιν, &c.

(1) *De his aliisq; Manichæorum impiis Libris vide plura apud Timotheum Presbyterū & Sceuophylacem Magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ in Libro de differentiâ hæreticorum, ad orthodoxam Ecclesiam revertentium, qui exstat infrà in eodem hoc Codice MSto num. 18; & Auctarij Magnæ Bibliothecæ Vet. Patrum gr. lat. Parif. Tom. II colum.* 449 & 453; *item apud* Petrum Siculum *in Historiâ hæreseos* Manichæorū.

(2) *Vide etiam suprà pag.* 36.

Duodecimò, & quidem fol. 32 pag. 1 & 2, *Deſcriptio hæreſeos Jacobitarum*, cujus titulus & principium: Ἡ ϑ̓ αἵρεσις τῶ̃ Ἰακωβιτῶ̃ ἔχει οὕτως. Ὁ Ἰάκωβος, ἀφ᾽ οὗ καὶ οὗτοι καλοῦνται, μοναχός τις γέγονε Σύρος &c.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 32 pag. 2 uſque ad fol. 35 pag. 2, *Ordo ſuſcipiendi converſos à blaſphemâ & multiformi hæreſi Maſſalianorum*, qui aliàs etiam appellantur *Phundaitæ*, *Bogomili*, *Euchitæ*, *Enthuſiaſtæ*, *Encratitæ* & *Marcioniſtæ*. Ipſa tituli græci verba cum principio *Ordinis* ſunt hæc: Περὶ τῆς βλασφήμου καὶ πολυειδοῦς αἱρέσεως τῶ̃ ἀθέων Μασσαλιανῶν, τῶν καὶ Φουνδαϊτῶν καὶ Βογομίλων καλουμένων, καὶ Εὐχιτῶν, καὶ Ἐνθουσιαστῶν, καὶ Ἐγκρατιτῶν, καὶ Μαρκιωνιστῶν. Τοὺς ἀπὸ τῆς μυσαρᾶς αἱρέσεως &c.

Decimo quartò, & quidem à fol. 35 pag. 2, uſque ad fol. 37 pag. 1, ex *Euthymij Monachi* τῆς περιβλέπτου μονῆς *Epiſtolâ ſteleteuticâ* ſive *invectivâ* Excerptum contra eandem ſuprà memoratam *Maſſalianorum* hæreſin.

Decimo quinto, & quidem à fol. 37 pag. 2 uſque ad fol. 38 pag. 2, Recenſio variorum errorũ ejuſdem ſuprà memoratæ hæreſeos *Marcioniſtarum* ſive *Maſſalianorum*, qui aliàs etiam vocantur *Lampetiani*.

Decimo ſextò, & quidem à fol. 38 pag. 2 uſque ad fol. 40 pag. 2, *Capita falſorum dogmatum hæreſeos Maſſalianorum*, quorum titulus & principium: Κεφάλαια τῆς αὐτῆς τῶν Μασσαλιανῶν αἱρέσεως καὶ δόγματος. Λέγουσι ὅτι συνοικεῖ τῷ ἀνθρώπῳ ἐνυποστάτως ὁ σατανᾶς. &c.

Decimo ſeptimò, & quidem fol. 40 pag. 2 & fol. 41 pag. 1, *Synodi Conſtantinopolitanæ* Πενθέκτης ſive *Quiniſextæ* (1) *ſub Imp. Juſtiniano II ſive Rhinotmeto in Trullo* ſeu *Trullâ Palatij habitæ*, *Canon* (2) *nonageſimus quintus de ordine ſuſcipiendi hæreticos ad orthodoxam Fidem revertentes*; cujus titulus & principium: Ἐκ τῶν κανόνων τῶν ἁγίων Πατέρων τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει συνελθόντων ἐν τῷ Τρούλλῳ τοῦ Παλατίου ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ τοῦ εὐσεβεστάτου καὶ φιλοχρίστου Βασιλέως περὶ τῶν προστιθεμένων τῇ ὀρθοδοξίᾳ καὶ τῇ μερίδι τῶν σωζομένων ἀπὸ αἱρετικῶν Κανὼν ϟέ. Τοὺς προστιθεμένους τῇ ὀρθοδοξίᾳ &c.

(1) *Concilium hoc* Trullanum *à pleriſque Chronologis & Hiſtoricis refertur ad annum Chriſti* 691, *à R. autem P. Dionyſio Petavio S. I. ad annũ* 707.

Decimo octavò, & quidem à fol. 41 pag. 1 uſque ad fol. 49 pag. 2, (3) *Timothei, Presbyteri & Magni Sceuophylacis Magnæ Eccleſiæ* Con-

(2) *Vide* Severini Binij *Conciliorum omnium editionem græco-latinam Colonienſem Tom. III, Part. 1, Sect. 1, pag.* 251. (3) *Hic eſt ille* Timotheus, *qui ab* Imp. Anaſtaſio Dicoro, *poſt ejectionem* Macedonij *in Sedem Patriarchalem Conſtantinopolitanam intruſus eſt A* C. 511, *& A.* 517 *obijt. Vide* Theodori Lectoris *Hiſtoriam Eccleſiaſticam lib. 2, &* Card. Baronij *Annal. Eccleſiaſt. Tom. VI ab an.* 511 *uſque ad an.* 517.

Constantinopolitanæ, Liber ad Joannem, Presbyterum & Sceuophylacem (1) *Ecclesiæ Beatissimæ Virginis Deiparæ in Chalcoprateis, de differentiâ hæreticorum ad orthodoxam Ecclesiam revertentium.* Ipsa tituli græci verba cum principio Libelli sunt hæc: Τιμοθέου Πρεσβυτέρου τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης Ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως πρὸς Ἰωάννην Πρεσβύτερον καὶ Σκευοφύλακα τῆς ἁγίας Θεοτόκου ἐν Χαλκοπρατείοις περὶ διαφορᾶς τῶν προσερχομένων τῇ εὐαγεστάτῃ ἡμῶν πίστει. Τρεῖς τάξεις εὑρίσκομεν τῶν προσερχομένων τῇ ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ καὶ ἀποστολικῇ, θεοφιλέστατε συλλειτουργὲ Ἰωάννη, καὶ πάντων ἐμοὶ προσφιλέστατε· καὶ πρώτη μὲν τάξις ἐστὶ τῶν δεομένων τοῦ ἁγίου βαπτίσματος· δευτέρα δὲ τῶν μὴ βαπτιζομένων, ἀλλὰ χριομένων τῷ μύρῳ τῷ ἁγίῳ· καὶ τρίτη τῶν μήτε βαπτιζομένων, μήτε χριομένων, ἀλλὰ &c. Ediderunt quidem hunc Librum antehac *Margarinus Bignæus* Bibliothecæ Sanctorum Patrum Tomo quinto *latinè*, R. P. *Antonius Possevinus* in Apparatu Sacro lit. T itidem *latinè*, *Joannes Meursius* in Variorum Divinorum Libro *græcè*, & tandem *Franciscus Combefisius* in Magnæ Bibliothecæ Veterum Patrum Auctario Tom. II colum. 449 *græcè* & *latinè*, sed omnes adeò imperfectè & mutilè, ut totâ novâ editione opus sit, si quis differentiam, quæ inter jam memoratas editiones impressas & manuscriptum hoc exemplar *Cæsareum* est, sufficienter velit declarare. Reservandum igitur hoc est *Supplemento Bibliothecæ Veterum Patrum græco-latinæ, ex Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ* varijs Codicibus MStis posthac edendo. Interim autem obiter nunc moneo, *Timotheum* illum, qui Libri istius autor est, tàm in Bibliothecæ Veterum Patrum editione Parisinâ antiquâ anni 1576, quàm in novissimâ anni 1654, ut & in R. P. *Antonij Possevini* Apparatu Sacro, perperàm appellari *Custodem Vasorum Sacrosanctæ Deiparæ, quæ est in Chalcoprateis.* Ipse enim *Timotheus* fuit *Presbyter &* (2) *Magnus Sceuophylax sive Custos Vasorum Magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ S. Sophiæ; Ecclesiæ autem Beatissimæ Virginis Deiparæ in Chalcoprateis Presbyter & Sceuophylax* fuit eodem tempore *Joannes* ille, ad quem *Timotheus* Librum scripsit de differentiâ variarum hæresium, ut ex suprà exhibitâ Inscriptione ejus, quæ in Codice hoc MSto *Cæsareo* exstat, manifestè cernitur. Notandum præterea est, minimè audiendum esse *Combefisium,* dum columnâ 451 & 462 suprà citati Tomi secundi Auctarij Bibliothecæ Veterum Patrum, in eodem Libro de hæresibus, mendosam lectionem Meursianam Ἀκκαοφόροι,

(1) *De hâc Ecclesiâ vide plura in* Georgij Codini *mei Originibus Constantinopolitanis Parisijs A. 1655 ex Typographiâ Regiâ græcè & latinè editis pag. 43.*

(2) *De dignitate & officio Magni* Sceuophylacis Magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ *vide RR. PP.* Jacobi Gretseri & Jacobi Goar, *Notas in Georgium Codinum de Officijs; item* Joannis Meursij *Lexicon Græco-barbarum in v.* Σκευοφύλαξ, & Dominici Magri Melitensis *Notitiam Vocabulorũ Ecclesiasticorũ Romæ A. 1669 Italicè editã in 4to.*

perperàm tuetur & defendit contra veram & genuinam lectionem Σακκοφόροι, quæ ut in aliis incorruptis Codicibus MStis, quibus *Margarinus Bignæus* & R.P. *Franciscus Turrianus* S. J. usi sunt, ita etiam in præstantissimo hoc Codice MSto *Cæsareo* clarè & perspicuè exstat hoc modo: Σακκοφόροι, καὶ Ἀποτακτῖται καὶ Ἐγκρατῖται ἢ Ὑδροπαραστάται &c.

Decimo nonò, & quidem à fol. 49 pag. 2 usque ad fol. 53 pag. 1, *Petri Patriarchæ Antiocheni ad Michaelem Cerularium Patriarcham Constantinopolitanum Epistola* de *Ecclesiâ Romanâ*; cujus titulus & principium: Τῷ θεοειδεστάτῳ, σεβασμίῳ καὶ προσκυνητῷ ἁγίῳ Δεσπότῃ μου, τῷ μακαριωτάτῳ Ἀρχιεπισκόπῳ Κωνσταντινουπόλεως, Νέας Ῥώμης, καὶ οἰκουμενικῷ Πατριάρχῃ, Πέτρος ἐλέῳ Θεοῦ Ἀρχιεπίσκοπος Θεουπόλεως μεγάλης Ἀντιοχείας. Ὅσα ἐπονηρεύσατο ὁ ἐχθρὸς ἐν τῷ ἁγίῳ σου, &c. Plura de hâc *Petri Patriarchæ Antiocheni Epistolâ*, ut & de *Michaele Cerulario Patriarchâ Constantinopolitano* vide Libri *tertii* horum Commentariorum pag. 160.

Vigesimò, & quidem à fol. 53 pag. 1 usque ad fol. 56 pag. 2, ejusdem *Petri Patriarchæ Antiocheni Epistola ad* (1) *Joannem Tranensem in Apuliâ Episcopum de controversiis Fidei inter Occidentalem & Orientalem Ecclesiam.* Ipsa tituli græci verba cum principio Epistolæ sunt hæc: Τῷ σεβασμιωτάτῳ ἰσαγγέλῳ δεσπότῃ καὶ πνευματικῷ ἡμῶν ἀδελφῷ τῷ ἁγιωτάτῳ Ἐπισκόπῳ (2) Βραδίνσης Ἀπηλεγίνσης Πέτρος ἐλέῳ Θεοῦ Πατριάρχης Θεουπόλεως μεγάλης Ἀντιοχείας. Πολλῆς ἡμῖν εὐφροσύνης καὶ μεγάλης πνευματικῆς ἀγαλλιάσεως τὰ σὰ κατέστησεν ἱερὰ γράμματα· &c.

Vigesimo primò, & quidem à fol. 56 pag. 2 usque ad fol. 62 pag. 2, *Nicetæ cognomine Sthethati sive Pectorati, Monachi & Presbyteri Studitæ, Liber contra Ecclesiam Romanam de Azymis, de Jejunio Sabbati, & de Nuptiis Sacerdotum*; cujus titulus & principium: Νικήτα μονάζοντος καὶ πρεσβυτέρου μονῆς (3) τῶν Στουδίου, τοῦ Στηθάτου, πρὸς Ῥωμαίους περὶ ἀζύμων καὶ σαββάτων νηστείας καὶ γάμων ἱερέων. Καλὴ ἡ πρὸς τὸν πλησίον ἀγάπη, ὦ πάντων ἐθνῶν σοφώτατοι Ῥωμαῖοι καὶ εὐγενέστατοι· ἐκ γὰρ τοῦ ἔχειν πρὸς τὸν πλησίον ἀγάπην &c. Ejusdem Libri me-

(1) *Vide de eo Em. Card.* Baron. *Annal. Eccles. Tom. XI, an.* 1053 *num.* 12, 13 *& deinceps, & an.* 1059 *num.* 65. (2) *Ita ibi perperàm scriptum est; nempe* Βραδίνσης Ἀπηλεγίνσης *pro* Τρανίνσης Ἀπουλίνσης. *De Urbe autem Apuliæ* Trano *vide* Philip. Cluverii *Italiam Antiquam lib. 4 cap. 11, ubi is eam autoritate antiquæ Tabulæ Itinerariæ appellat* Turenum; *item* Leandri Alberti *Descriptionem Italiæ, ubi agitur* de Agro Baritano. (3) *Eâdem loquendi ratione utitur etiam* Georgius Codinus *in Libello de Ædificiis Constantinopolitanis, ubi pag.* 51 *mentionem hujus Monasterii facit his verbis:* Τὰ Στουδίου Στούδιος Πατρίκιος ἔκτισεν ἐν τοῖς χρόνοις Λέοντος τοῦ Μακέλλη, καὶ κτήματα πολλὰ ἐπικύρωσεν καὶ μοναχοὺς χιλίους ἀπέκλεισε. *Hoc est:* Monasterium Studii Studius Patricius condidit tempore Leonis Maceli, & multis ditavit possessionibus, atque Monachos mille in eo instituit. *Vide etiam suprà pag.* 102, *ubi pro* τῆς μονῆς τῶν Στουδίου *legitur* τῆς μονῆς τῶν Στουδιτῶν.

meminit etiam V. CL. *Leo Allatius* in Opere doctissimo de Ecclesiæ Occidentalis & Orientalis perpetuâ Consensione, & quidem Lib. 2, cap. 9 § 6, his verbis: *Hoc nefario Cerularij exemplo alij quoq; in Graciâ, qui se eousq; tacitos ac reverentes continuerant, rubore excusso, palàm non ore, sed scriptis editis, in Romanam Ecclesiam oblatrare cœperunt; eâq; ipsâ ætate Cerularij, NICETAS quidam ex Monasterio Studij, cognomine STETHATVS, quem latinè dixerunt PECTORATVM, multa Latinorum, & præcipuè de Spiritu Sancto, de Azymis, de Sabbatô & de Nuptijs Sacerdotum criminatus est. Syntagmatis principium est:* Καλὴ πρὸς τὸν πλησίον ἀγάπη, ὦ πάντων σοφώτατοι Ῥωμαῖοι καὶ εὐγενέστατοι &c. *Scriptum hoc in eâdẽ Vrbe Constantinopolitanâ condemnatum, approbante quoque Imperatore, flammis exarsit. Ut videtur tamen, vel Cerularij, vel ipsius Autoris studio renatum, adhuc in Bibliothecis perdurat, ut uno eodémq; tempore, & malo Autoris animo, & argumentorum ac rationum futilitate perpensâ, illum detestemur; hæc verò proposita diluamus, & eorum simul amentiam, qui ista tanti faciunt, deploremus.* Hucusque *Allatius*. Plura de eodem *Nicetâ* & de jam memorato ipsius *Libro, Constantinopoli* publicè damnato ac combusto, vide suprà pag. 102 in recensione Codicis CCXLmi.

Vigesimo secundò, & quidem à fol. 62 pag. 2 usq; ad fol. 64 pag. 2, *Enumeratio causarum*, (1) *propter quas Pontifex Romanus ex Diptychis Græcorum ejectus est, collecta ex Patriarchæ Constantinopolitani Michaelis Cerularij & Petri Patriarchæ Antiocheni aliorúmq; nonnullorum Epistolis.* Ipsa tituli græci verba cum principio Opusculi sunt hæc: Ἀπαρίθμησις αἰτιῶν, δι᾽ ἃς ἀπόσχισται ἡ τοῦ Πάπα Ῥώμης ἀναφορά, ἐκλεγεῖσα ἀπὸ τῶν ἐπιστολῶν τοῦ κυρίου Μιχαὴλ Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Κηρουλαρίου καὶ τοῦ μακαριωτάτου Πέτρου Ἀντιοχείας καὶ ἐξ ἄλλων τινῶν. Μέχρι μὲν Σεργίου τοῦ εὐσεβεστάτου Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως ὁ Πάπα Ῥώμης ἐν τοῖς ἱεροῖς διπτύχοις τῶν Πατριάρχων ὡς εὐσεβὴς ἀνεφέρετο· μετὰ τοῦτο δὲ &c.

(1) *Plura de eadem re vide Lib. III horũ Commentariorum pag. 118, 119 & 120.*

Vigesimo tertiò, & quidem à fol. 64 pag. 2 usque ad fol. 83 pag. 1, *Michaelis Cerularij, Patriarchæ Constantinopolitani*, (2) *Epistola ad Petrum Patriarcham cum subjuncto Opere contra Latinos.* Epistola inscribitur atque incipit hoc modo: Ἐπιστολὴ Μιχαὴλ τοῦ μακαριωτάτου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως Νέας Ῥώμης καὶ οἰκουμενικοῦ Πατριάρχου τοῦ Κηρουλαρίου πρὸς Πέτρον τὸν ἁγιώτατον Πατριάρχην Θεουπόλεως μεγάλης Ἀντιοχείας. Τὰ γράμματα τῆς μακαριότητός σου ἀνέ-

(2) *Vide etiam Lib. III horum Commentariorum pag. 160.*

γνω ἡ μετριότης ἡμῶν &c. Subjuncti autem *Operis contra Latinos* principium est hoc: Ὡς πολὺ τὸ πλῆθος τῆς χρηστότητος τοῦ παναγάθου Κυρίου &c.

Vigesimo quarto, & quidem à fol. 83 pag. 1 usque ad fol. 87 pag. 1, *Eversio hæreseos Paulicianorum*; cujus titulus & principium: Ἀνατροπὴ τῶν Παυλικιανῶν τῆς ποικίλης καὶ πολυσχιδοῦς αἱρέσεως. (1) Σαμόσατον πόλις Συρίας, ἐν ᾗ γυνή τις ὀνόματι Καλλινίκη, &c.

(1) Vide Euthymij Panopliam Dogmaticam Part. II Tit. XXI.

(2) Vide suprà pag. 2 & 3.

Vigesimo quinto, & quidem à fol. 87 pag. 1 usq; ad fol. 100 pag. 1, *S. Joannis Damasceni Liber contra hæreses* & quidem multo auctior, quàm is (2) suprà exstat in Codice CCIIdo num. 3, & in Operum ipsius editione Billianâ Parisinâ anni 1619 à pag. 688 usque ad pag. 698 & à pag. 936 usque ad pag. 943. Vide etiam ibidem R. P. *Frontonis Ducæi* S.J. Notas ad ejusdem Libri *Fragmenta græca*, ex Codice MSto *Bibliothecæ Augustanæ* excerpta; ubi rectè monet, Librum hunc nihil aliud esse quàm *Epitomen Panarij S. Epiphanij*, sed continuatam à *S. Joanne Damasceno* usque ad sua tempora. Titulus ejus cum principio est in posteriori hoc Codice MSto *Cæsareo* talis: Ἑτέρου αἱρέσεις διάφοροι. Βαρβαρισμὸς, ἥτις καθ' ἑαυτὴν ἐστὶ διαρκέσασα, ἀπὸ ἡμερῶν τοῦ Ἀδὰμ ἐπὶ δέκα γενεὰς ἕως τοῦ Νῶε: βαρβαρισμὸς δὲ καλεῖται &c. *Epilogus* autem sive *Conclusio* totius Libri incipit ibidem his verbis: Καὶ ταῦται μὲν αἱρέσεις αἱ προγραφεῖσαι ἐγράφησαν κατ' ἐπιτομὴν διὰ τὸ εἶναι ταύτας τῶν λοιπῶν γεννητικὰς, ἐπεὶ πᾶσαι εἰσὶ τὸν ἀριθμὸν ρ'. τούτων ἁπάντων ὥσπερ τινῶν βόθρων ἡ ἁγία καὶ καθολικὴ ἐκκλησία ἐκφεύγουσα, καὶ &c; definit autem hoc modo: οὕτως ποιῶν ὑπάρχει ὀρθότομος λάτρις τῆς ἁγίας καὶ ἀσυγχύτου Τριάδος, Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος, τῆς μιᾶς θεότητος, ᾗ ἡ δόξα, ἡ τιμὴ καὶ ἡ προσκύνησις εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

Vigesimo sexto, & quidem à fol. 100 pag. 1 usque ad fol. 102 pag. 2, *S. Joannis Damasceni Liber, qui inscribitur Disputatio Saraceni & Christiani*. Ipsa tituli græci verba cum principio Disputationis sunt ibi hæc: Διάλεξις Σαρακηνοῦ καὶ Χριστιανοῦ. Ἐρωτηθεὶς ὁ Χριστιανὸς παρὰ Σαρακηνοῦ, Τίνα λέγεις αἴτιον καλοῦ καὶ κακοῦ; &c. Vide Operum *S. Joannis Damasceni* editionem Billianam Parisinam anni 1619, pag. 811 & 812; sed ibi iste Liber exstat tantùm *latinè*, & longè alio ordine, quàm in hoc Codice MSto *Cæsareo*.

Vigesimo septimo, & quidem à fol. 102 pag. 2 usque ad fol. 121 pag.

pag. 2, Excerpta varia ex *S.* (1) *Anastasij Sinaitæ Patriarchæ Antiocheni* Ὁδηγῷ sive *Duce Viæ adversus Acephalos*; quorum principium est hoc: (2) Ἐρώτησις ὀρθοδόξου. Λέγοντες δύο φύσεις ἐπὶ Χριστοῦ &c. Notabile autem (3) ibi inprimis est *Ammonij Presbyteri Alexandrini Testimonium contra Monophysitas* sive *de differentiâ inter Naturam & Hypostasin*, ex Opere ipsius contra *Euthychetis* & *Dioscori* hæresin conscripto desumptum; cujus titulus & principiū: Ἀμμωνίου πρεσβυτέρου Ἀλεξανδρείας ἐκ τοῦ πρὸς τὴν αἱρέσεως Εὐτυχοῦς καὶ Διοσκόρου. (4) Ἔτι γοῦν τὸ παρ' αὐτοῖς τοῖς τῆς Συνόδου Χαλκηδόνος ἐπιμεμφομένοις &c.

(1) *Nominatim fit ejus ibi mentio fol. 121 pag. 2.*
(2) *Vide editionem græco-latinam Gretserianam pag. 70, & Lib. III horum Commentariorū pag. 64 & 164.*
(3) *Vide ibi fol. 107 pag. 2.*
(4) *Vide ibidem pag. 284.*

Vigesimo octavò, & quidem à fol. 121 pag. 2 usque ad fol. 129 pag. 2, *Euthymij, Monachi Monasterij Constantinopolitani cognomine* τῆς Περιβλέπτου *Epistola invectiva contra Armenios*, cujus titulus & principium: Ἐπιστολὴ Εὐθυμίου Μοναχοῦ τῆς Περιβλέπτου μονῆς στηλιτευτικὴ κατὰ Ἀρμενίων θεοπασχιτῶν &c. Ἐπειδήπερ Εὐτυχὴς καὶ Διόσκορος &c.

Vigesimo nonò, & quidem fol. 129 pag. 2 & fol. 130 pag. 1, *Narratio de hæresi Ismaelitarum, sive Saracenorum*, cujus titulus & principium: Ἑτέρα ἐξήγησις τῶν Ἰσμαηλιτῶν πλατυτέρα τῆς ὄπισθεν. Οὗτοι μὲν οὖν ἕως τῶν Ἡρακλείου χρόνων προσφανῶς εἰδωλολάτρουν· ἀπὸ δὲ τῆς Ἡρακλείου καὶ δεῦρο &c. Conferatur hæc Narratio cum alterâ illâ ejusdem generis, quæ exstat in *Euthymij Panopliâ Dogmaticâ* Part. II Tit. 24.

Trigesimò, & quidem à fol. 130 pag. 1 usque ad fol. 131 pag. 2, *S. Cyrilli Archiepiscopi Alexandrini Disputatio cum Nestorio hæresiarchâ*, cujus titulus & principium: Διάλεξις Κυρίλλου καὶ Νεστορίου. Νεστόριος. Ὅταν ἡ θεία γραφὴ διαλέγεται φύσιν Χριστοῦ ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου, Θεὸν οὐδαμοῦ &c.

Trigesimo primò, & quidem à fol. 131 pag. 2 usque ad fol. 132 pag. 2, *ex S. Gregentij Disputatione cum Erbano Hebræo Excerpta nonnulla*, quorum titulus & principium: Ἐκ τῆς διαλέξεως τοῦ ἁγίου Γρηγεντίου καὶ Ἐρβάν. Ἐρβὰν ἔφη· Πόθεν ἐξελάβετε Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα πιστεύειν &c.

Trigesimo secundò, & quidem à fol. 132 pag. 2 usque ad fol. 170 pag. 2, *S. Gregentij, Tapharensis in Homeritide Arabiæ Felicis Regione Archiepiscopi, Disputatio integra, cum Erbano Hebræo, quatuor diebus continuis coram Abramio Rege Homeritarum Christiano in Metro-*

Metropoli Taphar seu Saphar habita, cum subjunctâ Narratione de conversione ingentis multitudinis *Judæorum* ad religionem Christianam, simul & de morte *Regis Abramij* atque *S. Gregentij Archiepiscopi*. Inscribitur ea atque incipit hoc modo: Ἀρχὴ τῆς διαλέξεως τῶν Ἰουδαίων μετὰ τοῦ ἁγίου Γρηγεντίου. Τούτων οὕτως γεγονότων καὶ οὕτω παρακολουθησάντων, καὶ τοῦ Βασιλέως ἐπὶ τούτοις αἰνοῦντος τὸν Κύριον, καὶ τῶν μεγιστάνων αὐτοῦ ἀδικεῖν τὸ οἱονοῦν μὴ τολμώντων, καὶ πάντων χαρᾷ εὐφραινομένων, παρεγένοντο καὶ οἱ Ἰουδαῖοι, καθὰ καὶ ἐκελεύσθη αὐτοῖς, ἀναλωθείσης αὐτοῖς ἤδη τῆς προθεσμίας τῶν τεσσαράκοντα ἡμερῶν· παρεγένοντο δὲ τοῦ διαλεχθῆναι ἕνεκα· καὶ τοῦ Βασιλέως ὑπομνηθέντος ἑτοιμασίας ἐν τῷ θολωτῷ γεγονυίας· αὐλὴ δὲ τοῦτο μεγίστη καὶ πρώτη τῶν βασιλειῶν περίεστι· ἐκεῖσε τοιγαροῦν ἑτοιμασίας γεγονυίας, καὶ ἁπάσης τῆς τάξεως ἀθροισθείσης, παρούσης καὶ τῆς ἱερᾶς συγκλήτου, παρεγένετο καὶ ὁ Βασιλεὺς μετὰ τῷ ἁγιωτάτῳ Ἀρχιεπισκόπῳ, &c. Edidit quidem hanc *Disputationem græcè & latinè Nicolaus Gulonius* Parisijs apud Federicum Morellum A. 1586 in octavo, sed mendosè & mutilè; eodémq; modo eadē editio inserta est *Magnæ Bibliothecæ Veterū Patrum græco-latinæ Parisinæ* Tomo undecimo à pag. 194 usq; ad pag. 272. Titulus ejus cū principio est ibi talis: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν ΓΡΗΓΕΝΤΙΟΥ, Ἀρχιεπισκόπου γενομένου Τεφρῶν, διάλεξις μετὰ Ἰουδαίου Ἑρβὰν τοῦ νομοδιδασκάλου. Τελεσθείσης ἤδη τῆς προθεσμίας τῶν τεσσαράκοντα ἡμερῶν, παρεγένοντο οἱ Ἰουδαῖοι τοῦ διαλεχθῆναι, ὡς ἐκελεύσθησαν· καὶ τῆς δοκιμασίας ἐν τῷ Θερσλέτῳ γεγονυίας, (αὐλὴ δὲ τοῦτο μεγίστη καὶ πρώτη τῶν βασιλειῶν ἐστὶ) πάσης τε τῆς τάξεως ἀθροισθείσης, παρούσης καὶ τῆς ἱερᾶς συγκλήτου, παρεγένετο ὁ Βασιλεὺς ἅμα τῷ ἁγιωτάτῳ Ἀρχιεπισκόπῳ, &c. Notandum autem hîc *primo* est, *S. Gregentium* perperàm appellari *Archiepiscopum* τῶν Τεφρῶν sive *Tephrensem* pro τῶν Τάφρων sive *Taphrorum*, seu potiùs Ταφάρων sive *Tapharorum*, hoc est, *Taphrensem* vel *Tapharensem*, seu potiùs (1) Ταφαρηνὸν sive *Tapharenum*. Intelligitur enim hîc celeberrima *Arabiæ Felicis Vrbs & Homeritarum Regia*, quæ à *Ptolemæo* Geographiæ lib. 8 in Asiæ Tabulâ sextâ vocatur Σάπφαρ, à *Plinio* Hist. Natural. lib. 6 cap. 23 & ab *Arriano* in Periplo Maris Erythræi (2) Σάφαρ, à *Geographis Arabicis* (3) *Tdaphar*, à *Stephano* de Vrbibus Τάρφαρα corruptè pro Τάπ-

(1) *Vide* Stephanum *de Vrbibus in* v. Τάρφαρα.

(2) *Pro* Σάφαρ *perperàm ibi vulgò legitur* Ἀφάρ, *uti etiam in optimâ* Joannis Gulielmi Stuckij *editione græco-latinâ videre est. Vide ibi ejusdem Notas pag.* 40, *&* Claudij Salmasij *Plinianas Exercitationes in Solinum pag.* 491.

(3) *Vide* Samuelis Bocharti *Geographiam Sacram lib.* 2 *cap.* 30, *pag.* 165 *&* 166.

Τάπφαρα, à *Philostorgio* Histor. Ecclesiast. lib. 3 § 4 (1) Τάφαρον, & denique ab *Ammiano Marcellino* lib. 23 *Taphron* vel, ut in melioribus Codicibus MStis, (2) *Taphra* numero plurali neutrius generis. Corrigendum ergò est ejusdem Vrbis *nomen* etiam in fine suprà memoratæ editionis Disputationis *S. Gregentij*, utpote ubi ea perperàm appellatur Τεφὰρ pro Τάφαρ seu Τάφρα. Notandum *secundò* est, in eâdem editione *Guloniana* pro τῆς δοκιμασίας γεγονυίας, hoc est, ut *Gulonius* vertit, *probatione factâ*, sine ullo dubio legendum esse, ut in Codice MSto *Cæsareo*, τῆς ἑτοιμασίας γεγονυίας, hoc est, *apparatu facto*. Notandum *tertiò* est, ædificium Palatij Regij Vrbis *Taphar*, in quo *Disputatio S. Gregentij* publicè cum *Judæis* habita est, in eâdem suprà memoratâ editione *Guloniana* perperàm & sine ullo sensu vocari Θρέλλετον sive *Threlletum*, cùm pro ἐν τῷ Θρελλέτῳ re verâ legendum sit ἐν τῷ Θολωτῷ. Θολωτὸν enim sive (3) *Tholotum* fuit ædificium illud appellatum vel *à rotunditate totius fabricæ*, vel saltem *à fastigio rotundo*, quod Italicè *Cupola*, Græco-barbarè autem (4) Τροῦλλος, Τροῦλλα & Τροῦλλον dicitur. Idem igitur est τὸ Θολωτὸν, quod græco-barbari vocant Τρουλλωτὸν, & forsan in nonnullis *Disputationis Gregentianæ* Exemplaribus MStis pro ἐν τῷ Θολωτῷ scriptum fuit ἐν τῷ Τρουλλωτῷ, ex quo deinceps ab imperitis exscriptoribus factum est ἐν τῷ Θρελλέτῳ. Notandum *quartò* est, celebrari quidem in *Menæis Græcorum* memoriam *S. Gregentij* die *decimo nono Decembris*, sed perperàm ibi appellari Γριγεντῖνον sive *Grigentinum*. Quòd enim per *Grigentinum* hunc non alius sit intelligendus quàm *S. Gregentius Archiepiscopus Tapharensis*, manifestè apparet ex jam memorato *die decimo nono Decembris*, quippe quo illum certò constat obijsse, ut in fine *Disputationis* ipsius cum Judæis memoratur his verbis: (5) Ὁ δέγε ἐν ἁγίοις ΓΡΗΓΕΝΤΙΟΣ καλῶς ποιμάνας καὶ αὐτὸς τὸ τοῦ Χριστοῦ ποίμνιον, καὶ ἐποικοδομήσας ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν Ἀποστόλων καὶ Προφητῶν, καὶ πολλὰ τεράστια, καὶ σημεῖα εἰς δόξαν Θεοῦ ἐπιτελέσας καὶ ζῶν καὶ μετὰ κοίμησιν, μετὰ μικρὸν τῆς κοιμήσεως τοῦ εὐσεβοῦς Βασιλέως (6) μετῆλθε τὸν βίον μηνὶ ΔΕΚΕΜΒΡΙΩ, ΙΘ΄. Hoc est: *Sanctus autem GREGENTIUS, cùm & ipse Christi gregem præclarè pavisset, & super Apostolorum atque Prophetarum fundamento ædificâsset, & tàm vivus, quàm mortuus, multa miracula ac signa ad Dei gloriam fecisset, paulo post pij Regis* (7) *obitum vitam cum morte commutavit, mense DECEMBRI,*

(1) *Vide ibi* Jacobi Godefredi *Notas pag.* 106 *&* 107.

(2) *Vide ibi pag.* 255 *editionis Parisinæ* Henrici Valesij, *& ejusdem Notas pag.* 271.

(3) *Vide* Bernardini Baldi Vrbinatis *Lexicon Vitruvianum in explicatione vocabuli* Tholus.

(4) *Vide* Joannis Meursij *Glossarium Græco-barbarum in explicatione vocabulorum* Τροῦλλα, Τροῦλλον, Τροῦλλος, *&* Τρουλλωτόν.

(5) *Ita hic locus legitur in Codice MSto* Cæsareo; *aliquanto autem aliter in editione impressâ* Nicolai Gulonij. (6) *Nempe* Ἀβραμίου. (7) *Nempe* Abramij.

die DECIMO NONO. Ut igitur ex hoc testimonio de die obitûs *S. Gregentij* certò liquet, per *Grigentinum*, cujus in *Menæis* fit mentio, haud alium esse intelligendum, quàm illum ipsum *S. Gregentium Archiepiscopum Tapharensem*, ita multo etiam magis id elucet ex reliquâ totâ *Menæorum* de eodem narratione, cujus præcipua pars, ad rem præsentem maximè pertinens, est hæc: *Elesbaan* Regem Æthiopiæ Christianissimum, cùm Hebræum Homeritarum Tyrannum *Dunaan* ob sævissimam Christianæ religionis persecutionem debellâsset & occidisset, ab (1) *Asterio* Archiepiscopo Alexandrino orthodoxo petijsse, ut ad se mitteretur Episcopus aliquis orthodoxus, eruditione & sanctimoniâ vitæ venerabilis, cui supremà committeretur cura ecclesiastica Christianorum *Homeritarum*, simul etiam conversio *Judæorum*, qui totam ferè *Homeritidem* occupaverant; hâc igitur de causâ ad Regem *Elesbaan* in *Æthiopiam* missum esse *S. Gregentium*, *Agapij* & *Theodotes* filium, patriâ *Mediolanensem*, eundémque porrò ab *Elesbaan* missum esse in *Arabiam Felicem*, &, suscepto *Metropolis Tapharensis Archiepiscopatu*, ingentem *Judæorum* multitudinem disputationum suarum soliditate & miraculorum efficaciâ ad Christianam religionem convertisse, novisque LEGIBUS Regnum *Homeritarum* reformâsse. Ipsa narrationis istius ultima verba, quæ argumento huic illustrando præcipuè possunt inservire, sunt hæc: Ὁ δὲ (ἅγιος ΓΡΗΓΕΝΤΙΟΣ) Πρεσβυτέρους καὶ Διακόνους χειροτονήσας, τὰς νεωστὶ νεουργηθείσας εἰς τὴν Εὐδαίμονα Ἀραβίαν παρὰ τοῦ Βασιλέως ἐκκλησίας καθαγιάσας, πρώην σχεδὸν παντὸς τοῦ ἔθνους ἰουδαΐζοντος, πολλοὺς τῶν Ἰουδαίων ἐβάπτισε μετὰ ταῦτα, σὺν τῶν Ἰουδαίων πρώτους καὶ διδασκάλους ἀπό τε συλλογισμῶν καὶ γραφῶν ἀποδείξεσι πείσας, καὶ θαύμασιν ἐκπλήξας, πάντας προσήγαγε τῇ ἀληθινῇ πίστει, ΝΟΜΟΥΣ ἐκθέμενος, καὶ πᾶν ἀρέσκον Θεῷ διαπραξάμενος. οὕτω καλῶς τὸ ποίμνιον αὐτοῦ ποιμάνας, καὶ πολλὰ θαύματα εἰς δόξαν Θεοῦ ἐπιτελέσας, ἐν εἰρήνῃ ἀνεπαύσατο. Hucusque *Menæa*. Notandũ *quintò* est, *S. Gregentiũ* in *Philippi Ferrarij* Catalogo Sanctorũ, qui in Martyrologio Romano non sunt, *die decimo nono Decembris*, & quidem non solùm pag. 481 in ipso contextu, verùm etiã in Indice, perperàm appellari *S. Grigentinum Abbatẽ ignotæ sedis*, ideóq; etiã ibi, itidem ut in *Menæis*, nomen hoc corrigendum, & titu-

(1) *Ita hic Archiepiscopus rectè appellatur in Historiâ Martyrij* S. Arethæ, *à* Symeone Metaphraste *compositâ: nempe* Asterius, *non autem* Proterius, *ut perperàm legitur in* Menæis. Proterius *enim Archiepiscopus Alexandrinus orthodoxus floruit ante* Imp. Justini Senioris *tempora, utpote qui* A.C. 458 *factione* Timothei Æluri, *heretici Pseudo-Archiepiscopi Alexandrini, in Baptisterio crudeliter occisus est. Quâ de re vide Em. Card.* Baronij *Annal. Ecclesiast. Tom. VI an.* 457 *& R. P.* Phil. Labbei *Chronologiam Historicam an.* 458. Asterius *autem contra alium quendam* Timotheum, *itidem hereticum Pseudo-Archiepiscopum Alexandrinum, Archiepiscopus Alexandrinus Catholicus & orthodoxus constitutus est ab* Imp. Justino Seniore *anno Imperij sui* quarto, *sive anno Christi* 521. *Quâ de re vide Em. Card.* Baronij *Annal. Ecclesiast. Tom. VII an.* 521.

titulum *Abbatis ignotæ sedis* in titulum *Archiepiscopi Tapharensis* transformandum esse. Notandum *sextò* est, *Disputationem S. Gregentij*, tùm uti in Codice hoc MSto *Cæsareo* exstat, tùm uti à *Nicolao Gulonio* ex alio quodam Codice MSto *Gallicano* primùm græcè & latinè seorsùm edita, & posteà *Bibliothecæ Veterum Patrum græco-latinæ Parisinæ* inserta est, non esse Opus aliquod *integrum*, sed tantùm Historiæ alicujus integræ, de Vitâ & rebus gestis *Abramij Regis Homeritarum* atque *S. Gregentij Archiepiscopi Tapharensis* conscriptæ, partem posteriorem à Disputatione cum Judæis usque ad eorundem conversionem, & *Regis Abramij* atque *S. Gregentij* obitum. Id enim manifestè apparet ex abrupto hoc & ad præcedentis narrationis filum respiciente principio: Τούτων οὕτως γεγονότων καὶ οὕτω παρακολουθησάντων &c; vel, ut in editione impressâ *Gulonianâ* legitur: Τελεσθείσης ἤδη τῆς προθεσμίας τῶν τεσσαράκοντα ἡμερῶν, &c. Cæterùm de *Autore*, qui *S. Gregentij Disputationem cum Erbano Hebræo*, ex *publicis Ecclesiæ Tapharensis Actis* depromptam, primus adeò prolixè & accuratè literis mandavit, nondum quidem adhuc certò aliquid ausim affirmare, multas tamen ob causas verisimile mihi videtur, eum esse *Nonnosum, Imp. Justiniani Imi sive Magni ad Homeritas Legatum*, cujus *Historiam Legationis Photius Patriarcha Constantinopolitanus* refert exstitisse in Bibliothecæ suæ Codice tertio.

Trigesimo tertiò, & quidem à fol. 171 pag. 1 usq; ad fol. 176 pag. 2, *S. Gregentij, Archiepiscopi Tapharensis, Legislatio sub nomine Abramij Regis Homeritarum*, sive, *Abramij Regis Homeritarum Leges à S. Gregentio Archiepiscopo Tapharensi composita*; quarum titulus cum principio *Proœmij* est talis: Νομοθεσία τοῦ ἁγίου ΓΡΗΓΕΝΤΙΟΥ ὡς ἐκ προσώπου τοῦ εὐσεβεστάτου Βασιλέως ᾿ΑΒΡΑΜΙΟΥ. Τοῦ λυτρωτοῦ ἡμῶν καὶ παντοδυνάμου Θεοῦ διὰ ἄφατον ἀγαθότητα καὶ πολλὴν φιλανθρωπίαν ἐπισκεψαμένου τὴν ἡμῶν εὐτέλειαν, καὶ ἐξεγείραντος ἡμᾶς εἰς τὸ ἐπάκρον ὕψος τοῦ δὲ τοῦ περιφανεστάτης καὶ αὐτοκρατορικῆς ἐξουσίας, οὐ δέον ἐν ἀχαριστίᾳ διαμεῖναι τὸν εὐεργέτην· ἀλλ' οὖν κατὰ τὸ ἐφικτὸν ἡμῖν τε καὶ ἐπέραστον καὶ δυνατὸν ἀποθεραπεῦσαι αὐτόν. οὔτε γὰρ διὰ τὴν τιμὴν καὶ τὴν τρυφήν τε καὶ δόξαν δήποτε οὖν ἡμῖν ἁπλῶς ἡμᾶς ἐξήγειρεν, δοὺς ἡμῖν τὸ τῶν ῾ΟΜΗΡΙΤΩΝ περιφανέστατον κράτος, ἀλλ' ἵνα &c. Divisa autem est tota illa, hactenùs, quod ego sciam, nec *græcè* nec *latinè* unquam edita Νομοθεσία sive

Legislatio in *Titulos viginti tres*, quorum primus est; Περὶ φόνου, καὶ μιάσματος καὶ ἀρσενοκοιτίας, hoc est, *De Homicidio, & de impuro sive Sodomitico concubitu cum masculis*; IIdus, Περὶ γοητείας, καὶ ψευδομαρτυρίας, καὶ κλεψίας, hoc est, *De Incantatione, & falso testimonio, & furto*; IIItius, Περὶ πορνείας, hoc est, *De Scortatione*; IVtus, Περὶ μοιχείας, hoc est, *De Adulterio*; Vtus, Περὶ πλουσίων ἐπιθυμούντων, hoc est, *De divitibus puellas pauperes in matrimonium ducere concupiscentibus*; VItus, Περὶ ἐλευθέρων εἰς δουλίαν παραπιπτόντων, hoc est, *De ingenuis in servitutem incidentibus*; VIImus, Περὶ τοῦ, ζευγνῦναι τὰ τέκνα (1) τοὺς γονεῖς πρὸς γάμον ἀπὸ ἐτῶν δέκα ἢ δώδεκα, hoc est, (2) *De eo, quòd parentes liberos suos maritare debent à decem aut duodecim ætatis annis*; VIIIvus, Περὶ μαστρωπῶν, hoc est, *De lenonibus*; IXnus, &c. Mentio harum Legum expressa exstat non solùm in (3) suprà citatis Græcorum *Menæis*, verùm etiam in ipso fine *Disputationis S. Gregentij cum Erbano Hebræo*, nempe fol. 203 editionis Gulonianæ separatæ, & pag. 272 Tomi undecimi Magnæ Bibliothecæ Veterum Patrum græco-latinæ Parisiensis. *Abramij* autem Regis Homeritarum fit mentio in *S. Arethæ* ac sociorum ejus trecentorum & quadraginta, qui A. C. 522 d. 24 Octobris sub *Dunaan Hebræo Homeritarum Tyranno* passi sunt, *Historiâ Martyrij*, à *Symeone Metaphraste* compositâ, quæ incipit: Ἔτος μὲν ἤδη πέμπτον ἐνειστήκει τῷ εὐσεβεῖ Ἰουστίνῳ, τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς τὰ σκῆπτρα ἐπειλημμένῳ, &c; & à *Laurentio Surio* Tomo quinto de probatis Sanctorum Historijs à pag. 934 usq; ad pag. 946 edita est, sed tantùm *latinè*. Ipsa Martyrij verba græca, uti in duobus antiquissimis & elegantissimis *Mensis Octobris Menologij Græcorum* Codicibus manuscriptis *Cæsareis* exstant, sunt hæc: Αὖθις οὖν ὑποστρέψας (4) Ἐλεσβαὰμ πρὸς (5) Ταφαρὴν τὴν πόλιν, πάντας ἀνεῖλε τοὺς ἐν τοῖς βασιλείοις, ἐκκλησίαν τε ἐν αὐτῇ οἰκοδομησάμενος, πρῶτος τῆς οἰκοδομῆς αὐτουργὸς γίνεται· ἐδήλου τε τὰ διαπεπραγμένα πάντα τῷ Ἀλεξανδρείας Ἀρχιερεῖ, καὶ δι' ἐκείνου Ἰουστίνῳ τῷ βασιλεῖ. ὁ μὲν τοι Πατριάρχης Ἀλεξανδρείας χειροτονήσας Ἐπίσκοπον, τοῖς Ὁμηρίταις ἐξέπεμπεν. ὃς καὶ τὸν οἰκοδομηθέντα καθαγιάσας ναὸν, βαπτίζει μὲν οὖν ἐν ταῖς πόλεσι καὶ χώραις τῶν Ὁμηριτῶν ἅπαντας ἐν τῷ τῆς ἁγίας Τριάδος ὀνόματι· διακόνους δὲ ἐξ αὐτῶν καὶ πρεσβυτέρους χειροτονεῖ, καὶ τὴν ἄλλην νενομισμένην ταῖς κατὰ τόπον ἐκκλησίαις κατάστασιν ἀποδίδωσιν. αὐτὸς

(1) Similem loquendi modum vide infrà in proximè sequenti Codice CCXLVIII num. 4.

(2) Ipsum istius legis principium est tale: Κελεύει ἡ ἐκ θεοῦ ἡμῶν βασιλεία πᾶσιν γονεῦσιν ἀπὸ δέκα ἐτῶν μέχρι δωδεκαετίας τὰ τέκνα συναπτεῖν πρὸς γάμον ἐκτὸς αὐθεντείας· ὁ δὲ παραβαίνων &c.

(3) Vide suprà pag. 129.

(3) Ita ibi hoc nomen semper scriptum est, nempe Ἐλεσβαὰμ per μ in fine, non autem Ἐλεσβαὰν per ν.

(5) Ita ibi perperàm scriptum est, nempe Ταφαρὴ pro Τάφαρ seu Τάφαρα. Quâ de re vide suprà pag. 128 & 129.

αὐτός τε ὁ θειότατος βασιλεὺς Ἐλεσβαὰμ ἅμα αὐτῷ εἰς Νεγρὰν τὴν τῶν μαρτύρων ἀφικνεῖται πόλιν, κἀκεῖσε οἰκοδομησάμενος ἐκκλησίαν, καὶ πέντε τῶν βασιλικῶν κτημάτων ἐν αὐτῇ ἀποτάξας, εἶτα καὶ ἐκ τῶν τοῦ μάρτυρος Ἀρέθα τρία προσθεὶς, ὡς ἐκεῖνος περὶ τὰ τῆς μαρτυρίας τέλη ἐπέσκηψε, πάντας τε τοὺς ἠνδραποδισμένους, καὶ ἄλλως διεσκορπισμένους ἐν τῷ τοῦ διωγμοῦ καιρῷ, συναθροίσας, καὶ τὸν τοῦ θείου μάρτυρος Ἀρέθα υἱὸν τοῦ ἔθνους ἀρχηγὸν καταστήσας, ἐπιμελησάμενός τε τοῦ τόπου, ἐν ᾧ τὰ τῶν μαρτύρων ἔκειτο λείψανα, καὶ ἀσυλίαν ἐκεῖσε δωρισάμενος, ἄπεισι καὶ πρὸς τὰ βασίλεια, καὶ τοῖς Ὁμηρίταις ἈΒΡΑΜΙΟΝ τινα, ἄνδρα, θεοφιλῆ καὶ τῷ Χριστοῦ ὀνόματι σεμνυνόμενον, ΒΑΣΙΛΕΑ χειροτονήσας, τῷ τε ὁσιωτάτῳ Ἐπισκόπῳ περὶ που μυρίους τῶν Χριστιανῶν Αἰθιόπων παραδοὺς, ἐπάνεισι χαίρων πρὸς τὰ οἰκεῖα βασίλεια μετὰ λαφύρων καὶ λείας οὐδὲ ἀριθμῷ ληφθῆναι ῥᾳδίας, οὐκ ὀλίγην χρημάτων ἀπόμοιραν καὶ τῷ στρατῷ διαδούς. Hoc eſt: *Reverſus igitur* (1) *Elesbaam ad Vrbem* (2) *TAPHAR, omnes, qui in Regiâ erant, interemit, & Eccleſiam ibi ædificans, primus ipſe fundamentum ejus poſuit. Significavit etiam omnia, quæ geſta fuerant, Archiepiſcopo Alexandriæ,* (3) *& per illum Imperatori Juſtino. Patriarcha autem Alexandriæ Epiſcopum* (4) *ordinavit, miſitq; ad Homeritas. Qui cùm Templum, quod fuerat ædificatum, conſecrâſſet, baptizavit omnes, qui erant in Vrbibus & pagis Homeritarum, in nomine Sanctæ Trinitatis. Ex illis porrò ordinavit Diaconos ac Presbyteros, & reliquum omnem decentem ac legitimum ſtatum Eccleſijs in totâ Regione exiſtentibus contulit. Ipſe autem diviniſſimus Rex Elesbaam unà cum eo venit in Martyrum Civitatem* (5) *Negran, &, cùm illic quoq; exſtruxiſſet Templum, & quinq; poſſeſſiones regias ei attribuiſſet, atq; inſuper etiam ex Martyris Arethæ poſſeſſionibus, ut ipſe in fine Martyrij mandaverat, tres addidiſſet, & collegiſſet omnes, qui tempore perſecutionis in ſervitutem redacti, vel aliàs diſperſi fuerant, ſimul etiam filium Arethæ Martyris Ducem gentis conſtituiſſet, & peculiarem geſſiſſet curam iſtius loci, ubi Martyrum jacebant reliquiæ, earúmq; reſpectu illi conceſſiſſet jus aſyli, redijt ad Vrbem Regiam Taphar, & Homeritis ABRAMIVM quendam, Virum Dei amantem & gloriâ nominis Chriſti inſignem, REGEM conſtituit; ſanctiſſimo autem Epiſcopo* (6) *decem circiter millia Chriſtianorum Æthiopum tradidit, eóq; facto, lætus ad propriam ſuam Vrbem Regiam* (7) *remigravit cum prædâ & ſpolijs ferè innumerabilibus, nec parvam pecuniæ portionem etiam exer-*

(1) *Aliàs* Elesbaan.

(2) *In* Laurentij Surij *verſione latinâ appellatur hæc Vrbs perperàm* Phare.

(3) *Nempe* Aſterio.

(4) *Nempe* S. Gregentiū.

(5) *In Surianâ verſione latinâ legitur* Nagram.

(6) *Nempe* S. Gregentio.

(7) *Nempe* Αὐξούμην *ſive* Auxumen.

exercitui suo distribuit. Hucusq; locus ille *Martyrij S. Arethæ*, ubi *Abramij Regis Homeritarum* nominatim fit mentio. Notandum autem est, *Abramium* hunc *Homeritarum Regem* planè diversum esse ab altero illo *Abramio Presbytero*, qui in ijsdem Martyrij Actis memoratur tanquam *Legatus Imp. Justini Senioris ad Alamundarum Ducem Saracenorum*, atq; idem prorsùs est, quem *Photius Patriarcha Constantinopolitanus* in Excerptis ex Codice tertio suæ Bibliothecæ appellat Ἀβραάμιον sive *Abramem*, & *patrem* fuisse refert *Nonnosi*, qui sub *Imp. Justiniano Imo* sive *Magno* legatione ad *Homeritas* functus est, & de eâdem integram *Historiam* composuit. Quod superest, contigit *Dunaani* Tyranni per Regem *Elesbaan* debellatio & interfectio, ut & adventus *S. Gregentij* in *Homeritidem*, & electio Abramij in *Regem Homeritarum* proximo post passionem *S. Arethæ* anno, qui fuit annus Christi *quingentesimus vigesimus tertius*; regnavit autem *Abramius* integros *viginti novem* annos, & (1) *trigesimo* Regni sui *anno* mortuus est, nempe anno Christi 552, Imperij autem *Justiniani* anno *vigesimo sexto*, eodémq; anno (2) *paulò post* jam memorati *Regis obitum*, nempe *die decimo nono Decembris* etiam *S. Gregentius Archiepiscopus Thapharensis* obijt.

CCXLVIII.

Ducentesimus quadragesimus octavus (3) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus est membranaceus* antiquus & eleganter quidem sed minutissimè & valdè abbreviatè exaratus in *quarto*, constátque nunc folijs *centum septuaginta tribus*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus *Constantinopoli.* Continetur eo *Syntagmatis Opusculorum miscellaneorum de varijs Hæresibus & contra varias Hæreses Tomus secundus* hoc ordine:

Primò, & quidem â fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 21 pag. 1, *Euthymij Zigabeni, Monachi Monasterij Constantinopolitani cognominati* τῆς Περιβλέπτου, *Epistola adversus Phundagiagitas sive Bogomilos, & Massalianos, ut & contra Armenios cæterosq; hæreticos, Constantinopoli in patriam suam missa*; cujus titulus & principium: Ἐπιστολὴ ΕΥΘΥΜΙΟΥ μοναχοῦ τῆς Περιβλέπτου μονῆς σταλεῖσα ἀπὸ Κωνσταντινουπόλεως καὶ τῆς ἱερημένης μονῆς πρὸς τὴν αὐτοῦ πατρίδα, στηλιτεύουσα τὰς αἱρέσεις τῶν ἀθεωτάτων καὶ ἀσεβῶν πλάνων τῶν τε (4) Φουνδαγιαγιτῶν ἤτοι Βουγομίλων καὶ Μασσαλιανῶν λεγομένων, καὶ τὴν τῶν Ἀρ-

(1) *Testatur hoc Auctor Historiæ* Disputationis S. Gregentij *in fine his verbis:* Τριακοστὸν τοιγαροῦν χρόνον κρατήσας τῆς βασιλείας ἐν εἰρήνῃ ὑπεξῆλθε τοῦ βίου, &c. *Vbi obiter notandum est in editione Galonianâ pro* χρόνον *legi* ἔτος, & *pro* τοῦ βίου *perperàm* τὸν βίον: *Construitur enim verbum* ὑπεξέρχομαι *cum genetivo; ut apud* Plutarchum *in Vitâ Publicolæ,* ὑπεξῆλθε τῆς πόλεως. (2) *Vide suprà pag.* 129. (3) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* ducentesimus septuagesimus sextus. (4) *Vide suprà pag.* 38.

'Αρμενίων βεβήλων καὶ βδελυρῶν αἵρεσιν, καὶ τὰς λοιπὰς ἀθέσμους καὶ πάνυ βεβήλους αἱρέσεις. Βούλομαι ὑμᾶς, ἀδελφοί μου συγγενεῖς καὶ φίλοι, διὰ σμικροτάτης καὶ εὐτελοῦς μου γραφῆς &c. Exstat quidem hæc *Epistola* etiam suprà in Codice CCXIII, num. 8, sed posterius hoc illius exemplar manuscriptum non solùm à priori ob multas variantes lectiones valdè discrepat, verùm etiam multo auctius est & copiosius.

Secundò, & quidem à fol. 21 pag. 2 usque ad fol. 38 pag. 1, (1) *Anastasij, Abbatis Monasterij S. Euthymij in Palæstinâ, Disputatio cum Judæo*; cujus titulus & principium: Δόγμα 'Αββᾶ 'Αναστασίου τοῦ ἐν μακαρίᾳ τῇ μνήμῃ, ἤγουν ἀντίθεσις καὶ διάλεξις πρὸς 'Ιουδαῖον. 'Ο Χριστιανὸς πρὸ πάντων τοῦτο θέλει ἐρωτῆσαι τὸν 'Ιουδαῖον· διατί ἀκούεις 'Ιουδαῖος, καὶ 'Εβραῖος, καὶ 'Ισραηλίτης, καὶ τίς ἐστι ἡ ἑρμηνεία τῶν τριῶν ὀνομάτων, &c. Edidit quidem hanc *Abbatis Anastasij Disputationem Henricus Canisius* Tomi tertij Antiquæ Lectionis Parte primâ à pag. 123 usque ad pag. 186, sed tantùm *latinè*, nec solùm in principio & fine, verùm etiam passim alibi *mutilam* & *imperfectam*; ideóque operæ pretium fuerit, planè novam editionem adornari ex hoc Codice MSto *Cæsareo*.

(1) *Meminit ejus tanquam synchroni sive contemporanei S.* Joannes Damascenus *in principio Epistolæ de Trisagio. Vide etiam* Henrici Canisij *Antiq. Lect. Tom. III, Part. I pag. 56.*

Tertiò, & quidem à fol. 38 pag. 1 usque ad fol. 48 pag. 1, *S. Athanasij Archiepiscopi Alexandrini Disputatio cum Zacchæo Judæorum Nomodidascalo sive Doctore Legis*, hactenùs, quod ego sciam, nondum in lucem edita; cujus titulus & principium: 'Αθανασίου 'Αρχιεπισκόπου 'Αλεξανδρείας λόγος πρὸς Ζακχαῖον νομοδιδάσκαλον τῶν 'Ιουδαίων. Ζακχαῖος εἶπεν· Πλανᾶσθε ὑμεῖς χριστιανοὶ πρῶτον ὅτι νομίζετε καὶ ἑτέρους θεοὺς εἶναι &c.

Quartò, & quidem à fol. 49 pag. 1 usque ad fol. 54 pag. 1, *Eusebij Emeseni, in Phœniciâ Episcopi, Homiliæ* sive *Orationes tres*, quarum *prima de Sancti Joannis Baptistæ post decollationem suam descensu ad inferos & prædicatione adventûs Christi*, inscribitur, atque incipit hoc modo: Τοῦ μακαρίου Εὐσεβίου λόγος περὶ τῆς παρουσίας 'Ιωάννου ἐν τῷ ᾅδῃ, καὶ τῶν ἐκεῖσε ἐγκεκλεισμένων. 'Αναγκαῖον ἡμῖν ἐστὶ πάλιν σήμερον ἐρευνᾶσαι καὶ γνῶναι, ποταπὸς ὁ εὐαγγελισμὸς τοῦ Προδρόμου ἐν τῷ ᾅδῃ, &c; *secunda de proditione Judæ*, Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὴν προδοσίαν. Δεῦρο λοιπὸν ὑμεῖς ἐμοῦ ἀγαπητοί, καὶ περὶ τῆς προδοσίας τοῦ 'Ιούδα &c; *tertia in Diabolum & Infernum post proditionem Christi per Judam*, Τῇ μεγάλῃ παρασκευῇ τοῦ μακαρίου Εὐσεβίου λόγος

(1) Similem loquendi modum vide suprà pag. 132.

γος εἰς τὸν διάβολον καὶ εἰς τὸν ᾅδην μετὰ τὸ παραδοῦναι (1) ὁ Ἰούδας τὸν Κύριον. Δίκαιον ἡμῖν σήμερον, ἀγαπητοὶ, τὰ ἀκόλουθα τοῦ χθὲς εἰρημένου λόγου ἐπισκέψασθαι &c. Plura de *Eusebio Episcopo Emeseno* ejúsque *Homilijs* sive *Orationibus*, & speciatim quidem de *tertiâ* hâc vide Libri *quarti* horum Commentariorum pag. 184 & 231.

Quintò, & quidem à fol: 54 pag. 2 usq; ad fol. 58 pag. 1, *Judæorum Disputatio cum S. Athanasio & Cyrillo de adoratione S. Crucis & sacrarum Imaginum*; cujus titulus & principium: Ἀντίθεσις Ἑβραίων πρὸς Χριστιανοὺς μετὰ Ἀθανασίου καὶ Κυρίλλου περὶ σταυροῦ καὶ εἰκόνων. Λέγουσιν οἱ ἐκ περιτομῆς Ἑβραῖοι διὰ τί προσκυνοῦσιν οἱ Χριστιανοὶ σταυρὸν καὶ εἰκόνας τεκτόνων ἔργα; καὶ διὰ τί τὸν ἀόρατον ὁρατὸν λέγετε, &c.

Sextò, & quidem à fol. 59 pag. 1 usq; ad fol. 77 pag. 2, *ex S. Joannis Chrysostomi & aliorum quorundam veterum Autorum Operibus excerpta varia contra Judæos*; quorum *primum*, *ne Christiani utantur Medicis Judæis*, inscribitur atque incipit his verbis: Τοῦ Χρυσοστόμου περὶ τῶν ἰατρευομένων παρὰ Ἰουδαίων. Ἐπικατάρατος πᾶς Χριστιανὸς ὁ ἰατρευόμενος παρ' Ἑβραίου &c; *secundum* autem ejusdem argumenti, hoc modo: (2) Ἕτερος λόγος τοῦ Χρυσοστόμου περὶ ἀρρωστίας καὶ ἰατρῶν. Ὅταν ἀρρωστίᾳ περιπέσῃς, ἄνθρωπε, &c. Prætereà etiam agitur ibidem satis prolixè *de (3) tribus servitutibus Judæorum in Ægypto, in Babyloniâ, & sub Antiocho Epiphane*; item *de ædificatione secundi Templi Hierosolymitani*, & *de expugnatione ac eversione Urbis Hierosolymitanæ per Titum Imp. Vespasiani filium, & de ultimâ Judæorum servitute perpetuâ.*

(2) Vide Operum S. Joannis Chrysostomi edit. græc. Savil. Tom. VII pag. 709.

(3) Vide ibid. Tom. VI pag. 326. 327, 328 & 337.

Septimò, & quidem à fol. 77 pag. 2 usq; ad fol. 80 pag. 1, anonymi cujusdam Autoris *Narratio* de quodam Principe Judæorum nomine *Theodosio*, qui tempore *Imp. Justiniani Imi* seu *Magni* argentario cuidam Christiano, nomine *Philippo*, patefecit vetustissimum & à Judæis summo studio occultatum Templi Hierosolymitani Testimonium publicum de Servatore nostro *JESU CHRISTO*, quòd is filius fuerit *Dei viventis* & *Mariæ*, *antè & post partum Virginis*. Inscribitur autem ea ibi atq; incipit hoc modo: Διάλεξις Χριστιανοῦ μετὰ Ἰουδαίου καὶ συγκατάθεσις αὐτοῦ. Ἐν τοῖς χρόνοις τῆς βασιλείας τοῦ εὐσεβεστάτου Βασιλέως Ἰουστινιανοῦ γέγονεν ἄνθρωπός τις τῶν Ἰουδαίων ἀρχηγὸς ὀνόματι Θεοδόσιος· οὗτος &c. Eadem narratio exstat quoq; apud *Suidam Lexicographum* sub titulo Ἰησοῦς. Plura etiam de eadem

Nar-

Narratione vide Libri *quarti* horum Commentariorum pag. 158 & 175.

Octavò, & quidem à fol. 80 pag. 1 usq; ad fol. 92 pag. 1, *Philippi*, ab *Vrbe Pamphyliæ Sidâ*, ubi natus fuit, cognominati *Sidetæ*, *Presbyteri & Syncelli S. Joannis Chrysostomi Archiepiscopi Constantinopolitani*, *Acta Disputationis de Christo, in Perside inter Christianos, Gentiles & Judæos habitæ, cui ipse interfuit*, excerpta ex amplissimo ipsius Opere in (1) *trigintasex Libros* diviso, quod inscripsit Χριστιανικὴν Ἱστορίαν sive *Historiam Christianam*, & quidem ex eo jam memoratæ Historiæ Libro, quo egit *de Nativitate Christi & de Magis*. Ipsa tituli græci verba cum principio *Narrationis* sunt hæc: Τὰ γενόμενα ἐν Περσίδι μεταξὺ Χριστιανῶν, Ἑλλήνων τε καὶ Ἰουδαίων. ΦΙΛΙΠΠΟΣ Πρεσβύτερος καὶ Σύγκελλος γνώριμος Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου ἀνέθετο ἱστορήσας περὶ τοῦ Χριστοῦ καὶ τῶν Μάγων. Βασιλεύοντος Ἀρρηνάτου τῆς Περσικῆς χώρας, καὶ Ἀφροδιτιανοῦ τὴν τοῦ Ἀρχιμαγείρου διέποντος ἀξίαν, γέγονεν φιλονεικία κατ᾽ αὐτὴν τὴν χώραν μεταξὺ Χριστιανῶν, Ἑλλήνων τε καὶ Ἰουδαίων περὶ Διονυσάρου καὶ Φιλίππου τῶν ἱστοριογράφων· καὶ οἱ μὲν Ἕλληνες Διονυσάρου προϊστάμενοι, οἱ δὲ Χριστιανοὶ Φιλίππου· καὶ πολλῶν κινηθέντων, συνῆξεν ὁ Βασιλεὺς πάντας τοὺς τῆς χώρας Ἐπισκόπους, ὑπὲρ ἑκατὸν γινομένους, καὶ Ἀρχιμανδρίτας οὐκ ὀλίγους· ἐν οἷς ΚΑΜΕ προετρέψαντο ὑπαντῆσαι, μόνον ὄντα ἐκ Ῥωμαίων· οἱ γὰρ πάντες τῶν μερῶν ἐκείνων ἦσαν. καὶ συναθροισθέντες ὁμοῦ ἅπαντες, &c. Plura de hoc *Philippo Sidetâ*, & de vastissimo ipsius Opere *Historiæ Christianæ*, unde suprà memorata & hactenùs, quod ego sciam, nondum edita *Narratio* excerpta est, vide apud *Socratem* Historiæ Ecclesiasticæ lib. 7 cap. 27, apud *Photium* Patriarcham CPnum, ubi agit de Bibliothecæ suæ Codice trigesimo quinto, & apud *Nicephorum Callisti* Historiæ Ecclesiasticæ lib. 14 cap. 29.

Nonò, & quidem fol. 92 pag. 2 & fol. 93 pag. 1, *ex Leontij Episcopi Neapoleos Insulæ Cypri Oratione contra Judæos de adoratione S. Crucis Christi ac Imaginum Sanctorum, ut & de Reliquijs Sanctorum* (2) Fragmentum; cujus titulus & principium: Λεοντίου Νεαπόλεως Κύπρου ἐκ τοῦ κατὰ Ἰουδαίων λόγου περὶ τοῦ προσκυνεῖν τῷ σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ καὶ ταῖς εἰκονισμοῖς τῶν ἁγίων, καὶ περὶ τῶν λειψάνων τῶν ἁγίων.

S Ἐὰν

(1) *Testatur hoc Socrates Historiæ Ecclesiasticæ lib. 7 cap. 27; Photius autem ex illis triginta sex Libris vidit ac legit tantùm* viginti quatuor.

(2) *Aliud ejusdē* Orationis Leontij Cypri contra Judæos *fragmentum exstat apud* Henricum Canisium *Antiq. Lect. Tom. V, Part. 1 pag.* 200, 201 *&* 202; *& in* Magnâ Bibliothecâ Veterum Patrum græco-lat. Paris. *Tom. XVI pag.* 1, *sed utrobique tantùm* latinè.

Ἐάν μοι ἐγκαλεῖς πάλιν ὦ Ἰουδαῖε λέγων, ὅτι ὡς Θεῷ προσκυνῶ τῷ ξύλῳ τοῦ σταυροῦ &c.

Decimò, & quidem fol. 93 pag. 1 & 2, *ex Severiani Gabalorum in Syriâ Episcopi Oratione in Encænia venerandæ Crucis* fragmentum, cujus titulus & principium: Τοῦ ἁγίου Σευηριανοῦ τῶν Γαβάλων Ἐπισκόπου ἐκ τοῦ λόγου τοῦ εἰς τὰ ἐγκαίνια τοῦ τιμίου σταυροῦ. (1) Πῶς οὖν ἡ εἰκὼν τοῦ ὄφεως τοῦ ἐπικαταράτου ἤνεγκε τῷ λαῷ ἐν συμφορᾷ χειμαζομένῳ σωτηρίαν; &c.

(1) *Vide R. P. Jacobi Gretseri Tomũ secundum de Sanctâ Cruce, pag. 1623 & 1675 edit. Ingolstad. A. 1616 in fol.*

Vndecimò, & quidem fol. 93 pag. 2 & fol. 94 pag. 1, *S. Maximi Confessoris Capita decem contra Arium, Sabellium, Nestorium & Eutychen*; quorum titulus & principium: Τοῦ ἁγίου Πατρὸς ἡμῶν Μαξίμου τοῦ ὁμολογητοῦ κεφάλαια ι΄ κατὰ Ἀρείου, Σαβελλίου, Νεστορίου καὶ Εὐτυχοῦς. Κεφάλαιον α΄. Ὁ Ἄρειος τὰς τρεῖς ὑποστάσεις ὁμολογεῖ, ἀλλὰ τὴν μονάδα διαιρεῖται, &c.

Duodecimò, & quidem fol. 94 pag. 1 & 2, ejusdem *S. Maximi* aliud Caput *contra Arianos*, cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ Μαξίμου κατὰ Ἀρειανῶν. Εἷς Θεὸς ὁ Πατὴρ, εἷς Θεὸς καὶ ὁ Υἱὸς, καὶ οὐ δύο Θεοὶ, &c.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 94 pag. 2 usq; ad fol. 96 pag. 2, anonymi cujusdam Autoris *Synopsis Historica primorum septem Conciliorum Oecumenicorum* sive *Generalium*; cujus titulus & principium: Περὶ τῶν ζ΄ Συνόδων. Ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ πρώτη Σύνοδος ἡ ἐν Νικαίᾳ γενομένη ἐν τῷ εἰκοστοσῷ ἔτει τῆς βασιλείας τοῦ ἁγίου καὶ μεγάλου Κωνσταντίνου, καὶ πρώτου Χριστιανοῦ ἐν Βασιλεῦσιν, ὑπὸ ἁγίων Πατέρων τιη΄ &c.

Decimo quartò, & quidem fol. 96 pag. 2 & fol. 97 pag. 1, anonymi cujusdam Autoris *Refutatio hæreseos Monophysitarum*, cujus titulus & principium: Ἀνατροπὴ καὶ καθαίρεσις τοῦ πολυθρυλλήτου προβλήματος πάντων τῶν Μονοφυσιτῶν τοῦ φάσκοντος, ὡς οὐκ ἔστι φύσις ἀνυπόστατος. Ἐρώτησις ὀρθοδόξων. Λέγοντες δύο γεννήσεις ἐπὶ Χριστοῦ, &c.

Decimo quintò, & quidem à fol. 97 pag. 1 usq; ad fol. 98 pag. 2, *Michaelis Syncelli Hierosolymorum Libellus de Orthodoxâ Fide*, cujus titulus & principium: Μιχαὴλ (2) Συγγίλου Ἱεροσολύμων λίβελλος περὶ

(2) *Ita ibi scriptum est, nempe* Συγγίλου *pro* Συγκέλλου. *Similiter etiam idem nomen legitur in R. P.* Possevini *Apparatu Sacro, ubi ejusdem Libelli fit mentio, & autor ejus vocatur* Michael Syngelus Hierosolymitanus. *Vide etiam* Joannis Meursij *Glossarium græco-barbarum in explicatione vocabuli* Σύγκελλος.

περὶ ὀρθοδόξου πίστεως. Πιστεύω εἰς ἕνα Θεὸν Πατέρα ἀγέννητον, καὶ εἰς ἕνα Υἱὸν γεννητὸν, καὶ εἰς ἓν Πνεῦμα ἅγιον ἐκπορευτὸν, τρεῖς ὑποστάσεις &c. Eadem *Professio Fidei* exstat etiam in Codice MSto Theologico Græco LXXVIImo, num. 65; quâ de re vide Librum *tertium* horum Commentariorum pag. 163.

Decimo sextò, & quidem à fol. 98 pag. 1 usq; ad fol. 100 pag. 1, *Eustratij Metropolitæ Nicæni Confessio & Revocatio errorum, quos imprudenter inseruerat duobus Libris suis contra Armenios. Proœmium* istius Confessionis, ab alio quodam *anonymo Autore* compositum, inscribitur atq; incipit his verbis: Ἡ ἐξομολόγησις τοῦ Νικαίας Εὐστρατίου. Ἔφθασε μὲν ὁ ἱερώτατος τῶν Νικαιέων Μητροπόλεως Ἀρχιερεὺς Εὐστράτιος δύο λόγους ἐκθέσθαι κατὰ τῶν τῶν Ἀρμενίων αἱρέσεως, &c. Ipsa autem *Eustratij Confessio* seu *Revocatio* incipit hoc modo: Ἐπειδὴ πρὸς Ἀρμενίους μαχόμενος, καὶ εἰς ἀνατροπὴν τῆς αὐτῶν σπουδάζων αἱρέσεως, ἐνέτυχον βίβλῳ, ἐν ᾗ ἦσαν λόγοι τοῦ ἁγίου Κυρίλλου, εἷς μὲν πρὸς τὰς Βασιλίσσας, ἕτερος δὲ &c. *Finis* demùm & *subscriptio* ejusdem *Confessionis* seu *Revocationis* est talis: Τούτων ἐσφαλμένως γραφέντων, αἰτῶ συγγνώμην, οἰκειόχειρος τὸ παρὸν μου ἔγγραφον γράψας, καὶ ὑπογράψας ἐν αὐτῷ, μηνὶ Ἀπριλλίῳ κς', ἐπινεμήσεως ι', ἔτους, ͵ϛχκε'. Ὁ ταπεινὸς Μητροπολίτης Νικαίας ΕΥΣΤΡΑΤΙΟΣ τὸ παρὸν ἔγγραφον συνθέμενος οὕτως, καὶ οἰκειόχειρος τοῦτο γράψας, καὶ ὑπογράψας ἐν αὐτῷ, ἐπιδέδωκα τῷ ἀφθίτῳ καὶ ἁγίῳ ἡμῶν Βασιλεῖ, τῷ ἁγιωτάτῳ καὶ οἰκουμενικῷ Πατριάρχῃ, καὶ τῇ θείᾳ καὶ ἱερᾷ Συνόδῳ. Hoc est: *His perperàm scriptis, peto veniam, ideóq; præsens hoc scriptum meum propriâ manu scripsi, eiq; subscripsi, mensis Aprilis die vigesimo sexto, Indictione decimâ, anno Mundi* 6625, (hoc est, anno Christi 1117). *Ego humilis Metropolita Nicææ EVSTRATIVS præsens scriptum ita composui, propriâq; manu scripsi, & subscripsi, atq; intemerato sanctóq; Imperatori nostro, ut & sanctissimo ac œcumenico Patriarchæ, & divinæ ac sacræ* (1) *Synodo obtuli.* Plura de celeberrimo hoc *Aristotelis* (2) Interprete Græco *Eustratio Metropolitâ Nicæno*, qui sub *Imp.* (3) *Alexio Comneno* floruit, & speciatim quidem de ejusdem scriptis *contra Latinos*, vide apud *Leonem Allatium* Lib. 2, de Orient. & Occid. Eccles. perpetuâ Consensione, cap. 10 § 2. Consule etiam Librum *quartum* horum

(1) *Notabilis* *teste de* Synodo Constantinopolitanâ A.C 1117 *sub* Imp. Alexio Comneno *habitâ*. (2) *Vide* R. P. Philippi Labbei *Brevem conspectum Græcorum Aristotelis Interpretum*, *Lutetiæ typis Cramoisianis A.* 1657 *in quarto editum, pag. 6.* (3) *Testatur hoc ipsius* Imp. Alexij *filia* Anna Comnena *Alexiados lib.* 14, *& quidem editionis Regiæ Parisinæ græco-latinæ pag.* 453, *ubi honorificentissima ejusdem* Eustratij *fit mentio.*

Commentariorum pag. 150, ubi agitur de Codice CLVIImo, n. 18.

Decimo ſeptimò, & quidem à fol. 100 pag. 1 uſq; ad fol. 105 pag. 1, *Synodicum, quod legitur Dominicâ Orthodoxiæ contra Iconomachos*, cujus titulus & principium: Τὸ Συνοδικὸν, ὅπερ ἀναγινώσκεται τῇ κυριακῇ τῆς ὀρθοδοξίας. Προφητικαῖς ἑπόμενοι ῥήσεσι, Ἀποστολικαῖς τε παραινέσεσι εἴκοντες &c.

Decimo octavò, & quidem à fol. 105 pag. 1 uſque ad fol. 120 pag. 1, *Diſputationes* (1) *duæ Anomœi cum Orthodoxo*, quarum *prima* inſcribitur atq; incipit: Ἀνομοίου ἤγουν Ἀρειανοῦ ἀντιλογία μετὰ Ὀρθοδόξου. Ἀνόμοιος· Χριστιανὸς εἶ; Ὀρθόδοξος· Καὶ πάνυ. &c; *ſecunda* autem: Ἄλλη διάλεξις Ἀνομοίου καὶ Ὀρθοδόξου. Ἀνόμοιος εἶπε· Πᾶσι τοῖς νῦν ἔχουσιν ὁμολογούμενόν ἐστι, ὅτι τὸ ἔκ τινος ὂν &c.

Decimo nonò, & quidem à fol. 120 pag. 1 uſque ad fol. 130 pag. 1, *Macedoniani Diſputatio cum Orthodoxo de Spiritu Sancto*; cujus titulus & principium: Αἱρετικοῦ φρονοῦντος τὰ τοῦ πνευματομάχου Μακεδονίου ἀντίθεσις πρὸς Ὀρθόδοξον. Μακεδονιανός. (2) Ποῦ γέγραπται Θεὸς τὸ Πνεῦμα; &c.

Vigeſimò, & quidem à fol. 130 pag. 1 uſque ad fol. 133 pag. 1, *S. Athanaſij Archiepiſcopi Alexandrini Diſputatio cum Apollinare*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου πρὸς Ἀπολινάριον διάλεξις. Ὀρθόδοξος· (3) Σῶμα ἀνθρώπινον ἔσχεν ὁ Χριστὸς ἢ οὔ; &c.

Vigeſimo primò, & quidem à fol. 133 pag. 1 uſque ad fol. 137 pag. 1, *Apollinariſta Diſputatio cum Gregorio Epiſcopo orthodoxo*; cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ Ἀπολιναριαστοῦ κεφαλαίωσις καὶ Γρηγορίου Ἐπισκόπου ὀρθοδόξου. Ἀπολιναριαστής· (4) Θεοῦ ἐνεργήσαντος ἀνθρώπῳ, ἀποτελεῖται Προφήτης ἢ Ἀπόστολος, &c.

Vigeſimo ſecundò, & quidem à fol. 137 pag. 2 uſque ad fol. 141 pag. 2, *S. Leonis, primi ejus nominis Pontificis Romani Epiſtola ad Flavianum Archiepiſcopum Conſtantinopolitanum contra Eutychen Hæreſiarcham*; cujus titulus & principium: Ἐπιστολὴ τοῦ ἐν ἁγίοις Πάπα Λέοντος πρὸς τὸν ἐν ἁγίοις Φλαβιανὸν Ἐπίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως. Τῷ ἀγαπητῷ ἀδελφῷ καὶ συλλειτουργῷ Φλαβιανῷ Λέων. Ἀναγνόντες τὰ γράμματα τῆς σῆς ἀγάπης &c. Plura de celeberri-mâ

(1) *Hæ* duæ Diſputationes *vulgò attribuuntur* S. Athanaſio Archiepiſcopo Alexandrino, *& inter Opera ipſius græcè & latinè Pariſijs edita exſtāt Tom. II pag.* 158 *&* 183, *atque illæ inter* quinque *ipſius* Dialogos de S. Trinitate *ſunt* primus *&* ſecundus; *in Codice autem MSto Theologico Græco Cæſareo CXCIVto annumerantur eadem Operibus S. Maximi Monachi & Martyris. Quâ de re vide Lib.IV horum Commentar. pag.* 212. (2) *Vide Operum* S. Athanaſij *edit. græco-lat. Pariſ. Tom. II pag.* 209, *& Lib.IV horum Commentar. pag.* 212, *ubi eadem Diſputatio annumeratur Operibus* S. Maximi. (3) *Vide Operum* S. Athanaſij *Tom. II pag.* 238, *& Lib.IV horum Commentar. pag.* 212, *ubi etiam hæc Diſputatio annumeratur Operibus* S. Maximi. (4) *Vide Operum* S. Athanaſij *Tom. II pag.* 248 *& Lib.IV horum Commentar. pag.* 212, *ubi etiam hæc Diſputatio annumeratur Operibus* S. Maximi.

mâ hâc *S. Leonis I Epistolâ* vide Libri *quarti* horum Commentariorum pag. 159, & apud *Aubertum Miraum* in Scholio ad *Gennadij Massiliensis* caput 84 de Scriptoribus Ecclesiasticis, quippe ubi *Gennadius* Epistolam illam falsò attribuit *S. Prospero Aquitanico.*

Vigesimo tertiò, & quidem fol. 141 pag. 2, anonymi cujusdam Græci schismatici *Annotatio chronologica de discordiâ inter Summos Pontifices Romanos & Patriarchas Constantinopolitanos*, quam integrâ hîc subjungo: Ἰστέον ὅτι κατὰ τὴν ἑβδόμην ἰνδικτιῶνα ἐπὶ τοῦ Πατριάρχου κυρίου (1) Μιχαὴλ γέγονε τὸ κατὰ τῶν Φράγγων σημείωμα καὶ παρευθὺ ἐστάλη καὶ πιττάκιον πρὸς τὸν Πατριάρχην Ἀντιοχείας τὸν κύριον Πέτρον, καὶ ἐμαρτύρησεν, ὅτι πρὸ μὲ ἐτῶν ἐπὶ τοῦ κυρίου Σεργίου τοῦ Πατριάρχου εὗρε τὸν Πάπαν Ῥώμης ἀναφερόμενον ἐν τῇ μεγάλῃ Ἐκκλησίᾳ· ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ Ἰωάννου Πατριάρχου τὸν Πάπαν Ἰωάννην ἀναφερόμενον ἐν τῇ αὐτῇ ἐκκλησίᾳ.

(1) De eodem Michaele Cerulario vide Lib. III horum Commentar. pag. 160 & 253.

Vigesimo quartò, & quidem à fol. 142 pag. 1 usque ad fol. 173 pag. 2, *S. Joannis Apostoli & Evangelistæ Apocalypsis cum Commentario marginali Andreæ Cæsareensis in Cappadociâ Archiepiscopi. Ipsa Apocalypsis* inscribitur atq; incipit his verbis: Ἰωάννου Ἀποκάλυψις τοῦ Θεολόγου, ἣν ἐν Πάτμῳ τῇ νήσῳ ἐθεάσατο. Ἀποκάλυψις Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἣν ἔδωκεν &c. *Commentarius* autem *marginalis* sine ullâ inscriptione incipit hoc modo: Ἀποκάλυψίς ἐστι ἡ τῶν κρυπτῶν μυστηρίων δήλωσις, καταυγαζομένου τοῦ ἡγεμονικοῦ &c. Plura de hoc *Commentario* vide Libri *quarti* horum Commentariorum pag. 180 & 181, ubi agitur de Codicibus CLXXIIdo, CLXXIIItio & CLXXIVto.

CCXLIX.

Ducentesimus quadragesimus nonus (2) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *chartaceus* mediocriter antiquus in *quarto*, constâtq; nunc folijs *ducentis uno*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

(2) Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos ducentesimus sexagesimus quintus.

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usq; ad fol. 16 pag. 1, *ex S. Anastasij Sinaïtæ, Patriarchæ Antiocheni,* Ὁδηγῷ sive *Duce Viæ adversus Acephalos Caput secundum*, continens *varias Definitiones Theologicas*, quarum titulus & principium: Σὺν Θεῷ, Ὅροι διάφοροι κατὰ τὴν παράδοσιν καὶ πίστιν τῆς ἁγίας καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας λεγόμενοι, συλλεγέντες ἀπὸ τε Κλήμεντος καὶ ἑτέρων ὁσίων καὶ μακαρίων Πατέρων, ὡς δεῖ &c. Vide jam memorati Operis *Anasta-*

stiani editionem græco-latinam *Gretserianam* pag. 22; ut & Librum *quartum* horum Commentariorum pag. 40, & Librum hunc quintum pag. 1 & 2. Confer etiam has *Definitiones* cum *Definitionibus* illis, quæ exstant inter Opera *S. Athanasij Archiepiscopi Alexandrini* Tomo secundo editionis græco-latinæ Parisinæ à pag. 42 usque ad pag. 55, & ferè ad verbum eædem sunt.

Secundò, & quidem fol. 16 pag. 2, *Index Quæstionum & Responsionum sacrarum S. Anastasij Sinaitæ*, quarum prima: Τί ἐστι τὸ σημεῖον τοῦ τελείου Χριστιανοῦ; &c, Vide Librum tertium horum Commentariorum pag. 197.

Tertiò, & quidem à fol. 17 pag. 1 usq; ad fol. 42 pag. 2, ejusdem *S. Anastasij Sinaitæ Patriarchæ Antiocheni Expositio Psalmi sexti;* cujus titulus & principium: Τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ τεσσαρακοστῇ. Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ἀναστασίου τοῦ Σινᾶ ὄρους ἑρμηνεία εἰς ς' ψαλμόν. Πρέπουσα ἀρχὴ εἰλικρινοῦς μετανοίας τῶν νηστειῶν ἡ ἐν τῷ ἕκτῳ ψαλμῷ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ὑπόθεσις ἐν γὰρ τούτῳ τῷ ψαλμῷ &c. Plura de eâdem *Homiliâ* vide Libri *quarti* horum Commentariorum pag. 96 & 124.

Quartò, & quidem à fol. 43 pag. 1 usque ad fol. 50 pag. 2, *S. Joannis Chrysostomi* Λόγος εἰς τὴν προσκύνησιν τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ, sive, *Oratio in adorationem venerandæ & vivificæ Crucis*, cujus principium: Τότε ὁ Ἰησοῦς εἶπε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ· εἴ τις θέλει ὀπίσω μου ἐλθεῖν &c. (1) Τότε· πότε; ὅτε ὁ Πέτρος εἶπεν· ἵλεώς σοι Κύριε, &c.

Quintò, & quidē à fol. 51 pag. 1 usq; ad fol. 54 pag. 1, ejusdem *S. Joannis Chrysostomi* λόγος περὶ νηστείας, sive, *Oratio de Jejunio*, cujus principium: (2) Σήμερον, ἀγαπητοί, τὸν ἱερὸν προσκυνήσωμεν &c.

Sextò, & quidem à fol. 54 pag. 1 usq; ad fol. 65 pag. 1, anonymi cujusdam Autoris *Narratio de Urbis Constantinopolitanæ miraculosâ liberatione per Beatissimam Virginem Deiparam ab expugnatione Persarum & Scytharum*. Ipsa tituli græci verba cum principio Narrationis sunt hæc: Διήγησις ὠφέλιμος ἐκ παλαιᾶς ἱστορίας συλλεγεῖσα, καὶ ἀνάμνησιν δηλοῦσα τοῦ παραδόξως γενομένου θαύματος, ἡνίκα Πέρσαι καὶ (3) Βάρβαροι τὴν βασιλίδα ταύτην πολέμῳ περιεκύκλωσαν,

(1) *Vide Operum S.* Joannis Chryso-stomi *edit. græc. Savil. Tom. II pag.* 349. *ubi ea est Homilia* quinquagesima quinta *in Evangelium S. Matthæi.* (2) *Vide ibid. Tom. VI pag.* 936, *ubi* Savilius *in margine expressè testatur, se Orationem hanc accepisse ex Codice quodam MSto* Cæsareo. (3) *Per* Barbaros *intelliguntur hîc* Scythæ.

ὧν καὶ ἀπώλοντο θείας δίκης πειραθέντες ἡ δὲ πόλις ἀσινὴς συντηρηθεῖσα πρεσβείαις τῆς Θεοτόκου, ἐπισίως ἐκ τοτε ᾄδει (1) εὐχαριστήριον, ἀκάθιστον τὴν (2) ἡμέραν κατονομάζουσα. Ἐν τοῖς χρόνοις Ἡρακλείου τοῦ τῶν Ῥωμαίων Βασιλέως Χοσρόης ὁ τῶν Περσῶν ἀρχὴν ἔχων, ἀπέστειλε &c. Exſtat quidem eadem *Narratio græcè* & *latinè* Tomo ſecundo Auctarij Bibliothecæ Veterum Patrum græco-latinæ Pariſinæ à columnâ 805 uſque ad columnam 826, atque ibi inſcribitur *Oratio Hiſtorica in Feſtum* τῆς Ἀκαθίστου, operæ pretium tamen fore arbitror editionem illam impreſſam, cum Codice hoc manuſcripto *Cæſareo* accuratè conferri. Vide etiam Librum *tertium* horum Commentariorum pag. 125 & 126, ubi agitur de ſimili quâdam *Oratione in laudem Beatiſſimæ Virginis Deiparæ ab Antonio Monacho Studitâ in Blachernis habitâ*, & pag. 150, ubi agitur de *Hymno acathiſto*.

Septimò, & quidem fol. 65 pag. 2 & fol. 66 pag. 1, *ex Palladij Epiſcopi Helenopoleos Hiſtoriâ Lauſiacâ de Vitis Patrum* (3) *Narratio de Valente Palæſtino, Anachoretâ ſuperbiſſimo & hâc ratione per diabolicas illuſiones atq; fallacias ſeducto*; cujus principium: Διηγήσατο ὁ Ἀββᾶς Παλλάδιος, ὅτι Οὐάλης τις τὸ γένος Παλαιστινὸς &c.

Octavò, & quidem à fol. 66 pag. 2 uſque ad fol. 86 pag. 2, *Euſebij Archiepiſcopi Alexandrini in Divitem & Lazarum Oratio de eleemoſynâ*; cujus titulus & principium: Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Εὐσεβίου Ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας λόγος περὶ ἐλεημοσύνης εἰς πλούσιον καὶ εἰς τὸν Λάζαρον. Φέρε εἰς μέσον τὸν λόγον σήμερον, ἀγαπητοὶ, προθήσωμεν περὶ ἐλεημοσύνης &c.

Nonò, & quidem à fol. 86 pag. 2 uſque ad fol. 117 pag. 2, *S. Joannis Chryſoſtomi Orationes quatuor*, quarum *prima in Lazarum quatriduanum* incipit, (4) Πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ὅταν ἴδωσί τινας τῶν ἀρεσκόντων Θεῷ &c; *ſecunda in Feſtum Palmarum*, (5) Ἐκ θαυμάτων ἐπὶ τὰ θαύματα &c; *tertia in ficum arefactam* (6) Ὀφθαλμὸς μὲν ὁρῶν ἡ δένδρον &c; *quarta in decem Virgines*, (7) Ὅταν τὸ ἐνδιαπάνητον τῆς ζωῆς &c.

Decimò, & quidem à fol. 117 pag. 2 uſque ad fol. 129 pag. 1, *S. Ephræmi Syri Homilia in Meretricem ungentem Chriſtum, habita feriâ quartâ ſanctæ & magnæ Hebdomadis*; cujus titulus & principium: Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ἐφραὶμ ὁμιλία, εἰς τὴν πόρνην τῇ ἁγίᾳ καὶ

(1) *Per* εὐχαριστήριον *intelligitur hoc loco* Hymnus acathiſtus; *de quo vide Lib. III horum Commentar. pag.* 150.

(2) *Hinc patet non ſolùm jam memoratũ* Hymnũ, *verùm etiam ipſum illũ* diem feſtum *fuiſſe appellatum* Acathiſtum.

(3) *Vide Vitas Patrũ, à R. P.* Heriberto Roſweydo editas, *pag.* 733, *ubi Narratio hæc eſt Hiſtoriæ Lauſiacæ Caput* trigeſimum primum.

(4) *Vide Operum* S. Joannis Chryſoſtomi *edit. græc. Savil. Tom. II pag.* 815, *ubi ea eſt inter Homilias in Evangelium S. Ioannis* ſexageſima ſecunda. (5) *Vide ibid. Tom. V pag* 882, *ubi* Savilius *in margine expreſsè teſtatur, ſe Orationem hanc emendâſſe ex Codice MSto* Cæſareo. (6) *Vide ibid. Tom. VII pag.* 252. (7) *Vide ibid. Tom. VII pag.* 554.

καὶ μεγάλη δ'. Διπλοῦς ἡμῖν ὁ κάματος καὶ εὐμήχανον τὸ ζήτημα, περὶ δικαιοσύνης &c. Exſtat quidem eadem *Homilia* etiam in Codice MSto Theologico Græco CXVIto num. 9, ut Libro *quarto* horum Commentariorum pag. 69 videre eſt, ſed integris ferè *duobus folijs* in principio *mutila*, incipitq; ibi perperàm his verbis: Πολλῶν ὄντων ὁσίων καὶ ἀξίων τοῦ Θεοῦ &c. Æquè imperfectè exſtat quoq; eadem *Oratio* inter *Opera S. Ephræmi* à *Gerardo Voſſio* Præpoſito Tungrenſi latinè edita, editionis Colonienſis Quentelianæ Tom.III pag.711, ubi incipit hoc modo: *Inter multos Viros ſanctos ac dignos Dei*, &c. In hoc autem poſteriori Codice MSto *Cæſareo* non legitur ſimpliciter Πολλῶν ὄντων &c, ſed Πολλῶν τοίνυν ὄντων &c; ita videlicet, ut per inſertam particulam τοίνυν clarè ſignificetur, verba illa non eſſe *principium* iſtius Homiliæ, ſed *Epilogum* ſive *clauſulam Exordij*, ſimul & connexionem ejus cum ipſâ ſubſequenti *Tractatione* propoſiti thematis.

Vndecimò, & quidem à fol. 129 pag. 1 uſq; ad fol. 139 pag. 1, *S. Joannis Chryſoſtomi Oratio in proditionem Judæ & in traditionem Myſteriorum & de oblivione injuriarum*; cujus titulus & principium: (1) Ὀλίγα ἀνάγκη σήμερον εἰπεῖν πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀγάπην &c.

(1) *Vide Operum S. Joannis Chryſoſtomi edit. græc. Savil. Tomo V pag. 547.*

Duodecimò, & quidem à fol. 139 pag. 1 uſq; ad fol. 161 pag. 2, *Georgij Archiepiſcopi Nicomediæ & Rhetoris Oratio habita in ſanctâ & magnâ Paraſceve in illud Evangelij S. Joannis: Stabant autem juxta Crucem Jeſu Mater ejus & ſoror Matris ejus.* Ipſa tituli græci verba cum principio *Orationis* ſunt hæc: Τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ παρασκευῇ. Τοῦ μακαρίου Γεωργίου Νικομηδείας καὶ Ῥήτορος εἰς τὸ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγέλιον· εἱστήκεισαν παρὰ τῷ σταυρῷ τοῦ Ἰησοῦ ἡ μήτηρ αὐτοῦ καὶ ἡ ἀδελφὴ τῆς μητρὸς αὐτοῦ, καὶ εἰς τὴν θεόσωμον ταφὴν τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Πρὸς ὑψηλοτάτην ἡμῖν ἀναδρομὴν ὁ λόγος προτείνει, &c. Plura de hâc *Oratione* vide Libri *quarti* horum Commentariorum pag. 21 & 22, ubi agitur de Codice MSto Theologico Græco CIIdo, num. 3. Eadem *Oratio* exſtat quidem *græcè* & *latinè* in Auctarij Magnæ Bibliothecæ Veterum Patrum græcolatinæ Pariſinæ Tomo primo à columnâ 1137 uſque ad columnam 1176, ob variantes tamen lectiones operæ pretium fuerit, editionem illam impreſſam cum duobus ſuprà memoratis Codicibus MStis *Cæſareis* accuratè & diligenter conferri.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 161 pag. 2 uſq; ad fol. 166 pag. 1, *S. Joannis Chryſoſtomi* λόγος εἰς τὸ πάθος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ

Χριςȣ̃, five, *Oratio in Passionem Domini nostri JESU Christi*; cujus principium: (1) Τῆς χθὲς ὑπομνήσεως σήμερον πληρῶσαι, ἀγαπητοὶ, βούλομαι, &c.

Decimoquartò, & quidem à fol. 166 pag. 2, usque ad fol. 188 pag. 1, *S. Joannis Damasceni Oratio habita magno Sabbato Sanctæ Hebdomadis*; cujus titulus & principium: Ἰωάννȣ ταπεινȣ̃ μοναχȣ̃ καὶ πρεσβυτέρȣ τȣ̃ Δαμασκηνȣ̃ λόγος τῷ μεγάλῳ Σαββάτῳ. Τίς λαλήσει τὰς δυναστείας τȣ̃ Κυρίȣ &c. Exstat quidē Oratio hæc *græcè* & *latinè* inter Opera *S. Joannis Damasceni*, Parisijs A. 1619 in folio edita, à pag. 912 usq; ad pag. 929, sed valdè necessarium est, ut ea ob multas variantes lectiones cum hoc Codice MSto *Cæsareo* diligenter conferatur.

Decimo quintò, & quidem à fol. 189 pag. 1 usque ad fol. 201 pag. 1, *S. Joannis Chrysostomi* Ὁμιλία εἰς τȣ̀ς κοιμηθέντας ἀδελφȣ̀ς ἡμῶν, five, *Oratio in defunctos fratres nostros*; cujus principium: (2) Φέρε σήμερον μάλιςα τῶν προτέρων ἡμερῶν &c.

(1) *Vide Operum S.* Joannis Chrysostomi *edit. græc. Savil. Tomo VII pag.* 459; *ubi* Savilius *in margine expressè testatur, se Orationem hanc accepisse ex Codice quodā MSto* Cæsareo.

(2) *Vide ibid. Tom. VI pag.* 943; *sed ibi ea inscribitur* Περὶ ὑπομονῆς καὶ τȣ̃ μὴ πικρῶς κλαίειν τȣ̀ς τελευτῶντας.

C C L.

Ducentesimus quinquagesimus (3) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *chartaceus* mediocriter antiquus & bonæ notæ in quarto, constátque nunc folijs *trecentis triginta duobus*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 10 pag. 2 & à fol. 79 pag. 1 usque ad fol. 108 pag. 1, *Leontij Scholastici Byzantini, & posteà Lauræ S. Sabæ prope Urbem Hierosolymitanam Monachi, Excerpta ex ore Theodori Abbatis de Sectis Hæreticorum & Concilio Chalcedonensi, in Actiones decem divisa*, quorum titulus & principium: Λεοντίȣ Σχολαςικȣ̃ Βυζαντίȣ σχόλια ἀπὸ φωνῆς Θεοδώρȣ τȣ̃ θεοφιλεςάτȣ Ἀββᾶ καὶ σοφωτάτȣ Φιλοσόφȣ, τὴν τε θείαν καὶ ἐξωτικὴν φιλοσοφήσαντος γραφήν. Πρᾶξις α. Ἀναγκαῖον ἐςὶ, μέλλοντας ἡμᾶς αἱρέσεων ἐπιμνησθῆναι, &c. Notandum autem est, hunc esse illum ipsum *Joannis Sambuci* Codicem manuscriptum, ex quo *Joannes Leunclavius* istud *Leontij* Opus primus *græcè* & *latinè* edidit Basileæ typis Petri Pernæ A. 1578 in octavo. Quā de re vide plura suprà pag. 76 & 77, ubi agitur de Codice CCXXXVtó. num. 2.

(3) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos centesimus tertius.*

Secundò, & quidem à fol. 11 pag. 1 usque ad fol. 47 pag. 1, *S. Joannis Damasceni Dialogus contra Manichæos*, cujus titulus & princi-

 cipi-

cipium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου ἀσκητοῦ, καὶ πρεσβυτέρου τοῦ Δαμασκηνοῦ κατὰ Μανιχαίων Διάλογος. Ὀρθόδοξος. Ἐπειδὴ συνεληλύθαμεν ἀλλήλοις &c. Notandum autem eſt, hunc quoque *S. Joannis Damaſceni Dialogum* à ſuprà memorato *Lecunclavio* ex eodem hoc Codice manuſcripto unà cum *Leontij Libro de Hæreſibus* primùm græcè & *latinè* eſſe editum, & eundem quoque *Dialogum* exſtare inter Opera *S. Joannis Damaſceni* Pariſijs A. 1619 in folio edita, ſed tantùm *latinè* ſecundùm interpretationẽ *Jacobi Billij*, quæ à verſione *Leunclavianâ* diverſa eſt.

Tertiò, & quidem à fol. 47 pag. 2 uſque ad fol. 76 pag. 1, *S. Athanaſij Archiepiſcopi Alexandrini Epiſtola ad Serapionem Epiſcopum de Spiritu Sancto*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἀθανασίου Ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας τοῦ Μεγάλου Ἐπιστολὴ πρὸς Σεραπίωνα Ἐπίσκοπον περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. (1) Τὰ γράμματα τῆς σῆς ἱερᾶς διαθέσεως ἀπεδόθη μοι ἐν τῇ ἐρήμῳ, &c.

(1) *Vide Operum S.* Athanaſij *edit. græco lat. Pariſ. Tom. I pag.* 173.

Quartò, & quidem à fol. 76 pag. 1 uſque ad fol. 78 pag. 2, *S. Maximi Monachi & Martyris Epiſtola ad Marinum Presbyterum Cypri*, cujus titulus & principium: Ἐπιστολὴ τοῦ ἁγίου Μαξίμου πρὸς Μαρῖνον πρεσβύτερον Κύπρου. Νόμῳ θείῳ κατὰ Θεὸν εὐθυνόμενος, θεοτίμητε Πάτερ, νόμον ὑπερείδες ἀνθρώπινον, &c. Notandum autem hîc primò eſt, *Epiſtolam* hanc ibi non exſtare *integram*, ſed tantùm *Fragmenta* ejus nonnulla, per formulam Καὶ μεθ᾽ ἕτερα ſibi invicem connexa, inter quæ lectu digniſſimum & maximi momenti eſt illud, quo *Sacram Eccleſiam Romanam perpetuum & inexpugnabile veræ Catholicæ Fidei Chriſtianæ fundamentum & baſin eſſe* affirmat his verbis: Πάντα γὰρ τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης, καὶ οἱ τὸν Κύριον εἰλικρινῶς καὶ ὀρθοδόξως πανταχοῦ γῆς ὁμολογοῦντες, ὥσπερ εἰς ἭΛΙΟΝ φωτὸς ἀϊδίου, εἰς τὴν ῬΩΜΑΊΩΝ ἁγιωτάτην Ἐκκλησίαν, καὶ τὴν αὐτῆς ὁμολογίαν καὶ πίστιν ἐκτενῶς ἀποβλέπουσιν, ἐξ αὐτῆς τὴν ἀστράπτουσαν αἴγλην προσδεχόμενοι τῶν πνευματικῶν καὶ ἁγίων δογμάτων, καθὼς αἱ θεόληπτοι καὶ θεσπέσιοι εἰλικρινῶς καὶ πανευσεβῶς ἐξέθεντο αἱ ἁγίαι ἝΞ Σύνοδοι, ἐκφαντορικώτατα φάσκοντες τὸ Σύμβολον τῆς πίστεως. ἀπ᾽ ἀρχῆς γὰρ τῆς πρὸς ἡμᾶς καταβάσεως τοῦ σαρκωθέντος Λόγου, ΜΌΝΗΝ ΚΡΗΠΊΔΑ ΚΑῚ ΘΕΜΈΛΙΟΝ αἱ πᾶσαι πανταχοῦ τῶν Χριστιανῶν Ἐκκλησίαι τὴν αὐτόθι ΜΕΓΊΣΤΗΝ ἐκτήσαντό τε καὶ ἔχουσιν, ὡς οὐδαμῶς μὲν κατισχυμένην κατὰ τὴν αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος

ἐπαγ-

ἐπαγγελίαν ὑπὸ ᾅδου πυλῶν, ἀλλ' ἔχουσαν τὰς τῆς εἰς αὐτὸν ὀρθοδόξου πίστεως καὶ ὁμολογίας κλεῖς, καὶ τοῖς εὐσεβῶς προσερχομένοις ἀνοίγουσαν τὴν ὄντως φύσει καὶ μόνην εὐσέβειαν, ἀποκλείουσαν δὲ καὶ ἐμφράττουσαν πᾶν αἱρετικὸν στόμα λαλοῦν ἀδικίαν εἰς τὸ ὕψος. Hoc est: *Omnes enim fines Orbis terrarũ, & quicunq; ubivis gentiũ sincerè & orthodoxè Dominum confitentur, in Sanctissimam ROMANORVM Ecclesiam ejusdémq; Confessionem ac Fidem velut in SOLEM Lucis æternæ, perpetim intuentur, & ab eâ accipiunt resplendentem fulgorem spiritualium & sanctorum dogmatum, quemadmodum ea divinæ & venerandæ SEX Synodi Generales in luculentâ Symboli Fidei interpretatione verissimè pijssiméque exposuerunt. Inde enim à Verbi incarnati ad nos descensu omnes ubi Christianorum Ecclesiæ Romanam illã omnium Ecclesiarũ MAXIMAM pro VNICO veræ Catholicæ Fidei Christianæ FVNDAMENTO ET BASI semper habuerunt & etiã nunc habent; utpote contra quam secundùm ipsius Servatoris nostri (1) promissionem non prævalebunt portæ inferi, sed quæ habet orthodoxæ in Ipsum Fidei ac Confessionis claves, & ijs quidem, qui piè accedunt, unicum veræ pietatis penetrale reserat, omne autem hæreticum os, quod loquitur injustitiam in altum, occludit atque obstruit.* Hæc ibi *S. Maximus* de *S. Sede Apostolicâ*. Notandum ibidem *secundò* est, per τὸν ΝΥΝ ἁγιώτατον Πάπαν, sive per *NVNC Sanctissimum Papam* intelligi *Severinum*, qui (2) die 29 Maij anni 640 consecratus est, & d. 2 Augusti ejusdem anni obijt. Quâ de re vide plura in R.P. *Jacobi Sirmondi* S. J. (3) Prolegomenis ad *Anastasij Bibliothecarij* Collectanea, quæ in gratiam *Joannis Diaconi*, cùm Ecclesiasticam Historiam meditaretur, è *Græcis* versa concinnavit. Extstat enim inter ea, & quidem à pag. 26 usque ad pag. 34, aliud quoddam ex eâdem *S. Maximi ad Marinum Epistolâ* excerptum, Apologiam continens pro *Honorio I Papâ*, qui d. 12 Octobris anni 638 obijt, vel secundùm alios sepultus est. Reliquâ autem istius anni parte, & toto proximè sequenti anno vacavit Romana Sedes, contigitq; demùm *Severini* post *Honorium* electi consecratio die 29 Maij anni 640; quâ celebratâ, Legati Sedis Apostolicæ eam ob causam eodem anno *Constantinopolim* missi sunt, simul etiam *Epistola* hæc à *S. Maximo* ad *Marinum Presbyterum* scripta est. *Tertiò* denique notandum est, ab hâc *Epistolâ* diversam esse *alteram* ejusdem *S. Maximi* ad eundem *Marinum Presbyterum Epistolam*, quæ à R.P. *Francisco Turriano* S. J. inter *S. Maximi* Opuscula contra *Monotheletas* & *Acephalos* Ingolstadij typis Ederianis A. 1605 in octavo *latinè* tantùm edita est, atque ibi incipit his verbis: *Cùm propositum tibi sit, Pater* in

(1) *Apud S. Matthæum cap. 16 vers. 18 & 19.*

(2) *Sequor hîc Chronologiam R. P. Philippi Labbei in Synopsi Historicâ Conciliorum omnium, & in Parte primâ Chronologiæ Historicæ.*

(3) *Notandum tamen est, hæc ibi minùs rectè referri ad annũ Christi 639, cùm ea contigerint verè A. C. 640.*

in D E O *honorande, amicitiam laudatissimam cum* D E O *inire*, &c.

Quintò, & quidem à fol. 108 pag. 2 usque ad fol. 139 pag. 1, *S. Basilij Magni, Cæsareæ in Cappadociâ Archiepiscopi, Epistolæ* (1) *septem*: quarum *prima ad Amphilochium Episcopum Iconij* inscribitur atque incipit hoc modo: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου Ἀρχιεπισκόπου Καισαρείας Καππαδοκίας τοῦ Μεγάλου πρὸς Ἀμφιλόχιον Ἐπίσκοπον Ἰκονίου, τίς ἡ τοῦ νοῦ ἐνέργεια. Οἶδα καὶ αὐτὸς ἀκούσας τοῦτο &c; *secunda ad eundem*: Τῷ αὐτῷ· Ὁ οἶδας, σέβεις; ἢ, ὁ ἀγνοεῖς; &c; *tertia ad eundem*, Τῷ αὐτῷ· Ὅτι πίστεως ἡγεῖται γνῶσις ἐπὶ Θεοῦ, καὶ ὅτι πολύσημος ἡ γνῶσις. Τί πρότερον; ἡ γνῶσις ἢ ἡ πίστις; &c; *quarta ad eundem*: Τῷ αὐτῷ· Καὶ πρὶν νομίζεσθαι τὰ παρὰ τῆς ἀγάπης ὑμῶν γράμματα &c; *quinta ad eundem*: Τῷ αὐτῷ· Ἐζητημένον ἤδη παρὰ πολλοῖς &c; *sexta ad Cæsareenses*: Τοῖς Καισαρεῦσιν ἀπολογία περὶ τῆς ὑποχωρήσεως. Πολλάκις ἐθαύμασα, τί ποτε &c; *septima ad fratrem S. Gregorium Episcopum Nyssenum*: Πρὸς Γρηγόριον τὸν ἀδελφὸν Ἐπίσκοπον Νύσσης περὶ διαφορᾶς οὐσίας καὶ ὑποστάσεως. Ἐπειδὴ πολλοὶ τὸ κοινὸν &c.

(1) *Vide Operum S. Basilij Magni edit. græco-lat. Parif. Tom. II, ubi exstant omnes illæ Epistolæ, exceptâ quartâ.*

Sextò, & quidem à fol. 139 pag. 1 usque ad fol. 142 pag. 2, ejusdem *S. Basilij Magni Oratio de eo, quòd non debemus dicere tres Deos*; cujus titulus & principium: Περὶ τοῦ μὴ δεῖν τρεῖς Θεοὺς καταγγέλλειν. (2) Μεγάλη παράκλησις ψυχαῖς &c.

(2) *Vide Operum S. Basilij Magni edit. græco-lat. Parif. Tom. I. pag. 620.*

Septimò, & quidem à fol. 142 pag. 2 usque ad fol. 145 pag. 1, *Exemplum Fidei orthodoxæ à S. Basilio Magno dictatæ, & ab Eustathio Sebastiæ in Armeniâ Episcopo Ariano subscriptæ*; cujus titulus & principium: (3) Ἀντίγραφον πίστεως ὑπαγορευθείσης παρὰ τοῦ ἁγίου Βασιλείου, ᾗ ὑπέγραψεν Εὐστάθιος ὁ Σεβαστείας Ἐπίσκοπος. Τοὺς ἢ προληφθέντας ἑτέρᾳ πίστεως ὁμολογίᾳ &c.

(3) *Vide Lib. III hor. Commentar. pag. 116 & 134.*

Octavò, & quidem à fol. 145 pag. 1 usq; ad fol. 183 pag. 2, ejusdem *S. Basilij Magni Epistolæ* (4) *sedecim*; quarum *prima ad Canonicas* inscribitur atque incipit hoc modo: Κανονικαῖς περὶ τοῦ ὁμοουσίου εἶναι τὸν Υἱὸν τῷ Πατρί. Ὅσον ηὐφράνατε ἡμᾶς πρότερον &c; *secunda ad Terentium Comitem*: Τερεντίῳ Κόμητι περὶ τοῦ ὁμοουσίου. Ὅτε ἠκουσάμην τὴν σεμνότητά σου &c; *tertia ad Diaconissas, Terentij Comitis filias*: Διακόνοις θυγατράσι Τερεντίου Κόμητος περὶ πίστεως. Ἐγὼ καὶ Σαμοσάτοις ἐπιστὰς &c; *quarta ad Evagrium Presbyterum*: Εὐαγρίῳ πρεσβυτέρῳ. Τοσοῦτον ἀπέχον &c; *quinta ad Presbyteros Tarsenses*:

(4) *Vide Operum S. Basilij Magni edit. gr. lat. Parif. Tom. II, ubi exstant omnes illæ Epistolæ.*

ses: Τοῖς ἐν Ταρσῷ πρεσβυτέροις. Συντυχὼν τῷδε, πολλὴν ἔχων &c; *sexta ad eosdem:* Τοῖς ἐν Ταρσῷ, τοῖς περὶ Κυριακόν. Ὅσον ἐστὶ τὸ τῆς εἰρήνης ἀγαθόν. &c; *septima ad Ecclesiam Antiochenam:* Τῇ ἐκκλησίᾳ Ἀντιοχείας. Τίς δώσει μοι πτέρυγας &c; *octava ad Optimum Episcopum:* Ὀπτίμῳ Ἐπισκόπῳ. Καὶ ἄλλως μὲν ἡδέως ὁρῶν &c; *nona ad Sozopolitanos:* Τοῖς ἐν Σωζοπόλει. Ἐνέτυχον τοῖς γράμμασιν ὑμῶν &c; *decima ad Doctores Ecclesiæ Neocæsareensis:* Πρὸς τοὺς κατὰ Νεοκαισάρειαν λογιωτάτους. Ὅλως μὲν οὐδὲν ἐδεόμην &c; *undecima ad Evasenos:* Τοῖς Εὐασηνοῖς. Εἰ καὶ πολὺ τὸ πλῆθος &c; *duodecima ad Episcopos Galliæ & Italiæ:* Τοῖς ὡς ἀληθῶς θεοφιλεστάτοις καὶ ποθεινοτάτοις ἀδελφοῖς καὶ ὁμοψύχοις συλλειτουργοῖς, τοῖς κατὰ τὴν Γαλλίαν καὶ Ἰταλίαν Ἐπισκόποις, Βασίλειος Ἐπίσκοπος Καισαρείας τῆς Καππαδοκίας. Ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς σῶμα ἑαυτοῦ &c; *decima tertia ad Occidentales:* Τοῖς δυτικοῖς. Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν, ἐφ' ὃν ἠλπίσαμεν &c; *decima quarta ad Episcopos Occidentales:* Τοῖς ἁγιωτάτοις ἀδελφοῖς καὶ Ἐπισκόποις τοῖς ἐν τῇ δύσει. Ὁ ἀγαθὸς Θεὸς, ὁ ἀεὶ ταῖς θλίψεσι &c; *decima quinta ad S. Innocentium I Pontificem Romanum:* Ἰννοκεντίῳ Ἐπισκόπῳ Ῥώμης. Καὶ τινι ἄλλῳ ἐπρεπε &c; *decima sexta de Fide:* Τοῦ αὐτοῦ περὶ πίστεως. Θεοῦ τῷ ἀγαθῷ χάριν τὸ ἐπίταγμα τῆς ὑμετέρας εὐλαβείας &c.

Nonò, & quidem à fol. 184 pag. 1 usq; ad fol. 186 pag. 2, ejusdem *S. Basilij Magni Oratio in Sanctum Baptisma*, cujus principium: (1) Ὁ βαπτιζόμενος εἰς Τριάδα βαπτίζεται &c. (1) Vide Operum S. Basilij Magni edit. græc. lat. Paris. Tom. I. pag. 508.

Decimò, & quidem à fol. 186 pag. 2 usq; ad fol. 195 pag. 1, *ex S. Cyrilli Archiepiscopi Alexandrini Dialogo ad Hermiam de Consubstantiali Trinitate Fragmentum*, quod inscribitur atq; incipit hoc modo: Τοῦ ἁγίου Κυρίλλου Ἀλεξανδρείας εἰς τὸν πρὸς Ἑρμείαν περὶ τῆς ὁμοουσίου Τριάδος. Μὴ γὰρ δή τινες ὅλως τῶν ὀρθότητος ἐπιμελητῶν εἰς τοῦτον ἡκόντων σκαιότητος λογισμὸν, &c.

Undecimò, & quidem à fol. 195 pag. 1 usq; ad fol. 196 pag. 1, *ex S. Hilarij Pictaviensis Sermone, qui legitur post Assumptionem Domini in Festo S. Trinitatis, fragmentum*, cujus titulus & principium: Τοῦ ἁγίου Ἱλαρίου ἐκ τοῦ μετὰ τὴν ἀνάληψιν ἀναγινωσκομένου λόγου ἐν τῇ ἑορτῇ τῆς ἁγίας Τριάδος. Πιστεύομεν τὴν ἁγίαν Τριάδα, τουτέστι τὸν Πατέρα, καὶ τὸν Υἱὸν, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, ἕνα Θεὸν παντοδύναμον, μιᾶς οὐσίας, &c.

Duodecimò, & quidem à fol. 196 pag. 1 usq; ad fol. 197 pag. 1, *Encomia S. Augustini ex varijs sanctis & œcumenicis Concilijs collecta;* quorum titulus & principium: Μαρτυρίαι τῶν ἁγίων καὶ οἰκουμενικῶν Συνόδων, παριστῶσαι τὸ ὑπερέχον καὶ ἔξοχον κατά τε ἁγιωσύνην καὶ σοφίαν καὶ δογμάτων ὀρθότητα τοῦ μεγάλου καὶ θείου Πατρὸς Αὐγουστίνου. Ἀπὸ τῆς δʹ πράξεως τῆς ϛʹ Συνόδου ἐκ τῆς πρὸς τὸν Βασιλέα Μαρκιανὸν τοῦ Ἀγαθῶνος Πάπα Ῥώμης ἐπιστολῆς. Ὅτι οὐ ζητῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν, &c.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 197 pag. 1 usque ad fol. 222 pag. 2, *variorum Sanctorum Patrum Latinorum* (1) *Testimonia de Processione Spiritûs Sancti ex Patre & Filio:* nempe *S. Leonis I Papæ* ex Epistolâ ad Turibium contra hæresin Priscillianistarum; *S. Hilarij Pictaviensis* ex Libro secundo de S. Trinitate; *S. Ambrosij* ex Libro primo de Spiritu Sancto ad Imp. Gratianum; (2) *S. Augustini* ex Libro de Fide ad Petrum; *S. Gregorij Magni* ex Moralibus Commentarijs in Jobum, & ex Symbolo suæ Fidei; *Hormisdæ Papæ* ex Epistolâ ad Imp. Justinum contra Hæresiarcharum Nestorij & Eutychetis blasphemias; *Boetij* ex Libro de S. Trinitate; *S. Isidori Archiepiscopi Hispalensis* ex Libro septimo Etymologiarum; *S. Damasi Papæ* ex Confessione Fidei Catholicæ missâ ad Paulinum Episcopum Antiochiæ; *S. Hieronymi* ad Damasum; *Conciliorum Toletanorum variorum;* & denique *S. Augustini* ex Libro περὶ τῆς γνώσεως τῆς ἀληθοῦς ζωῆς, sive, de Cognitione veræ Vitæ, composito formâ Dialogi inter Fratres interrogantes & Magistrum respondentem.

Decimo quartò, & quidem à fol. 223 pag. 1 usque ad fol. 301 pag. 2, *Joannis Becci* seu *Vecci, Patriarchæ Constantinopolitani, Epigraphæ in Sanctorum Patrum à se collecta Testimonia de Processione Spiritûs Sancti ex Patre & Filio;* simul & *Gregorij Palamæ Archiepiscopi Thessalonicensis Antigraphæ*, sive *Epigrapharum Joannis Becci Confutationes;* ac porrò *Bessarionis Archiepiscopi Nicani* & *S. R. E. Cardinalis Responsiones pro Joanne Becco contra Gregorij Palamæ Antigraphas. Joannis Becci Epigraphæ* inscribuntur atque incipiunt hoc modo: Τοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως Ἰωάννου τοῦ Βέκκου Ἐπιγραφαὶ εἰς τὰ παρ' αὐτοῦ συνειλεγμένα ἐκ τῶν ἁγίων ῥητὰ περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Χρήσεις διάφοροι γραφικαὶ, συλλεγεῖσαι εἰς ἀπόδειξιν τοῦ εἶναι τὸ Πνεῦμα καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ μεθ' ἃς ἕτεραι χρήσεις &c. *Gregorij* autem *Palamæ Antigraphæ* inscribuntur

(1) *Collegit hæc Testimonia & latinè vertit* Cardinalis Bessarion *ut ipse testatur in Epistolâ ad* Alexium Lascarin. *Quâ de re vide* Leonis Allatij *Lib III de Eccles. Occid. & Orient. perp. Consens. cap. 3 § 1, colum. 929 & 930.*

(2) *Ipsa verba græca sunt hæc:* Αὐγουστῖνος πρὸς Πέτρον περὶ πίστεως. Ἀΐδιον γὰρ καὶ ἄναρχον ἐστὶν, ὅτι ὁ Υἱὸς ἐκ τῆς τοῦ Πνεύματος φύσεως ὑπῆρξε, *&c. Vide R. P.* Philippi Labbei *Tom. I de Scriptorib. Ecclesiast. pag. 133, ubi refert hunc Librum à Card.* Bellarmino *& alijs attribui* S. Fulgentio *Episcopo Ruspensi.*

tur atque incipiunt hoc modo: Γρηγορίου Θεσσαλονίκης τοῦ Παλαμᾶ Ἀντεπιγραφαὶ ἀντιρρητικαὶ τῶν τοῦ Βέκκου Ἐπιγραφῶν. Ὅταν ἐπὶ τῆς θεολογίας ἰσοδυναμῶσιν ἀλλήλαις ἡ ἐκ καὶ ἡ διὰ, &c. *Bessarionis* demum *Responsiones pro Becco contra Palamam* inscribuntur atque incipiunt hoc modo: Τοῦ Νικαίας Βησσαρίωνος κατὰ τῶν τοῦ Παλαμᾶ Ἀντιρρήσεων. Ὁ γενναῖος οὗτος ἀνὴρ πρὸς μὲν τὰς καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ εἶναι λεγούσας χρήσεις &c. Plura de *Joanne Becco, Gregorio Palama* & *Cardinale Bessarione*, ut & de totâ hâc inter illos agitatâ controversiâ, vide apud doctissimum *Leonem Allatium* Libro (1) secundo eximij Operis de Ecclesiæ Occidentalis & Orientalis perpetuâ Consensione, & quidem præcipuè Capitis decimi quinti paragrapho octavâ, columnâ 766, ubi inter alia, quæ ad rem præsentem maximè pertinent, sunt hæc: *Edita sunt ipsius* (nempe *Joannis Becci* seu *Vecci*) *Epigraphæ in sententias sanctorum Patrum, quas de Processione Spiritûs Sancti collegerat, cum Confutationibus Gregorij Palamæ & adversus Palamam Bessarionis Responsionibus, græcè & latinè Romæ interprete Petro Arcudio Corcyræo. Ibidem, eodem Interprete, editæ sunt Sententiæ ex Sanctorum scriptis pro hoc eodem argumento ab eodem Becco seu Vecco collectæ; quibus Latinorum dogma stabilitur.* Hucusq; *Allatius.*

(1) *Vide etiam ibid. Lib. III cap. 3. § 1, colum.* 930, *ubi de Card.* Bessarionis *scriptis speciatim agitur.*

Decimo quintò, & quidem fol. 302 pag. 1, *Symbolum Concilij Nicæni primi*, cujus titulus & principium: Ἔκθεσις τῶν τιη' ἁγίων Πατέρων, τῶν ἐν Νικαίᾳ. Πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν Πατέρα παντοκράτορα, πάντων ὁρατῶν &c.

Decimo sextò, & quidem fol. 302 pag. 1 & 2, *Symbolum Concilij Constantinopolitani primi* sive *Oecumenici Secundi*; cujus titulus & principium: Τὸ Σύμβολον τῶν ρν' τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει. Πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν Πατέρα παντοκράτορα, ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς, &c.

Decimo septimò, & quidem fol. 302 pag. 2, *Symbolum Sanctorum Apostolorum*, divisum in *duodecim Sententias*, quarum unicuiq; in margine adpositū est nomē *Apostoli*, qui illā *Symbolo* contulit *Ordo* autē *Sanctorū Apostolorum* est ibi talis: *Petrus, Andreas, Jacobus major, Joannes, Thomas, Jacobus minor, Philippus, Bartholomæus, Matthæus, Simon, Thaddæus, Matthias.* Huc ergo pertinet insignis ille locus ex *S. Leonis Magni* Epistolâ nonagesimâ sextâ ad *Pulcheriam* Augustam: *Ipsius Catholici Symboli brevis & perfecta Confessio,*

quæ

quæ DVODECIM APOSTOLORVM TOTIDEM est signata SENTENTIIS, tàm instructa sit in munitione cælesti, ut omnes hæreticorum opiniones solo hoc possint gladio detruncari.

Decimo octavò, & quidem à fol. 303 pag. 1 usque ad fol. 304 pag. 1, *S. Athanasij Magni, Archiepiscopi Alexandrini Confessio Catholicæ Fidei ad S. Julium I. Pontificem Romanum*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἀθανασίου τοῦ Μεγάλου ὁμολογία τῆς καθολικῆς πίστεως, ἣν ἔδωκε πρὸς Ἰούλιον Πάπαν Ῥώμης. Τῷ θέλοντι σωθῆναι &c.

Decimo nonò, & quidem fol. 304 pag. 1 & 2, *S. Ambrosij Hymnus, Te Deum laudamus, græcè cum expositione interlineari itidem græcâ*; cujus titulus & principium: Ὕμνος Ἀμβροσίου. Σὲ τὸν Θεὸν αἰνοῦμεν, σὲ τὸν Δεσπότην ὁμολογοῦμεν &c.

Vigesimò, & quidem fol. 305 pag. 1, *Sanctorum Concilij Nicæni primi trecentorum octodecim Patrum Expositio Fidei catholicæ contra Paulum Samosatenum*; cujus titulus & principium: Ἔκθεσις τῶν ἁγίων τιη θεοφόρων Πατέρων κατὰ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως. Ὁμολογοῦμεν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν &c.

Vigesimo primò, & quidem fol. 305 pag. 2 & fol. 306 pag. 1, *S. Athanasij Archiepiscopi Alexandrini Expositio Symboli Nicæni*; cujus titulus & principium: Ἀθανασίου Ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας ἑρμηνεία εἰς τὸ Σύμβολον. Πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν Πατέρα παντοκράτορα, πάντων ὁρατῶν &c.

Vigesimo secundò, & quidem à fol. 306 pag. 1 usque ad fol. 308 pag. 1, ejusdem *S. Athanasij Expositio Fidei*; cujus titulus & principium: Πιστεύομεν εἰς ἕνα ἀγέννητον Θεὸν, Πατέρα παντοκράτορα, πάντων ποιητὴν &c.

Vigesimo tertiò, & quidē à fol. 308 pag. 1 usq; ad fol. 311 pag. 1, *Sancti & Oecumenici Concilij Chalcedonensis Definitio Fidei*; cujus titulus & principium: Ὅρος τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς ἐν Χαλκηδόνι Συνόδου. Ἡ ἁγία μεγάλη καὶ οἰκουμενικὴ Σύνοδος &c. Ὁ Κύριος ἡμῶν καὶ Σωτὴρ ὁ Χριστὸς, τῆς πίστεως τὴν γνῶσιν τοῖς μαθηταῖς βεβαιῶν, ἔφη· εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν, &c.

Vigesimo quartò, & quidem à fol. 311 pag. 1 usque ad fol. 314 pag. 2, *Sancti Concilij Constantinopolitani tertij, Oecumenici autem sive Generalis sexti, Definitio Fidei*; cujus titulus & principium: Ὅρος τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει ἕκτης Συνόδου.

Ἡ

Ἡ ἁγία μεγάλη καὶ οἰκουμενικὴ Σύνοδος &c. Ὁ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς μονογενὴς Υἱός τε καὶ Λόγος, &c.

Vigesimo quintò, & quidem à fol. 314 pag. 2 usque ad fol. 318 pag. 1, *Sancti Concilij Nicæni secundi, Oecumenici autem sive Generalis septimi, Definitio Fidei*, cujus titulus & principium: Ὅρος τῆς ἁγίας μεγάλης καὶ οἰκουμενικῆς ἐν Νικαίᾳ Συνόδου τὸ δεύτερον. Ἡ ἁγία μεγάλη καὶ οἰκουμενικὴ Σύνοδος &c. Ὁ τὸ φῶς τῆς αὐτοῦ ἐπιγνώσεως ἡμῖν χαρισάμενος, &c.

Vigesimo sextò, & quidem à fol. 318 pag. 1 usque ad fol. 319 pag 1, *Juliani Cardinalis S. Angeli Dissertatio de quæstione illâ, an liceat Symbolo Fidei aliquid addere, etiamsi verum; græcè versa à Nicolao Interprete Græcorum.* Ipsa tituli græci verba cum principio *Dissertationis* sunt hæc: Ἰουλιανοῦ Καρδιναλίου τοῦ ἁγίου Ἀγγέλου εἰς τὸ ζήτημα, τὸ, πότερον ἐξῆν ἢ ἔξεστι προστεθεῖναι ἐν τῷ Συμβόλῳ τὰ ἀληθῆ ἢ μή, ἑρμηνευθὲν ὑπὸ Νικολάου ἑρμηνέως τῶν Γραικῶν. Λέγουσιν οἱ Γραικοὶ, μὴ ἐξεῖναι τῇ Ῥωμαϊκῇ Ἐκκλησίᾳ τεθεῖναι ἐν τῷ Συμβόλῳ τὴν καὶ τοῦ Υἱοῦ λέξιν, κἂν ἀληθὲς ᾖ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεσθαι ἐκ τοῦ Υἱοῦ, διὰ τὸ κεκωλῦσθαι τοῦτο ἐν τῷ ὅρῳ τῆς ἐν Ἐφέσῳ Συνόδου, &c. In fine ejusdem Dissertationis leguntur hæc notabilia verba: Ζήτει πρὸς τοῦτο ἕτερα κεφάλαια ιθʹ, ἅπερ εἰσὶν γεγραμμένα ἐν τῇ ἄκρᾳ τῆς βίβλου, ἧς ἡ ἀρχή. (1) ὄνειρος τοῦ Σκιπίωνος.

Vigesimo septimò, & quidem à fol. 319 pag. 2 usque ad fol. 332 pag. 2, *ex S. Thomæ Aquinatis Quæstionibus* (2) *Disputationum de Potentiâ Dei excerpta de Processione Spiritûs Sancti*; quorum titulus & principium; Θωμᾶ, τοῦ ἀπὸ τῆς κηρύκων τάξεως, καὶ διδασκάλου παρὰ Λατίνοις τῆς ἱερᾶς τῶν Χριστιανῶν γεγονότος θεολογίας, ἐκ τῶν ἐν ταῖς διαλέξεσι ζητημάτων, ἐν τῷ περὶ δυνάμεως κεφαλαίῳ περὶ τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐκπορεύσεως. Αʹ. Πότερον Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεται καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, ἢ ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς; δόξειε δ' ἂν &c.

Vigesimo octavò, & quidem fol. 333 pag. 1, *Heracliti Philosophi Epigramma de miserijs vitæ humanæ*; cujus titulus & principium: Ἡρακλείτου Φιλοσόφου περὶ τοῦ βίου ἀνθρωπίνου. Ποίην τις βιότοιο τάμοι τρίβον; εἰν ἀγορῇ μὲν &c. Exstat quidem hoc *Epigramma* in *Anthologio*

(1) *Notabilis locus de* Ciceronis Somnio Scipionis *in* græcum *sermonem translato, & quidem, ut ego opinor, à* Maximo Planude, *licet illud hic non sit additum. Vide* Joan. Jacobi Frisij *Bibliothecam Vniversalem fit. M. ubi refert* Maximum Planudem *in* græcum *sermonem convertisse* Macrobij Commentarios in Somnium Scipionis; *atque insuper consule lib.* IV *horum Commentar. pag* 57. (2) *Nempe ex* Quæstionis decimæ Articulo quarto. *Vide Operum* S. Thomæ Aquinatis *editionem Romanam anni* 1570 *Tom.* VIII *fol.* 94 *pag.* 2.

gio Græcorum lib. 1 cap. 13, sed ibi illud non attribuitur *Heraclito Philosopho*, sed *Posidippo*, vel secundùm alios, *Crateti Cynico*. Idem *Epigramma* multò auctiùs in *latinam* linguam transtulit *Ausonius* sub titulo *Eidyllij de ambiguitate eligendæ vitæ*, cujus principium: *Quod vitæ sectabor iter, si plena tumultu Sunt fora*; &c.

Vigesimo nonò, & quidem fol. 333 pag. 1 & 2, *ex S. Joannis Damasceni Logicâ Excerptum de* (1) *differentiâ unionis*, cujus titulus & principium: Διαφορὰ ἑνώσεως. Ἡ κατ' οὐσίαν ἕνωσις, ἐπὶ τῆς ὑποστάσεως τοῦτ' ἐστὶ τῶν ἀτόμων. Ἡ καθ' ὑπόστασιν ἕνωσις, ἐπὶ τῶν οὐσιῶν &c.

(1) *Vide Operum* S. Joannis Damasceni *edit. Parisi. anni* 1619 *pag.* 651 & 652.

CCLI.

Ducentesimus quinquagesimus primus (2) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *membranaceus* pervetustus & optimæ notæ in *folio*, constátque nunc folijs *centum nonaginta*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus *Constantinopoli*. Continentur eo *anonymi cujusdam Autoris Loci Communes ascetici de Charactere veri Christianismi, sive, de Interpretationibus divinorum Præceptorum Domini*, ex variorum Sanctorũ Patrum Operibus collecti, & in Λόγους sive *Sermones sexaginta tres* divisi; ex quib⁹ tamen nunc ibi tantùm supersunt *triginta septem priores*, exceptis *decimo nono, vigesimo, vigesimo primo, vigesimo secũdo, vigesimo tertio, vigesimo quarto* & *vigesimo quinto*, qui incuriâ verum possessorum hujus Codicis vel injuriâ temporis perierunt, æquè ac *posteriores viginti sex Sermones* à *trigesimo octavo* usque ad *sexagesimum tertium*. *Primus Sermo*, qui continet *Hypothesin* & *ordinem* totius Operis inscribitur atque incipit hoc modo: Λόγος διαλαμβάνων περὶ τῆς Ὑποθέσεως τοῦ Βιβλίου τῶν Ἑρμηνειῶν. Αὕτη ἡ Βίβλος τὰς τοῦ Κυρίου μὲν ἐντολὰς καὶ ταῖς τούτων ἑρμηνείαις περιέχων ὁμοίως συναρμόζουσας καὶ ἐξακολουθούσας τὰς τῶν Πατέρων διδασκαλίας. ἔτι δὲ ἐκ τοῦ ἑτέρου κεφάλαιον λαμβάνει τὴν ἀφορμὴν καὶ ὥσπερ τις χρυσόπλοκος χοῖνος διὰ λίθων καὶ μαργαριτῶν τιμίων ἐξυφασμένος, ὅλον μικροῦ δεῖν ΤΟΝ ΧΑΡΑΚΤΗΡΑ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΙΑΝΙΣΜΟΥ περιέχει &c. ἐπισυνάπτεται δὲ ὅλη ἡ Βίβλος εἰς Λόγους ἑξήκοντα καὶ τρεῖς· &c. *Secundus Sermo*: continens *Proœmium* totius Operis inscribitur atq; incipit his verbis: Προοίμιον τῆς Βίβλου τῶν ἑρμηνειῶν τῶν θείων ἐντολῶν τοῦ Κυρίου, ἔχον ἐν ἐπιτομῇ τὴν ὅλην πραγματείαν τοῦ βιβλίου, καὶ ὅτι ἐκ τοῦ ἀγνοεῖν ἡμᾶς τὰς θείας γραφὰς, ἐμπί-

(2) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos sexagesim' quartus.*

πομεν εις τὰς παγίδας τȣ̃ διαβόλȣ, &c. Τοῦ Χρυσοςόμȣ ἐκ τȣ̃ κτ̀ Ματθαῖον. Ἔδει μὲν ἡμᾶς, φησὶ ὁ θεῖ⊕ Χρυσόςομ⊕, μηδὲν δεῖσθ τ̀ ἀπὸ τῆς γραμμάτων βοηθείας, &c. Cæterùm quod ad *Autores* attinet, ex quorum Scriptis *Loci* isti *Communes* collecti sunt, ij ordine alphabetico sunt hi: *Ammonius Presbyter*, ex cujus Ἑρμηνεία τῆς Πράξεων, sive *Expositione in Acta Apostolorum*, exstat fragmentum fol. 21 pag. 1; *S. Anastasius Sinaita*, Patriarcha Antiochenus; S. *Athanasius Magnus*, Archiepiscopus Alexandrinus; S. *Basilius Magnus*, Cæsareæ in Cappadociâ Archiepiscopus, cujus varia ibi exstant fragmenta, sed præcipuè ἐκ τῆς Ἀσκητικῶν, sive, *ex Asceticis*; S. *Clemens* Romanus; S. *Diadochus*, Photices in Veteri Epiro sive Illyrico Episcopus; *Didymus Alexandrinus*, cujus fragmentum *Expositionis in Acta Apostolorum* exstat fol. 187 pag. 1; S. *Dorotheus* Archimandrita sive Abbas; S. *Ephram* sive *Ephraim Syrus*; S. *Epiphanius*, Constantiæ sive Salaminis in Cypro Insulâ Episcopus; *Esaias* Abbas; *Gennadius* Patriarcha Constantinopolitanus, & *Synodus* cum ipso, fol. 176 p. 1; S. *Gregorius Magnus*, cujus varia ibi exstant fragmenta *ex Dialogis*; S. *Gregorius Nazianzenus*; S. *Gregorius* Episcopus *Nyssenus*; S. *Gregorius Thaumaturgus*, Neocæsareæ in Ponto Episcopus; *Joannes Carpathius*; *Joannes Cassianus*; S. *Joannes Chrysostomus*; *Joannes Climacus*, cujus varia ibi exstant fragmenta ex *Scalâ Paradisi* & ex antiquis græcis in eandem *Scholijs*; S. *Joannes Damascenus*, cujus varia ibi exstant fragmenta ἐκ τῆς κτ̀ αἱρέσεων, sive, *ex Opere contra hæreses* fol. 11 pag. 2 & fol. 12 pag. 1, ubi speciatim fit mentio hæreseos LXXXVIIIvæ, XCVItæ, XCVIImæ, XCVIIIvæ, CImæ & CIIItiæ; *Joannes Nesteuta* sive *Jejunator*, Patriarcha Constantinopolitanus; S. *Isaac Syrus*, Abbas & Anachoreta; cujus fragmentum *ex Epistolâ ad Abbatem Symeonem* exstat fol. 111 pag. 2; *Isidorus Pelusiota*; S. *Macarius Alexandrinus*, cujus fragmentum ἐκ τῶν Ἐρωτήσεων πρὸς τὸν μέγαν Εὐσέβιον Ἀλεξανδρείας, sive, *ex Quæstionibus ad magnum Eusebium Archiepiscopum Alexandrinum*, exstat fol. 141 pag. 1; S. *Marcianus Bethlehemita*, cujus fragmenta *Institutionum asceticarum* exstant fol. 52 pag. 1 & fol. 58 pag. 1, ubi præclarè agitur *de differentiâ inter peccata manifesta & occulta*, & *de conversatione mulierum ab ascetis omnimodè vitandâ*; *Marcus Eremita*; S. *Maximus* Monachus & Martyr, cujus fragmenta ἐκ τῶν ἀπόρων exstant fol. 4 pag. 2, & fol. 141 pag. 2; S. *Methodius* Patriarcha Constantinopolitanus, cujus fragmentum

ἐκ τῶν Ἀφορισμῶν τῶν Στουδιτῶν ἀσκητῶν, sive ex *Aphorismis Ascetarum Studitarum* exstat fol. 189 pag. 1; S. *Nilus*, ex Præfecto Vrbis Constantinopolitanæ Monachus; *Orsisius* Abbas Ægyptius, qui ab alijs vocatur *Oresiesis* & *Oriesius*, fol. 40 pag. 1; S. *Petrus* Episcopus Alexandrinus & Martyr, cujus fragmenta *Canonum de Pœnitentiâ* exstant fol. 137 p. 1 atque alibi; S. *Symeon Thaumaturgus*, sive *Stylita Senior*, ex cujus *Epistolâ* πρός τινα τῶν ἐγκλειστῶν, sive, *ad Ascetam aliquem inclusum*, ut & ἐκ τῶν διδασκαλιῶν, sive, ex *Doctrinis asceticis*, exstant fragmenta fol. 35 pag. 1 & fol. 162 pag. 1; *Tarasius* Patriarcha Constantinopolitanus, ex cujus *Epistolâ ad Papam Hadrianum* I exstat fragmentum fol. 174 pag. 1; *Theodoretus* Episcopus Cyrensis; *Theodorus* Studita; *Timotheus* Patriarcha Alexandrinus fol. 65 pag. 2. Exstant insuper in ijsdem Locis Communibus asceticis etiam alia quædam *Excerpta* miscellanea: nempe ἐκ τῶν Ἀποστολικῶν διατάξεων, sive, ex *Apostolicis Constitutionibus*; ex varijs Concilijs Generalibus & Provincialibus, & quidem præcipuè ex *Synodo Constantinopolitanâ habitâ* in *Templo Sanctorum Apostolorum* fol. 21 pag. 1 & passim alibi; ex variorum Imperatorum *Novellis Constitutionibus* de rebus ecclesiasticis fol. 117 pag. 2; ἐκ τοῦ Γεροντικοῦ, sive, ex Opere de Vitis Patrum; ex *Martyrio S. Anastasiæ* fragmentum fol. 156 pag. 1, cujus principium: Ἡ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς Ἀναστασία παρὰ τοῦ Ἐπάρχου τοῦ Ἰλλυρικοῦ πρυμβύη, &c; ex Vitâ *S. Antonij Abbatis* fragmentum fol. 161 pag. 1, cujus principium: Μέλλων ἐσθίειν ποτὲ ὁ μέγας Ἀντώνιος, καὶ ἀναστὰς εὔξασθαι παρὰ τὴν θ' ὥραν, &c; ex Vitâ *S. Charitonis* fragmentum fol. 127 pag. 2, cujus principium: Ὁ μέγας Πατὴρ ἡμῶν Χαρίτων ἅπαντας μὲν τέως τοῖς ἑαυτοῦ φυτηταῖς διατίθησιν, &c; ex Vitâ *S. Danielis Stylitæ* fragmentum fol. 138 pag. 1 & 2, cujus principium: Ὁ ὅσιος Πατὴρ ἡμῶν Δανιὴλ καταλιπὼν ἅπαντα, ἐξῆλθεν ἀπὸ τοῦ μοναστηρίου, καὶ φθάσας τὴν μάνδραν τοῦ ἁγίου Συμεὼν τοῦ Στυλίτου, &c; ex *Martyrio S. Dionysij Areopagitæ* fragmentum fol. 100 pag. 2, cujus principium: Ὁ μέγας Διονύσιος ὁ Ἀρεοπαγίτης εἶπεν ὅτι γενομένου μου ποτὲ κατὰ τὴν Κρήτην &c; ex Vitâ *S. Epiphanij* Constantiæ sive Salaminis in Cypro Insulâ Episcopi, à *coætaneo* quodam ipsius *discipulo* conscriptâ, fragmentum fol. 77 pag. 2, cujus principium: Ἦν τις Διάκονος ἐν τῷ Ἐπισκοπίῳ ὀνόματι Σαβῖνος, ἔχων ἐπιτήδευμα τὸ τοῦ καλλιγράφου, &c; & fol. 119 pag. 2, cujus principium: Παρε-

Παρεγένετό τις ποτὲ ἀπὸ τῶν Ἱεροσολύμων Διάκονος καὶ ἀπήγγειλεν &c; & paulo pòst: μετὰ οὖν χρόνον πολὺν εἶπεν Ἐπιφάνιος πρὸς ΜΕ τὸν ΜΑΘΗΤΗΝ αὐτοῦ· δεῦρο τέκνον, πορευσώμεθα ἐν Ἱερουσαλὴμ, καὶ προσκυνήσαντες, ἐπιστρέψωμεν. ἀπάραντες δὲ ἀπὸ τῆς Κύπρου, &c; ex *Vitâ S. Joannis Chrysostomi* fragmentum fol. 177 pag. 2, cujus principium: Προσῆλθεν ὁ τῆς μακρηγορίας ἡμῖν αἴτιος τοῖς Ἐπισκόποις πᾶσιν, Εὐσέβειος ὁ κατήγορος τῶν ἐξ λοιπῶν Ἐπισκόπων, &c; ex *Vitâ S. Joannis Eleemosynarij* fragmentum fol. 100 pag. 1, cujus principium: Ἔλεγεν ὁ μακάριος Ἰωάννης ὁ Ἐλεήμων, ὅτι εἰ ἐννοούμεθα καὶ ἐλογιζόμεθα τὴν τοῦ Θεοῦ περὶ ἡμᾶς εὐσπλαγχνίαν καὶ ἀγαθότητα, &c; ex *Vitâ S. Joannis* τοῦ Ἡσυχαστοῦ τοῦ ἁγίου Σαβίτου fragmentum fol. 138 pag. 2, cujus principium: Ἀλαμούνδαρος ὁ Σαρακηνῶν Βασιλεὺς, ἀξιωμάτων ὑπὸ Πέρσας τελοῦντων Σαρακηνῶν εἰληφὼς, ἐπῆλθεν τήν τε Ἀραβίαν καὶ τὴν Παλαιστίνην μετὰ πολλοῦ τοῦ κατὰ Ῥωμαίων θυμοῦ, &c; ex *Vitâ S. Pachomij* fragmenta varia fol. 37 pag. 2 & alibi; ex *Vitâ S. Philemonis* fragmentum fol. 122 pag. 1, cujus principium: Ἀδελφὸς ἠρώτησε τὸν μέγαν Φιλήμονα, λέγων τί ποιῶ Πάτερ, ἔχω σωθῆναι; &c; ex *Vitâ S. Sabæ* fragmentum exstat fol. 25 pag. 2, cujus principium: Ὁ ἡγιασμένος Σάβας θεωρήσας τὸν μέγαν Εὐθύμιον ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν ἐρχόμενον, &c; ex *Vitâ S. Symeonis Taumaturgi* sive *Stylitæ Senioris* fragmentum exstat fol. 186 pag. 1, cujus principium: Ὁ μέγας Συμεὼν ὁ Θαυματουργὸς μέλλων ἀνέρχεσθαι εἰς τὸν μέγαν κίονα, μετὰ πάντων τῶν ἐντολῶν τοῦ Κυρίου, καὶ τὰ παρ' ἑαυτοῦ ἐνετείλατο τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς, λέγων οὕτως· &c; ex *Vitâ S. Theodori Archiepiscopi Edesseni* fragmentum exstat fol. 169 pag. 2, cujus principium: Στυλίτης τις ἦν ἐν Ἐδέσσῃ τῇ πόλει, ὃν καὶ παραβαλὼν ὁ ἐν ἁγίοις Θεόδωρος ὁ Ἀρχιεπίσκοπος τῆς αὐτῆς πόλεως, μετὰ καὶ ἑτέρων ὁμιλῶν &c; ἐκ τῆς Εὐθυμιακῆς ἱστορίας, sive, ex (1) *Euthymiacâ Historiâ* de Vitâ & rebus gestis *S.* (2) *Euthymij* Abbatis Palæstini, à (3) *Cyrillo Monacho* conscriptâ, fragmentum exstat fol. 177 pag.

(1) *De hac* Euthymiacâ Historiâ *ejusq; autore* Cyrillo Monacho *vide singularem quandam & lectu necessariam Observationem meam, quam* Diario Sacri Itineris Cellensis *inserui à pag.* 147 *usq; ad pag.* 164, *ubi testimonio* S. Joannis Damasceni *aliisq; argumentis solidè & luculentè demonstratur, eam apud* Laurentium Surium *Tomo primo de probatis Sanctorum Historijs d.* 20 *Ianuarij non exstare* integram, *sed tantùm* abbreviatam, *nec audiendos esse* Card. Baronium *Annal. Eccles. Tom.* 1 *an.* 48 *& R. P.* Martinum Delrium *in Vindicijs Areopagiticis, ubi perperàm existimant*, Historiam *hanc appellari* Euthymiacam, *quòd ab* Euthymio *quodam* Historico *composita fuerit.* (2) *Obijt is A. C.* 472, *Quâ de re vide suprà citatum Diarium Sacri Itineris Cellensis pag.* 148, 149, 150. (3) *Fuit is discipulus* S. Sabæ Abbatis, *qui A. C.* 531 *obijt. Vide idem Diarium pag.* 148.

pag. 2, cujus principium: Ὁ ἐν ἁγίοις καὶ μακάριος Φλαβιανὸς τοῦ μακαρίου Πρόκλου τὴν προεδρίαν Κωνσταντινουπόλεως διαδεξάμενος, &c.

CCLII.

(1) Fuit is olim extra numerum.

Ducentesimus quinquagesimus secundus (1) Codex Manuscriptus *Theologicus Græcus* est *membranaceus* pervetustus in *octavo*, sed in principio & fine mutilus, constátq; nunc folijs *centum quadraginta septem*, & ad V. CL. *Sebastianum Tengnagelium*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim pertinuit. Continentur eo *S. Anastasij Sinaitæ, Patriarchæ Antiocheni, Quæstiones & Responsiones sacræ de varijs Capitibus orthodoxæ Fidei & de variorum Sacræ Scripturæ difficilium locorum interpretationibus.* *Septima* earum Quæstionum, quæ ob præcedentium defectum nunc ibi *prima* est, constat his verbis: (2) Ἐρώτησις ζ΄. Καλὸν ἄρα κοινωνεῖν συνεχῶς ἢ ἐκ διαλείμματος; hoc est: *Estne meliùs communicare assiduè, an ex intervallo?* Ἀπόκρισις autem sive Responsio incipit hoc modo: Τοῦ Ἀποστόλου λέγοντος· δοκιμαζέτω ἄνθρωπος ἑαυτὸν, &c. Plura de his *Quæstionibus & Responsionibus sacris* vide Lib. III horum Commentariorum pag. 210, & Lib. IV pag. 219 & 220.

(2) Vide ibid. fol. 3 pag. 2.

CCLIII.

(3) Fuit is olim inter Codices Mstos Theologicos Græcos trecentesimus.

Ducentesimus quinquagesimus tertius (3) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *chartaceus* mediocriter antiquus in *quarto*, constátq; nunc folijs *nonaginta novem*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usq; ad fol. 2 pag. 1, *Constantini Harmenopuli, Nomophylacis & Judicis Thessalonicensis, Expositio Fidei orthodoxæ*, cujus titulus & principium: Περὶ πίστεως ὀρθοδόξου, Ἀρμενοπούλου. Πιστεύειν δεῖ τὸν ὄντως Χριστιανὸν, ὡς αἱ ἅγιαι καὶ οἰκουμενικαὶ Σύνοδοι ἐπεκύρωσαν, &c. Exstat ea *græcè* & *latinè* edita à *Joanne Leunclavio* cum *Theoriani* Legatione nomine *Imp. Manuelis Comneni* ad *Armenios*, editionis Basileensis Petri Pernæ A. 1578 in octavo pag. 577; ut & in *Joannis Leunclavij* & *Marquardi Freheri Jure Græco-Romano* Tom. 1 pag. 552.

Secundò, & quidem à fol. 2 pag. 1 usq; ad fol. 6 pag. 1, ejusdem *Harmenopuli Liber de Sectis*, sive, *de Opinionibus hæreticorum, qui singulis temporibus exstiterunt.* Ipsa tituli græci verba cum principio Libri sunt hæc: Τοῦ αὐτοῦ, περὶ ὧν ἐν τοῖς κατὰ καιροὺς αἱρετικοὶ ἐδόξαν. Οἱ

Οἱ περὶ τὸν Ἄρειον, κτίσμα τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ λέγοντες, &c. Exſtat idem Liber *græcè* & *latinè* editus à *Joanne Leunclavio* cum *Theoriani* Legatione nomine *Imp. Manuelis Comneni* ad *Armenios*, editionis Baſileenſis Petri Pernæ A. 1578 in octavo pag. 556; ut & in *Joannis Leunclavij* & *Marquardi Freheri Jure Græco-Romano* Tom. I pag. 547.

Tertiò, & quidem à fol. 6 pag. 1 uſq; ad fol. 7 pag. 2, *Georgij Xiphilini, Patriarchæ Conſtantinopolitani, Sententia Synodalis de Juribus territoriorum*, promulgata & confirmata anno Mundi 6705, ſive, anno Chriſti 1197, die quarto Februarij, Indictione decimâ quintâ. Inſcribitur ea atq; incipit hoc modo: Περὶ ἐνοριακῶν δικαίων. Μηνὶ Φεβρουαρίῳ δ', ἡμέρα β', ἐπινεμήσει ιε', προκαθημένου τοῦ παναγιωτάτου ἡμῶν Δεσπότου καὶ οἰκουμενικοῦ Πατριάρχου Κυρίου Γεωργίου &c. Παρεστὰς τὴν σήμερον συνοδικῶς &c. Eadem *Sententia ſynodalis* exſtat *græcè* & *latinè* in *Joannis Leunclavij* & *Marquardi Freheri Jure Græco-Romano* Tom. I pag. 283.

Quartò, & quidem à fol. 7 pag. 2 uſq; ad fol. 15 pag. 2, *Matthæi Monachi Quæſtiones & Cauſæ matrimoniales*, quarum titulus & principium: Περὶ τῶν βαθμῶν τοῦ γάμου, τοῦ κυρίου Ματθαίου. Ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἄν τις εἴποι τῶν εὐφρονούντων &c. Exſtant illæ *græcè* & *latinè* in *Joannis Leunclavij* & *Marquardi Freheri Jure Græco-Romano* Tom. I pag. 478.

Quintò, & quidem à fol. 16 pag. 1 uſq; ad fol. 18 pag. 2, *Michaelis* (1) *Chumni, Nomophylacis & poſteà Metropolitæ Theſſalonicenſis, Tractatus de Gradibus cognationis*, cujus titulus & principium: Μιχαὴλ Νομοφύλακος τοῦ Χούμνου, γεγονότος Μητροπολίτου Θεσσαλονίκης, περὶ τῶν βαθμῶν τῆς συγγενείας. Ἡ συγγένεια ὄνομά ἐστι κοινὸν καὶ καθολικὸν &c. Exſtat idem Tractatus *græcè* & *latinè* in *Joannis Leunclavij* & *Marquardi Freheri Jure Græco-Romano* Tom. I pag. 519.

(1) *Vixit is tempore* Nicephori Blemmydæ.

Sextò, & quidem à fol. 18 pag. 2 uſq; ad fol. 19 pag. 2, *Excerpta ex Imperatorum Conſtantinopolitanorum Iſaacij Comneni & Alexij Comneni Sanctionibus aureæ bullæ de Conſuetudinibus, quæ dantur nomine ordinationis ſacerdotalis, & de Canonico.* Ipſa tituli græci verba cum principio *Excerptorum* ſunt hæc: Παρεκβολαὶ ἀπὸ τῶν χρυσοβούλλων τυπικῶν, τοῦ τε ἀοιδίμου Βασιλέως κυρίου Ἰσαακίου τοῦ Κομνηνοῦ, τοῦ γεγονότος ἐπὶ πάσαις ταῖς κατὰ χώραν ἐκκλησίαις κατὰ μῆνα Δεκέμβριον ἐπινεμήσει ιδ', καὶ τοῦ κρατίστου ἡμῶν Αὐτοκράτορος κυρίου Ἀλεξίου

ξίου τοῦ Κομινοῦ, τοῦ κατὰ χώραν πάσαις ταῖς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαις καὶ αὐτοῦ ἐκτεθειμένου κατὰ μῆνα σεπτέμβριον τῆς θ' ἐπινεμήσεως. Τυποῖ δὲ ἡ βασιλεία μου, καὶ ἐπὶ τῇ χειροτονίᾳ τῶν ἱερέων, καὶ ἐπὶ τῷ κανονικῷ, &c. Eadem *Excerpta* exstant *græcè* & *latinè* in *Joannis Leunclavij* & *Marquardi Freheri Jure Græco-Romano* Tom. I pàg. 120 & 123.

Septimò, & quidem à fol. 20 pag. 2 usq; ad fol. 25 pag. 2, *Acta Pseudo-Synodi, in Chalcedonensi suburbio ad Quercum* A. C. 403 illegitimè & nefariè (1) celebratæ adversus *S. Joannem Chrysostomum*, qui in eâ varijs de causis falsissimè accusatus, impijssimè damnatus, & in exsilium missus est; unà cum *Epistolis apologeticis S. Innocentij I Papæ & Imp. Honorij ad Imp. Arcadium pro S. Joanne Chrysostomo*, & ipsius *Imp. Arcadij Epistolâ excusatoriâ atq; deprecatoriâ ad S. Innocentium*. Ipsa tituli græci verba cum principio Actorum sunt hæc: Ἡ κατὰ τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου συναθροισθεῖσα παράνομος Σύνοδος, ἐν ᾗ ὑπῆρχον κατάρχοντες Θεόφιλος ὁ Ἀλεξανδρείας &c. Eadem *Acta* cum ijsdem suprà memoratis *Epistolis* exstant *græcè* & *latinè* in *Joañis Leunclavij* & *Marquardi Freberi Jure Græco-Romano* Tom. I à pag. 554 usq; ad pag. 560. Vide etiam *Photij Patriarchæ Constantinopolitani* Bibliothecam Codice LIXno, & *Michaelis Glycæ* Annalium Partem quartam pag. 258 & 259 edit. græc. lat. Parisinæ in folio, ubi itidem agitur de eâdem *Pseudo-Synodo*.

(1) *Vide R. P. Philippi Labbei Synopsin Historicam Conciliorū omnium, ut & ejusdem Chronologiam Historicam an.* 403.

Octavò, & quidem à fol. 26 pag. 1 usq; ad fol. 28 pag. 1, *Constantini Harmenopuli Epitome sacrorum & divinorum Canonum*, cujus titulus & principium: Ἐπιτομὴ τῶν ἱερῶν καὶ θείων κανόνων· γέγονε δὲ καὶ αὕτη παρὰ τοῦ πανσεβάστου Νομοφύλακος καὶ Κριτοῦ Θεσσαλονίκης κυρίου Κωνσταντίνου τοῦ Ἀρμενοπούλου. Προθεωρία. Τῶν κανόνων οἱ μέν εἰσι τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, &c. Eadem *Epitome* exstat *græcè* & *latinè* in *Joannis Leunclavij* & *Marquardi Freheri Jure Græco-Romano* Tom. 1. pag. 1.

Nonò, & quidem fol. 28 pag. 1 & 2, *Officia Magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ S. Sophiæ*; quorum titulus & principium: Τὰ τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας Ὀφφίκια. Τάξις πρώτη. α', ὁ μέγας Οἰκόνομος· β', ὁ μέγας Σακελλάριος· &c. Eadem *Officiorum* recensio exstat *græcè* & *latinè* in suprà citato *Jure Græco-Romano* Tom. I pag. 304 & 305.

Decimò, & quidem à fol. 28 pag. 2 usque ad fol. 29 pag. 2, *Moschionis Præcepta vitæ*, quorum titulus & principium: Μο-

Μοναχοῦ Ὑποθήκαι. Παραφύλαττε ἑαυτὸν ἐν παντὶ τῷ βίῳ μὴ λάθῃ σε συναρπάσασα ἀδόκητος φαντασία, ἢ φόβῳ καταπλήξαμένη, ἢ ἡδονῇ γοητεύσασα, &c.

Vndecimò, & quidem fol. 29 pag. 2 & fol. 30 pag. 1, *Fragmentum Juris Græco-Romani de differentiâ inter cædes voluntarias & involuntarias*. Vide ibidem Tom. I pag. 109, 110, 111 & 112.

Duodecimò, & quidem à fol. 30 pag. 1 usq; ad fol. 31 pag. 1, *ex Marci Patriarchæ Alexandrini Quæstionibus Canonicis, & ex Responsionibus Theodori Balsamonis Patriarchæ Antiocheni, Excerptum de Jejunijs festi Sanctorum Apostolorum, Nativitatis Christi, & Dormitionis sive Obitus atq; Assumptionis Beatissimæ Virginis Deiparæ*. Ipsa tituli græci verba sunt hæc: Ἐκ τῶν κανονικῶν ἐρωτήσεων τοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρχου Ἀλεξανδρείας κυρίου Μάρκου καὶ ἀποκρίσεων τοῦ Βαλσαμῶν. Ἐρώτησις· Ἀι νηστεῖαι τῆς ἑορτῆς τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, &c.

Decimo tertiò, & quidem fol. 30 pag. 2 & fol. 31 pag. 1, *Definitio & Officium Patriarchæ*, cujus titulus & principium: Περὶ Πατριάρχου. Πατριάρχης ἐστὶν εἰκὼν ζῶσα Χριστοῦ καὶ ἔμψυχος, &c. Eadem *Patriarchæ* descriptio exstat *græcè* & *latinè* in suprà citato *Jure Græco-Romano* Tom. I pag. 296, ibidémq; expressè additur, eam desumptam esse ἀπὸ τοῦ νομίμου βιβλίου Βασιλείου, Κωνσταντίνου καὶ Λέοντος, ἀπὸ τοῦ (1) β' τίτλου, hoc est, *ex Libri Juridici Imperatoris CPni Basilij Macedonis, & filiorum ipsius Constantini atq; Leonis Philosophi, seu Sapientis Titulo* (2) *secundo*. Vide etiam ejusdem *Juris Græco-Romani* Tomum secundum pag. 84 & 85. (1) *Immò* ἀπὸ τοῦ γ' τίτλου. (2) *Immò* Titulo tertio. *Vide ejusdem* Juris Græco-Romani *Tomum secundum* pag. 84.

Decimo quartò, & quidem à fol. 31 pag. 1 usq; ad fol. 33 pag. 1, *Joannis Zonaræ Canon* sive *Canticum sacrum ad Beatissimam Virginem Deiparam contra præcipuas Hæreses*, quæ ibi hoc ordine recensentur, ut primi sint *Ariani* ultimi autem *Itali* sive *Latini* ob confessionem processionis Spiritûs Sancti ex Patre simul & Filio. Ipsa tituli græci verba cum principio *Canonis* sunt hæc: Κανὼν εἰς τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον Ἰωάννου μοναχοῦ Πρωτασηκρῆτις τοῦ Ζωναρᾶ· οὗ ἡ ἀκροστιχίς· ὕστατος ἦχος ὕστατον πλέκει μέλος· Ὑπεραγία ἡ Θεὸν κυήσασα, τὸν συμφυῆ τῷ Πατρὶ μονογενῆ Λόγον, σύγχρονον, ὁμότιμον, καὶ ὁ παράφρων Ἄρειος κτίσμα τοῦτο ἐφρόνει; &c. Exstat quidem hic *Canon* Tom. XII Magnæ Bibliothecæ Veterum Patrum græco-latinæ Parisiensis pag. 358 & 359, sed tantùm *latinè* interprete *Gilberto Genebrardo*, & in fine *mutilè*. Quæ enim ad *Latinos* pertinent, ea ibi consultò omissa sunt.

Decimo quintò, & quidem à fol. 33 pag. 1 usq; ad fol. 36 pag. 2, *Theodori Balsamonis, Patriarchæ Antiocheni, Epistola de incensis, quæ à Patriarchâ dari solent eo die, quo habetur catechesis.* Ipsa tituli græci verba cum principio *Epistolæ* sunt hæc: Τοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρχου Ἀντιοχείας κυροῦ Θεοδώρου τοῦ Βαλσαμῶν ἐπιστολὴ χάριν τῶν διδομένων θυμιαμάτων παρὰ τοῦ Πατριάρχου κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς κατηχήσεως. Σὺ μὲν τριπόθητον τέκνον &c. Exstat hæc *Epistola græcè* & *latinè* in suprà citato *Jure Græco-Romano* Tom. I pag. 470.

Decimo sextò, & quidem fol. 37 pag. 1 & 2, *Excerptum ex Imp. Justiniani I sive Magni Constitutione de ijs, qui ad Magnam Ecclesiam Constantinopolitanam S. Sophiæ & ad sacras ubiq; terrarum Ecclesias confugiunt*; cujus titulus & principium: Ἐκ τῆς νομοθεσίας τοῦ τῆς θείας λήξεως Ἰουστινιανοῦ, τῆς ἐκτεθείσης ὑπὲρ τῶν (1) προσφυγόντων τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, καὶ τῶν πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης θείων ἐκκλησιῶν. Εἴ τις τῶν ἐκ Θεοῦ τετιμημένων &c. Idem *Excerptum* exstat *græcè* & *latinè* in suprà citato *Jure Græco-Romano* Tom. I pag. 73.

(1) *Similiter etiam apud* Plutarchum *in Vitâ Solonis rectè legitur* προσφυγόντες τοῖς βωμοῖς. *In* Jure *autẽ* Græco-Romano *perperàm legitur* τῶν προσφυγῶν τῆς ἐκκλησίας.

Decimo septimò, & quidem à fol. 37 pag. 2 usq; ad fol. 40 pag. 1, *Proœmium Abbreviationis & Correctionis Juris Justinianei*, ab Imperatore *Basilio Macedone* & filijs ipsius *Constantino* & *Leone Philosopho* promulgatæ mense *Martio* Indictionis *nonâ*, anno Mundi 6384, sive, anno Christi 876; quod ibi inscribitur atque incipit hoc modo: Ἐκλογὴ τῶν νόμων ἐν συντόμῳ, γενομένη παρὰ Βασιλείου, Κωνσταντίνου καὶ Λέοντος, τῶν φιλευσεβῶν ἡμῶν Βασιλέων, ἀπό τε τῶν Ἰνστιτούτων, τῶν Διγέστων, τοῦ Κώδικος, καὶ τῶν Νεαρῶν τοῦ μεγάλου Ἰουστινιανοῦ Διατάξεων, καὶ ἐπιδιόρθωσις εἰς τὸ φιλανθρωπότερον, ἐκτεθεῖσα ἐν μηνὶ Μαρτίῳ ἐπινεμήσεως θ', ἔτους ςτπδ'. Ὁ Δεσπότης καὶ ποιητὴς τῶν ἁπάντων Θεὸς ἡμῶν, &c. Exstat quidem hic *Liber* in *Joannis Leunclavij* & *Marquardi Freheri Juris Græco-Romani* Tomo primo à pag. 79 usq; ad pag. 130, sed valdè mendosè ac mutilè, constátq; ibi tantùm *Titulis viginti octo*, nec appellatur *Liber Basilij, Constantini & Leonis*, sed imperfectè & præposterè *Liber Leonis & Constantini*. Ibidem quoq; perperàm legitur, Librum hunc promulgatum esse anno Mundi ,ςτμζ', hoc est, 6347, sive anno Christi 838 seu potiùs 839, cùm re verâ legendum sit ,ςτπδ', hoc est, 6384, sive anno Christi 876, currente *Indictione nonâ*, *Imperatoris* autem *Basilij Macedonis anno decimo*, quippe qui post interitum *Imp. Michaelis Methystæ* imperare cæpit A. C. 867. Hoc videlicet est illud ipsum

ipſum Πρόχειρον νομικὸν ſive *Manuale Juris*, cujus doctiſſimus Juris-conſultus *Jacobus Cujacius* Obſervationum lib. 6 cap. 9 meminit his verbis: Βασιλικῶν *libros vulgò* Ἑξηκοντάβιβλον *nuncupârunt, quòd ſint ſexaginta, diviſi in* Τεύχη *ſex, non quatuor, ut pleriq; putant. Autor eorum eſt Leo Philoſophus, ut Harmenopulus ſcribit, & Theodorus Balſamo in verſibus Heroicis apertè teſtatur. Sed adjungit Leoni Photium, quòd eodem tempore, hic Canonibus, ille Legibus digerendis operam impenderet. BASILIUS Macedo cum filijs CONSTANTINO & LEONE Philoſopho ediderat jam antè* ΠΡΟΧΕΙΡΟΝ *diſtinctum Titulis SEXAGINTA. Eum conſecutus Leo filius promulgavit* Βασιλικῶν *Libros ſexaginta, eodémq; tempore Photius Patriarcha Conſtantinopolitanus* Νομοκανόνα, *quo titulo & alij quidam Libri ante eum fuerant, diſtinctum Titulis quatuordecim.* Hucuſque *Cujacius.*

Decimo octavò, & quidem à fol 41 pag. 1 uſque ad fol. 43 pag. 2, anonymi cujuſdam Autoris Ἐξήγησις ſive *Expoſitio in illud Regis & Prophetæ Davidis Pſalm. 139 verſ. 1:* Ἐξελοῦ με Κύριε ἐξ ἀνθρώπου πονηροῦ· hoc eſt: *Eripe me Domine ab homine malo.* Principium *Expoſitionis* eſt hoc: Θαυμάζω τινὸς ἕνεκεν ὁ Προφήτης οὐκ ηὔξατο ῥυσθῆναι ἀπὸ δαιμόνων, ἢ λεόντων, ἢ δρακόντων, ἀλλ' ἐξ ἀνθρώπου πονηροῦ· δηλονότι &c.

Decimo nonò, & quidem à fol. 43 pag. 1 uſque ad fol. 44 pag. 2, anonymi cujuſdam Autoris *Obſervationes* quædam *de Alphabeti Græci & Numerorum Græcorum ſignificationibus myſticis ad Theologiam accommodatis*, ut & *de ordine rerum à Deo creatarum ſecundùm numerum viginti duarum literarum Alphabeti Hebraici.*

Vigeſimò, & quidem à fol. 45 pag. 1 uſque ad fol. 60 pag. 1, ex (1) *Petri Monachi Damaſceni Libro aſcetico Excerpta varia*, quorum titulus & principium: Ἐκ τῆς βίβλου Πέτρου μοναχοῦ τοῦ Δαμασκηνοῦ· Ἀρχὴ μὲν παντὸς ἀγαθοῦ ἡ ἐκ Θεοῦ διδομένη φυσικὴ γνῶσις, ἢ ἐκ τῶν γραφῶν δι' ἀνθρώπου ἢ δι' Ἀγγέλου, &c. (1) *Vide etiam Lib. IV horum Commentar. pag.* 200.

Vigeſimo primò, & quidem à fol. 61 pag. 1 uſque ad fol. 62 pag. 1, *S. Nili, S. Iſaaci Syri, S. Baſilij Magni, aliorúmq; quorundam Sanctorum Patrum Sententiæ aſceticæ miſcellaneæ.* (2) *Vide etiam Lib. IV horum Commentar. pag.* 17 & 249.

Vigeſimo ſecundò, & quidem à fol. 62 pag. 1 uſque ad fol. 64 pag. 1, *S. Gregorij Nazianzeni Carmen ſepulchrale in S. Baſilium Magnum*, cum adjuncta (2) *Nicetæ Philoſophi Paphlagonis Expoſitione*

 par-

partim *interlineari*, partim *marginali*. Ipsa tituli græci verba cum principio Carminis sunt hæc: Ἐπιγράμματα τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου ἐπιτάφια εἰς τὸν ἅγιον καὶ μέγαν Βασίλειον διὰ στίχων ἡρωϊκῶν καὶ ἐλεγείων συντεθειμένα, συνταχθέντα καὶ ἑρμηνευθέντα παρὰ Νικήτα Φιλοσόφου τοῦ Παφλαγόνος, ἅπερ ἐπάνω τοῦ τάφου τοῦ μεγάλου Βασιλείου ὁ μέγας Γρηγόριος τέθεικεν. (1) Σῶμα δίχα ψυχῆς ζώειν πάρος, ἢ ἐμὲ σεῖο Βασίλειε &c.

Vigesimo tertiò, & quidem à fol. 64 pag. 2 usque ad fol. 68 pag. 2, *Fragmenta quædam ethica Homiliarum S. Joannis Chrysostomi*, & *Excerpta ex S. Basilij Magni Interrogationibus & Responsionibus sacris.*

Vigesimo quartò, & quidem à fol. 69 pag. 1 usque ad fol. 72 pag. 2, *S. Basilij Magni Epistola ad Chilonem discipulum*, cujus principium: (2) Σωτηρίας πράγματος ἅπτου φήσομαί σοι &c.

Vigesimo quintò, & quidem fol. 73 pag. 1, *S. Concilij Nicæni generalis primi Canon vigesimus & Concilij Constantinopolitani in Trullo habiti Canon nonagesimus de genuflexione die Dominico à Sanctis Patribus prohibitâ in memoriam & honorem Resurrectionis Christi;* quorum principia: (3) Ἐπειδή τινές εἰσιν ἐν τῇ κυριακῇ γόνυ κλίνοντες &c; & paulo post: (4) Ταῖς κυριακαῖς μὴ γόνυ κλίνειν ἐκ τῶν θεοφόρων Πατέρων κανονικῶς παρελάβομεν, &c.

Vigesimo sextò, & quidem à fol. 73 pag. 1 usque ad fol. 74 pag. 1, *S. Joannis Chrysostomi locus insignis de causis adorandi orientem versus, & standi inter orandum in festo Resurrectionis Christi.* Principium ejus est: Τοῦ Χρυσοστόμου. Τούτου χάριν πάντας μὲν ὁρῶμεν κατὰ ἀνατολὰς ἐπὶ τῆς προσευχῆς, &c.

Vigesimo septimò, & quidẽ à fol. 75 pag. 1 usq; ad fol. 76 pag. 2, *S. Basilij Magni Oratio de Ascesi sive Exercitatione spirituali, quomodo Monachus se ornare debeat.* Ipsa tituli græci verba cum principio Orationis sunt hæc: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου Ἀρχιεπισκόπου Καισαρείας Καππαδοκίας περὶ ἀσκήσεως, πῶς δεῖ κοσμεῖσθαι τὸν μοναχόν. (5) Δεῖ τὸν μοναχὸν πρὸ πάντων ἀκτήμονα βίον κεκτῆσθαι, &c.

Vigesimo octavò, & quidem à fol. 77 pag. 1 usque ad fol. 86 pag. 2, *S. Nili Monachi Tetrasticha parænetica versibus heroicis & elegiacis*, quorum titulus & principium: Νείλου μοναχοῦ ἡρωελεγεῖοι.

Ἀν-

(1) *Vide Operum S. Gregorij Nazianzeni editionem græco-lat. Paris. Tom. II pag. 152 & 153.*

(2) *Vide Operum S. Basilij Magni editionem græco-latinam Paris. Tom. II pag. 735.*

(3) *Vide Joannis Zonaræ Commentarios in Canones Sanctorum Apostolorũ & Sacrorũ Conciliorũ tàm Oecumenicorũ quàm Provincialium, græcè & latinè à Ioanne Quintino Parisijs A. 1618 in folio editos. pag. 66.*

(4) *Vide ibidem pag. 198.*

(5) *Vide Operum S. Basilij Magni editionem græco-lat. Paris. Tom. II pag. 246, & Lib. IV horum Commentar. pag. 170.*

'Ανθεμόεις παράδεισ☉ ὁ τῶν ἁγίων χορός ἐστιν
'Οδμῆς ἡδείης πέριξ πιμπλάμεν☉
Πᾶς ἐν, ὃς παθέεσιν &c.

Adjuncta etiam ijsdem sunt *anonymi* cujusdam *Autoris antiqua Scholia græca* partim *interlinearia*, partim *marginalia*.

Vigesimo nonò, & quidem à fol. 87 pag. 2 usque ad fol. 88 pag. 2, trium illustrium Philosophorum *Pythagoræ Samij*, *Diogenis Sinopensis* & *Cratetis Thebani Epistolæ undecim*: quarum *prima*, nempe *Cratetis ad Amicos*, incipit his verbis: (1) Μελέτω ὑμῖν τῆς ψυχῆς &c; *secunda*, nempe *Cratetis ad Hermaiscũ*, (2) Εἴθ' αἱρετὸν ὁ πόν☉, πόνει &c; *tertia*, nempe *Cratetis ad Socios*, (3) Καλὸν νόμ☉, ἀλλ' ἐ χεῖρον φιλοσοφίας· &c; *quarta*, nempe *Cratetis ad Origenem*, (4) Ου ποιεῖ ἀγροὺς σπουδαίους, οὐδὲ ἄστυ φαύλους, &c; *quinta*, nempe *Cratetis ad Adolescentes*, (5) Ἐθίζετε ἑαυτοὺς ἐσθίειν μάζαν καὶ πίνειν ὕδωρ, &c; *sexta*, nempe *Pythagoræ ad Phalaridem Tyrannum Agrigentinorum*, qui ipsum ut ad se veniret, per (6) *Epistolam* invitaverat, 'Ασφαλὴς ὁ ἐμὸς βί☉ καὶ ἡσύχι☉, ὁ δὲ σὸς οὐδὲν ἐμοὶ προσπελάζει· &c; *septima*, nempe *Cratetis ad Amicos*, (7) 'Ασκεῖτε ὀλίγων δεηθῆναι· τοῦτο γὰρ &c; *octava*, nempe *Cratetis ad Eumolpum*, (8) Ἄδοξ☉ τόλμα Διογένει☉, ἀλλ' ἀσφαλής &c; *nona*; nempe *Diogenis ad Hipparchiam*, (9) Ἄγαμαι σοῦ τῆς ἐπιθυμίας, ὅτι τε φιλοσοφίας ὠρέχθης γυνὴ οὖσα, &c; *decima*, nempe *Diogenis ad patrem Icetam*, (10) Μὴ ἀνιῶ, ὦ πάτερ, ὅτι κύων λέγομαι, &c; *undecima*, nempe *Diogenis ad Cratetem*, (11) Οἱ πολλοὶ τὸν εὐδαιμονισμὸν &c.

Trigesimò, & quidem à fol. 89 pag. 1 usque ad fol. 91 pag. 2, *Joannis Geometræ Hymni quatuor versibus heroicis & elegiacis in Beatissimam Virginem Deiparam*, quorum *primus* inscribitur atque incipit hoc modo: Ὕμνοι ἡρωελεγεῖοι εἰς τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον, λεγόμενοι κατὰ τὴν ἡμέραν τοῦ εὐαγγελισμοῦ, τοῖς δὲ βουλομένοις καὶ καθ' ἑκάστην· εἰσὶ δὲ πόνημα Ἰωάννου τοῦ Γεωμέτρου. Ὕμν☉ πρῶτ☉.

Χαῖρε κόρη χαρίεσσα, χαριτόκε, χάρμα τοκήων,
Χάρμα μέγα χθονίων, χάρμα μέγ' οὐρανίων.
Χαῖρε κόρη χαρῖκος, &c.

Exstant hi *quatuor Hymni græcè* & *latinè* in Syntagmate Poetarum Græcorum veterũ Tragicorũ, Comicorũ, Lyricorũ & Epigramma-

(1) *Vide* Epistolas Græcanicas mutuas, *græcè & latinè Aureliæ Allobrogum sive Genevæ A. 1606 typis Caldorianis in folio editas, pag.* 345.
(2) *Vide. ibid. pag.* 346.
(3) *Vide ibid. pag.* 346.
(4) *Vide ibid. pag.* 347.
(5) *Vide ibid. pag.* 347.
(6) *Epistolam hanc* Phalaridis *ad* Pythagorã *vide ibidem pag.* 63.
(7) *Vide ibid. pag.* 347.
(8) *Vide ibid. pag.* 347
(9) *Vide ibid. pag.* 338.
(10) *Vide ibid. pag.* 339.
(11) *Vide ibid. pag.* 341.

tariorum, Coloniæ Allobrogum sive Genevæ typis Roverianis A. 1614 in folio edito, à pag. 746 usq; ad pag. 750.

Trigesimò primò, & quidem fol. 91 pag. 2, anonymi cujusdam Autoris *Epigramma in Joannem Geometram*, autorem suprà memoratorum *quatuor Hymnorum*; cujus titulus & principium: Ἡρωελεγεῖον εἰς Ἰωάννην τὸν Γεωμέτραν τὸν καὶ συγγραφέα τῶν ὕμνων. Κῦδιμ' Ἰωάννη &c.

Trigesimo secundò, & quidem à fol. 92 pag. 1 usq; ad fol. 93 pag. 2, anonymi cujusdam Autoris *Hymnus in Sanctissimam Trinitatem*, cujus principium: Δόξα τῇ ἀπειροτάτῃ καὶ παναιτίῳ καὶ ζωαρχικῇ βασιλείᾳ σου ἡ ὑπερούσιος καὶ ὑπέρθεος καὶ ὑπεράρχιος ἐναρχικὴ παναγία Τριάς, &c.

Trigesimo tertiò, & quidem à fol. 95 pag. 1 usq; ad fol. 99 pag. 2, *Constantini Harmenopuli*, (1) *Sebasti & Judicis Thessalonicensis Lexicon ordine alphabetico*, cujus titulus & principium: Τοῦ Σεβαστοῦ καὶ Κριτοῦ Θεσσαλονίκης, τοῦ Ἀρμενοπούλου. Λεξικὸν κατὰ στοιχεῖον, περιέχον τὰ κοινῶς γραφόμενα ῥήματα· ἐν ᾧ δείκνυται, τίνα μὲν αὐτῶν εἰσιν ἀμετάβατα, τίνα δὲ μεταβατικά, καὶ τούτων τινα συντάσσεται ἕκαστον, καὶ τί δηλοῖ καὶ μετὰ πόσων προθέσεων συνάπτεται· ἐφ' ἑνὶ δὲ ἑκάστῳ στοιχείῳ, πρῶτον μὲν κεῖνται τὰ ἀμετάβατα ῥήματα, μετὰ δὲ ταῦτα τὰ μεταβαίνοντα εἰς γενικὴν, καὶ καθ' ἑξῆς τὰ εἰς δοτικὴν, καὶ οὕτω συμπληροῦνται τὰ εἴκοσι τέσσαρα στοιχεῖα. Ἀρχὴ τοῦ α. Τὰ ἀμετάβατα, τὸ α μετὰ τοῦ γ. Ἀγάλλομαι, τὸ χαίρω· Ἀγάλλω δὲ, τὸ τιμῶ, ὅθεν καὶ ἄγαλμα, μεταβατικὸν εἰς αἰτιατικὴν, ὡσαύτως καὶ ἀγάλλομαι τῇ ψυχῇ, εἰς δοτικήν. &c. Est autem *Lexicon* illud ibi imperfectum, & desinit intra ipsam primam literam A.

(1) *De hac Sebasti dignitate vide Georgij Codini Librum de Officijs Magnæ Ecclesiæ & Aulæ Constantinopolitanæ cap. 2 num. 77*

CCLIV.

Ducentesimus quinquagesimus quartus (2) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *chartaceus* mediocriter antiquus in *quarto*, constátq; nunc folijs *ducentis nonaginta octo*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

(2) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* octogesimo quintus.

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usq; ad fol. 118 pag. 2, *Theoriani*, orthodoxi Legati ab *Imp. Manuele Comneno* A. C. 1170 in *Armeniam* missi, *Disputatio cum Generali Episcopo* sive *Patriarchâ Armeniorum*. Ipsa tituli græci verba cum principio *Disputationis* sunt

sunt hæc: Διάλεξις Θεωριανοῦ ὀρθοδόξου (1) πρὸς Καθολικὸν τὸν τῶν Ἀρμενίων Ἐπίσκοπον. Βασιλικὸν εἰς τὸν τιμιώτατον καὶ εὐλαβέστατον Καθολικὸν τῶν Ἀρμενίων. Ἐν ἔτει ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἑξακισχιλιοστῷ ἑξακοσιοστῷ ἑβδομηκοστῷ ὀγδόῳ, ἔτει δὲ (2) εἰκοστῷ ὀγδόῳ τῆς αὐτοκρατορίας τοῦ ἐν Βασιλεῦσι εὐσεβεστάτου καὶ φιλοχρίστου καὶ θεοστέπτου κυροῦ Μανουὴλ τοῦ Πορφυρογεννήτου καὶ Κομνηνοῦ, Ἰνδικτιῶνος τρίτης κατὰ τὴν δεκάτην πέμπτην τοῦ Μαΐου μηνὸς, κατελάβομεν σὺν Θεῷ τῶν Ῥωμαίων κουλὰ, καὶ χαιρετίσαντες τὸν Καθολικὸν τῶν Ἀρμενίων κύριν Νορσέσιν ἐκ τοῦ μέρους τοῦ κραταιοῦ καὶ ἁγίου ἡμῶν Βασιλέως, δεδώκαμεν αὐτῷ τὸ πρὸς αὐτὸν Βασιλικὸν θεῖον γράμμα, &c. Primus hanc *Disputationem græcè* & *latinè* edidit *Joannes Leunclavius* A. 1578 Basileæ typis Petri Pernæ in octavo. Quòd autem editio illa ex hoc Codice MSto *Cæsareo* prodierit, indicat ibi ipse *Leunclavius* in Præfatione his verbis: *Vt hactenùs meis in disciplinâ Juris Civilis Historicisq; studijs semper aliquid intermiscere solitus fui, quod ad pietatis doctrinam pertineret, ita nunc quoq; Basilicorum Eclogâ, Zosimiq; mei Libris Historiarum publicatis, antequam ad Jus Pontificium Orientalis Ecclesiæ, redactum in Epitomen per Constantinum Harmenopulum, Nomophylacem & Judicem Thessalonicensem, ad Michaelem Proconsulem Attaliensem, ad Novellas Principum Constitutiones, Patriarcharum Sanctiones, Synodorum Decreta, Pontificum & Jurisconsultorum Responsa, quorum non editorum magnam sanè copiam nactus sum, ad Librum deniq; Paratitlorum interpretandum me conferrem, paulùm quasi divertere lubuit ad has elegantissimas & plenas religiosæ doctrinæ Disputationes THEORIANI, (3) DAMASCENI, (4) LEONTII, quas nobilis illa SAMBVCI nostri, Viri clarissimi deq; Republicâ benè meriti, Bibliotheca nobis suppeditâsset.* Hæc *Leunclavius*. Idem quoq; testatur ipse *Sambucus* in principio hujus Codicis MSti, utpote ubi propriâ ipsius manu exaratum legitur, *Joannem Leunclavium hanc Theoriani Disputationem cum pluribus alijs Libris manuscriptis græcis accepisse, describendum, vertendum & publicandum Calendis Decembris A.* 1576.

Secundò, & quidem à fol. 119 pag. 1 usq; ad fol. 260 pag. 2, (5) *Ricardi Florentini Ordinis Fratrum Prædicatorum*, qui circa an-

num

(1) *Hæc verba mutavit Le*unclavius *hoc modo*, πρὸς τὸν Καθολικὸν τῶν Ἀρμενίων *omisitq; ultimam vocem* Ἐπίσκοπον *Plura de titulo* Καθολικοῦ, *quatenus* Archiepiscopũ *vel* Patriarchã *significat, vide apud* Ioannẽ Meursiũ *in Glossario Græco-barbaro.*

(2) *In versione Leunclavianâ pro* anno vigesimo octavo *perperàm legitur* anno decimo octavo.

(3) *Vide suprà pag.* 145 *&* 146, *ubi agitur de Codice* CCLmo *num.* 2.

(4) *Vide suprà pag.* 145, *ubi agitur de Codice* CCLmo *num.* 1.

(5) *Vide* Joannis Jacobi Frisij *Bibliothecam Vniversalem lit.* R. *ut &* R. P. Antonij Senensis, *Dominicani, Bibliothecam Ordinis Fratrum Prædicatorum, Parisijs apud Nicolaum Nivellium A.* 1585 *in octavo editam, pag.* 211, *sed ibi pro* Cydonius *perperàm legitur* Sidonius.

num Christi 1295 claruit, & à nonnullis perperàm (1) *Ricoldus* appellatur, *Refutatio Legis Muhammedanæ sive Alcorani, ex latinâ in græcam linguam translata à Demetrio Cydonio.* Ipsa tituli græci verba cum principio Refutationis sunt hæc: Ἀνατροπὴ κεφαλαιώδης τοῦ νόμου Μωαμέθ, ὑπὸ μὲν Ῥικάρδου τινὸς ἐκτεθεῖσα λατινικῶς, ὑπὸ δὲ Δημητρίου τοῦ Κυδωνίου, ἑρμηνευθεῖσα ἑλληνικῶς. (2) Πόσαι εἰσὶν αἱ ἡμέραι τοῦ δούλου σου; πότε ποιήσεις μοι ἐκ τῶν καταδιωκόντων με κρίσιν; &c. Edita est hæc *Alcorani Refutatio græcè, cum Bartholomæi Piceni de Monte Arduo Versione latinâ, Ferdinando* Aragoniæ & utriusque Siciliæ Regi dedicatâ, Basileæ typis Joannis Oporini A. 1543 in folio, & quidem in Parte secundâ (3) Syntagmatis *Theodori Bibliandri* Hæretici Zuingliani, quo *Versio Alcorani Muhammedani latina*, studio *Petri Abbatis Cluniacensis* procurata, simul etiam varia variorum *contra Alcoranum* & impietatem Muhammedanam Scripta uno quasi fasciculo comprehenduntur. Plura de eâdem *Ricardi Refutatione Alcorani,* & de *Demetrio Cydonio* sive *Cydoniate*, vide Libri primi horum Commentariorum pag. 145.

Tertiò, & quidem à fol. 261 pag. 1 usq; ad fol. 275 pag. 1, anonymi cujusdam Autoris *Chronicon græco-barbarum de successione & rebus gestis Sultanorum Othmanidarum* usq; ad ætatem suam sive annum Christi 1566, quo post *Solimanni IIdi* obitum filius ipsius *Selimus IIdus* coepit imperare. Ipsa tituli græcobarbari verba cum principio *Chronici* sunt hæc: Περὶ πότε ἐφάνη ὁ Μωάμεθ, καὶ πόσοι αὐθένται Ἀγαρηνοὶ εἰσὶν ἀπ' ἀρχῆς ἕως τοῦ νῦν, καὶ ἐν ποίῳ ἔτει ἔλαβον τὰ κάτωθεν κάστρα. Ἔτους ς ρ κ ζ' ἐφάνη ὁ Μωάμεθ. Οὗτοι εἰσὶν (4) ἀπ' ἀρχῆς ἡγεμονεύσαντες Ἀγαρηνοὶ, οἵ τινες καλοῦνται Ὀτμανλίδες. Πρῶτος, Ὀσμάνης &c. In fine ejusdem *Chronici* prædicit Autor, Imperium Turcicum sub *Selimo II* eversum atq; extinctum iri; sed quàm vana illa fuerit Prophetia, contrarius eventus abundè demonstravit.

Quartò, & quidem fol. 275 pag. 2, ejusdem anonymi Autoris *Chronologia græco-barbara fundationis nonnullarum Urbium ante Nativitatem Christi*; cujus titulus & principium: Αἱ παροῦσαι πόλεις ἐκτίσθησαν πρὶν τοῦ Χριστοῦ ἤτοι τῆς κατὰ σάρκα γεννήσεως αὐτοῦ. Τὸ Δυρράχιον, χρόνους α φ ξ' &c.

Quintò, & quidem fol. 275 pag. 2 & fol. 276 pag. 1, ejusdem anonymi

(4) *Ita legitur hoc nomen etiã in editione Venetâ latinâ anni* 1607 *in quarto, ubi titulus istius Refutationis est talis:* Propugnaculũ Fidei, toti Christianæ Religioni adversum mẽdacia & deliramenta Saracenorum, Alcorani præcipuè, maximè utile, autore R. P. Magistro F. RICOLDO Florentino, Ordinis Prædicatorum, Impressum denuò & illustratũ operâ R. P. F. Marci Antonii Serafini Veneti ejusdem Ordinis.

(2) *Principium hoc desumptum est ex Psalmi Davidici* 118 *vers.* 84 & 85. (3) *Vide R. P.* Philippi Labbei *Tomum secundum de Scriptoribus Ecclesiasticis, literâ P, ubi agitur de* Petro Abbate Cluniacensi.

nymi Autoris *Observatio Chronologica græco-barbara de fundatione Constantinopoleos per Imp. Constantinum Magnum*, & *de ædificatione Templi S. Sophiæ per Imp. Justinianum Magnum*.

Sextò, & quidem à fol. 276 pag. 1 usque ad fol. 277 pag. 2, ejusdem anonymi Autoris *Chronicon græco-barbarum de rebus Venetis*, cujus titulus & principium: Περὶ πότε ἐκτίσθη ἡ Βενετία, καὶ ἐν ποίῳ ἔτει ἔλαβον οἱ Βενετικοὶ τὰς κάτωθεν πόλεις. Ἔτους ἀπὸ Χριστοῦ καταβάσεως υχά ἐπιάσθη ἀρχὴ ἡ Βενετία ἤγουν τὸ Ῥιάλτο &c.

Septimò, & quidem à fol. 278 pag. 1 usque ad fol. 298 pag. 2, *S. Joannis Chrysostomi Oratio prima* περὶ ἀκαταλήπτου sive *de Incomprehensibili Naturâ Dei*; cujus principium: (1) Τί τοῦτο; ὁ ποιμὴν οὐ πάρεστι, &c.

C C L V.

Ducentesimus quinquagesimus quintus (2) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *chartaceus* antiquus & optimæ notæ in folio, constátq; nunc folijs *centum triginta octo*, & pertinuit olim ad *Joannem Sambucum*, qui illum, ut ipse propriâ manu ibi testatur, accepit ex *Chio* Insulâ die 14 Augusti A. 1567. Continetur eo *Imp. Andronici Comneni*, qui *Imp. Alexium Comnenum IIdum* sive *Juniorem* A. C. 1183 nefariè occidit, & A. 1185 à seditiosâ plebe Constantinopolitanâ vicissim occisus est, *Dialogus contra Judæos*, cujus titulus & principium:

(3) Ἡ δογματικὴ τῶνδε τῶν λόγων χάρις,
Τὴν ἑβραϊκὴν ἐξελέγχουσα πλάνην,
Τὰς εὐσεβεῖς δείκνυσι τοῖς πιστοῖς τρίβους.
Ἔγραψα δ' αὐτὴν ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΣ ἐκ πόθου,
(4) Ἀδελφόπαις Ἄνακτος Αὐσονίων γένους
ΚΟΜΝΗΝΟΦΥΟΥΣ, ἐκ Σεβαστοκράτορος
Εἰς γῆν παραχθεὶς, καὶ γλυκὺ βλέψας φάος.

Ἐπειδήπερ πολλοὶ τῶν τῶν παρανόμων Ἰουδαίων ἐπεχείρησαν παραστῆσαι δυσσέβειαν, καὶ ὅπως μὲν ὁ φιλάνθρωπος Δεσπότης καὶ κηδεμὼν οὐ διὰ σημείων μόνον ἢ Προφητῶν, ἀλλὰ καὶ δι' ἀμφοτέρων ἅμα πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως τὴν σωτηρίαν τούτων πραγματευόμενος, &c. Ubi *primò* notandum est, Codicem hunc secundùm (5) *Joannis Sambuci* opi-

(1) *Vide Operum* S. Joannis Chrysostomi *edit. græc. Savil. Tom.* VI *pag.* 389.

(2) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* trecentesimus trigesimus nonus.

(3) *Hoc est*: Dogmatica horum sermonũ gratia, Hebræorum refutans errorem, pias fidelibus demonstrat semitas. Scripsi autem illam amore Christi ego ANDRONICVS, filius fratris Imperatoris Romanorum genere COMNENI, patre Sebastocratore natus, & in dulcem hanc vitæ lucem editus. (4) Ἀδελφόπαις *significat* filium fratris, *non autem* fratrem, *ut perperàm vertit* Joannes Livinejus. (5) *Vide ibi folij primi paginam primam in fine.*

opinionem esse *idiographum* sive propriâ ipsius *Andronici* manu exaratum. *Secundò* notandum est, *Dialogum* illum *Andronici Comneni contra Judæos* editum quidem jam esse à *Petro Stevartio* in Tomo singulari Antiquæ Lectionis Ingolstadij typis Ederianis A. 1616 in quarto, sed tantùm *latinè* interprete *Joanne Livinejo*, cui doctissimus *Cardinalis Sirletus* Codicem suum manuscriptum *græcum* commodaverat. Notandum *tertiò* est, *Andronicum* illum *Comnenum* fuisse *nepotem Imp. Alexij Comneni Imi* sive *Senioris*, *filium* autem *Isaacij Comneni Sebastocratoris*, atq; *Dialogum* istum *contra Judæos* composuisse imperante adhuc patruo suo *Imp. Joanne Comneno*, qui aliàs etiam *Calo-Joannes* solet appellari. Cujus rei illustrandæ causâ adjungo hîc sequentem *Tabulam genealogicam.* ☞

Hinc igitur manifestè liquet, quantum fallatur suprà memoratus *Joannes Livinejus*, dum in Præfatione suâ versionis latinæ *Dialogi Andronici contra Judæos* asserit, illum compositum ac editum esse A. C. 1327. Notandum *quartò* est, minimè audiendum esse *Cardinalem Sirletum*, qui, ut *Joannes Livinejus* jam citato loco refert, perperàm credidit, *autorem* istius *Dialogi* non esse ipsum *Andronicum Comnenum*, sed eo tantùm jubente Opus illud ab *Euthymio Zigabeno* fuisse compositum. Quòd enim ipse *Andronicus Dialogum* istum proprio marte composuerit, luculenter apparet ex suprà exhibitis versibus, qui ei tituli loco præfixi sunt, ut & ex *Nicetæ Choniatæ* testimonijs de ejusdem *Andronici* eximiâ eruditione, singulari eloquentiâ, & exquisitâ scientiâ Sacræ Scripturæ; cujusmodi est illud, quod paginâ 149 editionis græco-latinæ Parisinæ exstat his verbis: Καὶ ταῦτα λέγων καὶ γράφων Ἀνδρόνικος, μεθ' οἵας οὐκ εἴπῃ τις ἂν πειθανάγκης καὶ λαμπρότητος, (ἦν γὰρ, εἰ καί τις ἄλλος, γραμμάτων ἔμπειρος, καὶ ἀνὰ στόμα φέρων ἀεὶ τοῦ πνευματορρήτορος Παύλου τὰς ἐπιστολὰς) εἶχε πάντας τῇ αὐτοῦ γνώμῃ προστιθεμένους· hoc est: *Hac Andronicus indicibili persuadendi artificio & splendore orationis loquens ac scribens (erat enim literarum, ut quilibet alius, peritus, & Spiritu sancto afflati Oratoris Pauli Epistolas semper in ore habebat) omnes in suam sententiam pertraxit.* Hucusq; *Nicetas Choniates*. *Quintò* deniq; notandum est, in suprà memoratâ editione latinâ *Livineij* & *Stevartij* esse *Dialogum* illum divisum in *Capita sexaginta quatuor*, in Codice autem hoc manuscripto *Cæsareo* nullum istius divisionis exstare indicium.

CCLVI.

Tabula hæc Genealogica pertinet ad Librum quintũ Cõmentariorũ de Augustiss. Bibliothecâ Cæsareâ Vindobonensi, & est inserenda inter pag. 170 & 171.

Nicepho… | *Bryenni…* | *Maced…* | maritus *A…* | *Comne…*

THEODORA *Comnena.* ——— *Constantinus Angelus Philadelphiensis,* maritus *Theodoræ Comnenæ.*

…VS

Andronicus Angelus Philadelphiensis.

6 Imp. ISAACIVS ANGELVS, contra *Imp. Andronicum Comnenum* à seditiosâ plebe Constantinopolitanâ electus, cœpit post illius cædem imperare A. 1185 d. 12 Septembris, & d. 10 Aprilis A. 1195 à fratre suo *Alexio* excæcatus est.

7 Imp. ALEXIVS ANGELVS, qui fratre suo *Isaacio* excæcato successit d. 10 Aprilis A. 1195, & mense Julio A. 1203 metu *Balduini Comitis Flandriæ* ac *Venetorũ* ex Vrbe *Constantinopolitanâ* turpiter aufugiens, imperare desijt.

8 Imp. ALEXIVS ANGELVS, qui post patrui sui *Alexij* fugam cum cœco patre suo *Isaacio*, è carcere eductо, cœpit imperare A.C. 1203 d. 20 Julij, & A. 1204 circa finẽ Januarij ab invasore Imperij *Alexio Ducâ* cognomine *Murtzuphlo* strangulatus est, cùm eodẽ tempore etiam pater ipsius *Isaacius* ab eodem *Alexio Ducâ* sublatus esset veneno.

Imp… | & … | sive… | *nea…* | riæ… | ne… | vit … | *Au…* | *Dia…* | *ris* … | 42, … | de e… | & d… | que | ctè t… | form… | neal…

CCLVI.

Ducentesimus quinquagesimus sextus (1) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in *quarto*, constátque nunc folijs *ducentis sexaginta quinque*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manus inscriptione testatur, olim fuit comparatus Constantinopoli. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 228 pag. 2, *Nicephori Blemmydæ*, qui (2) circa annum Christi 1272 sub *Imp. Michaele Palæologo* obijt, *Expositio in Psalterium Davidis & ejus Appendicem, varia Veteris & Novi Testamenti Cantica sacra continentem*, estque prorsus eadem, quæ exstat (3) suprà in Codice CCXVIto. *Prolegomena* autem, Expositioni primi Psalmi præfixa, inscribuntur atque incipiunt in posteriori hoc Codice his verbis: Σχόλια εἰς τὴν Δαβιτικὴν βίβλον τοῦ μακαριωτάτου μου Πατρὸς κυροῦ Νικηφόρου τοῦ Βλεμμίδου. Ψαλτήριον κυρίως ὄργανόν εἶδος ἐστὶ μουσικοῦ, ναῦλα παρ' Ἑβραίοις ὀνομαζόμενον &c.

Secundò, & quidem à fol. 229 pag. 1 usque ad fol. 257 pag. 1, anonymi cujusdam Autoris *Chronographia synoptica à creatione Mundi usque ad suam ætatem*, sive annum Christi 1204, quo *Constantinopolis* à *Balduino Comite Flandriæ* & *Venetis* d. 12 Aprilis capta est, & *Imp. Alexius Ducas* cognomine *Murtzuphlus*, cùm duos tantùm menses & (4) dies sedecim imperâsset, metu captivitatis ex Urbe clanculùm aufugit. Titulus hujus *Chronographiæ* unà cum principio est talis: Χρονογράφος ἐν συνόψει. Ἰστέον ὅτι ὁ μὲν Ἀδὰμ ἐπέθηκεν ὀνόματα τοῖς παισὶν αὐτοῦ, καὶ πᾶσι τοῖς ζώοις &c; finis autem ejusdem Chronici est hic: Τοῦτον (τὸν Ἰσαάκιον Ἄγγελον) ἐκτυφλώσας ὁ ἴδιος ἀδελφὸς Ἀλέξιος, ἐκράτησε ἔτη θ'. Τοῦτον ἐκδιώξας τῆς βασιλείας καὶ τῆς Κωνσταντινουπόλεως ὁ ἀνεψιὸς Ἀλέξιος μειράκιον ὁ υἱὸς τοῦ Ἰσαακίου, ἐκράτησε μῆνας ἕξ. Τοῦτον φονεύσας ὁ ἐξάδελφος Ἀλέξιος ὁ Δούκας ὁ καὶ Μούρτζουφλος, ἐκράτησε μῆνας δύο. Φεῦ καὶ ταῦτα Χριστιανοὶ Χριστιανούς· καὶ πῶς ἔμελλεν ἐφησυχάσαι ἡ δίκη, καὶ μὴ παραδοῦναι ἡμᾶς εἰς αἰχμαλωσίαν καὶ ἐξολόθρευσιν, ὃ καὶ γέγονεν. ὤ. Sequitur deinde ibidem *Deploratio expugnationis Urbis Constantinopolitanæ per Latinos*, tanquam Appendix præcedentis *Chronici*, hoc modo: Εἰς τὴν ἅλωσιν τῆς Κωνσταντινουπόλεως. Ἡ μεγαλόπολις ἡ βασίλεια μέγ' ἄρτι βρύχημα, &c.

Tertiò, & quidem fol. 257 pag. 2 & fol. 258 pag. 1, ex *Hippolyti*

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* centesimus sexagesimus tertius.

(2) *Vide* Georgij Pachymeris *Historiam rerum à* Michaele Palæologo *ante Imperium & in imperio gestarum, Romæ typis Barberinis A.* 1666 *græcè & latinè in folio editam, Lib.* 5 *cap.* 2, *& subjunctam R. P.* Petri Possini *S. I. Chronologiam Historiæ Pachymerianæ pag.* 537.

(3) *Vide suprà pag.* 44 & 45.

(4) *Vide* Nicetam Choniatem *pag.* 367 *edit. græc. lat. Parisinæ.*

Thebani Syntagmate Chronologico Fragmentum de Historiâ Vitæ Christi, cujus titulus & principium: Ἱππολύτου Θηβαίου, ἐκ τοῦ χρονικοῦ αὐτοῦ Συντάγματος. Ἀπὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Κυρίου μέχρι τῆς τῶν Μάγων παρουσίας ἔτη β' &c. Vide etiam Librum *tertium* horum Commentariorum pag. 98 & 99.

Quartò, & quidem fol. 258 pag. 1, *ex Sophronij Patriarchæ Hierosolymitani Oratione encomiasticâ in S Joannem Evangelistam Excerpta quædam*, quorum titulus & principium: Ἐκ τοῦ πρὸς τὸν ἅγιον Ἰωάννην τὸν Θεολόγον ἐγκωμιαστικοῦ λόγου τοῦ ἁγιωτάτου Σωφρονίου Ἱεροσολύμων. Ὁ Ζεβεδαῖος ὁ πατὴρ τοῦ Θεολόγου &c. Vide etiam Librum *tertium* horum Commentariorum pag. 100.

Quintò, & quidem fol. 258 pag. 1, anonymi cujusdam Autoris *Explicatio nominis Beatissimæ Virginis Deiparæ* ΜΑΡΙΑ'Μ per hæc verba: Μόνη Αὐτη Ῥύσεται Ἰσ Ἀπαντος Μισοκάλου.

Sextò, & quidem fol. 258 pag. 2, *Sibyllæ Erythrææ Carmen fatidicum de Christo Servatore & de S. Cruce*, desumptum ex *Imp. Constantini Magni Oratione ad Sanctorum Cœtum*, quæ exstat apud *Eusebium Pamphili* in fine τῆς ἐγκωμιαστικῆς Τετραβίβλου sive *Librorum quatuor de Vitâ Imp. Constantini Magni*. Principium istius *Carminis* est hoc: Ἱδρώσει γὰρ χθὼν, κρίσεως σημεῖον ὅτ' ἔσται, Ἥξει δ' οὐρανόθεν &c. Vide *Historiæ Ecclesiasticæ Syntagma græco-latinum*, Coloniæ Allobrogum sive Genevæ typis Petri de la Roviere A. 1612 in folio editum, Tom. I pag. 435 & 436, & *Sibyllina Oracula* à *Joanne Opsopœo* græcè & latinè Parisijs A. 1599 in octavo edita, à pag. 434 usq; ad pag. 439.

Septimò, & quidem à fol 259 pag. 1 usq; ad fol. 265 pag. 2, anonymi cujusdam Autoris *Chronologia brevissima ab Adamo usq; ad Imp. Constantinum Magnum*, & *Diagramma ethicum de quatuor Virtutibus primarijs*; item *Canones* quidam *Sanctorum Apostolorum* cum *Expositione Theodori Balsamonis Patriarchæ Antiocheni*, nec non alij nonnulli *Canones Synodales* miscellanei.

CCLVII.

Ducentesimus quinquagesimus septimus (1) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in *quarto*, constátq; nunc folijs *ducentis triginta tribus*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem fol. 1 pag. 1 *ex S. Dionysij Areopagitæ Capite quarto*

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* ducentesimus quartus.

quarto de Hierarchiâ Ecclesiasticâ, quo agitur de sacro Chrismate, Excerptum, cujus titulus & principium: Περὶ τῶν ἐν τῷ μύρῳ τελουμένων καὶ τῶν ἐν αὐτῷ τελειουμένων. Τοῦ ἁγίου Διονυσίου ἐκ τοῦ δʹ κεφαλαίου. (1) Εἰ γὰρ καὶ περὶ ἱερέων τελοῦνταί τινα τῶν σεβασμίων συμβόλων &c. Adjuncta etiam ibi est in margine anonymi cujusdam Autoris Ἑρμηνεία sive *expositio*.

Secundò, & quidem fol. 2 pag. 1 & 2, anonymi cujusdam Autoris *Methodus sciendi, quot horas Luna qualibet nocte luceat*; cujus titulus & principium: Μέθοδος εἰς τὸ γνῶναι, πόσας ὥρας λάμπει ἡ σελήνη ἑκάστῃ νυκτί. Ἀπὸ πρώτης ἡμέρας ἕως πεντεκαιδεκάτης &c.

Tertiò, & quidem fol. 3 pag. 1, anonymi cujusdam Autoris *Observatio de decem Prædicamentis Aristotelis*.

Quartò, & quidem à fol. 4 pag. 1 usq; ad fol. 76 pag. 1 *ex S. Thomæ Aquinatis* (2) *Libris quatuor de veritate Catholicæ Fidei contra Gentiles*, & *ex ejusdem Summâ Theologiæ Capita miscellanea quadraginta quinq;*, quorum *primum* inscribitur atque incipit his verbis: Θωμᾶ (3). Ἀγχίνου λόγοι περὶ τῆς θείας σαρκώσεως. Ἀντιθέσεις κατὰ τῆς θείας παρουσίας. Ἀλλ' (4) τῇ πίστει ἀντικείμενοι τοιαῦτά τινα ἀντεπάγουσι τῇ θείᾳ σαρκώσει. Θεὸς οὔτε σῶμά ἐστιν, οὔτε δύναμις ἐν σώματι, &c.

Quintò, & quidem à fol. 77 pag. 1 usq; ad fol. 119 pag. 1, *Bessarionis Archiepiscopi Nicæni & S. R. E. Cardinalis Liber contra Marcum Eugenicum Metropolitam Ephesium de Sacramento Eucharistiæ*, quòd nempe Corpus Christi tantummodò verbis Christi conficiatur, non autem virtute Spiritûs Sancti per subsequentem orationem & benedictionem Sacerdotis. Ipsa tituli græci verba cum principio *Libri* sunt hæc: Τοῦ πανιερωτάτου ἡμῶν αὐθέντου καὶ δεσπότου κυροῦ Βησσαρίωνος, Ἐπισκόπου (4) Τούσκλων τῆς ἱερᾶς Ῥωμαίων ἐκκλησίας Καρδιναλίου, καὶ Κωνσταντινουπόλεως νέας Ῥώμης (5) Πατριάρχου, περὶ τοῦ τῆς ἱερᾶς Εὐχαριστείας μυστηρίου, καὶ ὡς τοῖς τοῦ Κυρίου ῥήμασι μάλιστα τελειοῦταί τε καὶ ἱερουργεῖται. Τοῦ ἱεροῦ τῆς Συνάξεως καὶ Εὐχαριστείας μυστηρίου, τῷ ὄντι ἱεροῦ ὄντος καὶ θείου, &c. Exstat quidem hic *Liber* in Magnâ Bibliothecâ Veterum Patrum græco-latinâ Parisiensi Tomo VI colum. 467, sed tantùm *latinè*, & à græco hoc exemplari *Cæsareo* aliquantùm discrepans. Ejusdem *Libri* meminit Card. *Bellarminus* in Libro de Scriptoribus Ecclesiasticis his verbis: *Scripsit quoq; Bessa-*

(1) *In Operum S.* Dionysii Areopagitæ *editione græco-latinâ Corderianâ Antverpiensi exstat hoc Fragmentum paragrapho quintâ Capitis quinti, nempe pag.* 360.

(2) *Hos S.* Thomæ *Libros quatuor contra Gentes, & Primam atq; Secundam Partē Summæ Theologiæ transtulit in linguam Græcā Demetrius* Cydonius.

(3) Ἀγχίνου *perperàm pro* Ἀκυΐνου. *Vide ipsum Librum* quartum *contra Gentiles cap.* 40.

(4) *Vide Lib. IV horum Commentar. pag.* 84.

(5) *De hâc quæstione, utrùm Cardinalis* Bessarion *re verâ fuerit* Patriarcha Constantinopolitanus, *an tantùm titulotenùs, vid* Leon. Allat. *de Eccl. Occid. & Orient. perpet. Consens. lib.* 3 *cap.* 3 § 1, *colum.* 928.

rion de verbis consecrationis adversùs Marcum Ephesium. Vide etiam *Leonem Allatium* de Ecclesiæ Occidentalis & Orientalis perpetuâ consensione lib. 3 cap. 3 § 1, colum. 932.

Sextò, & quidem à fol. 120 pag. 1 usq; ad fol. 153 pag. 2, ejusdem *Cardinalis Bessarionis Apologia pro Latinis*, sive, *Refutatio Capitum Marci Metropolitæ Ephesini contra Latinos, scripta rogatu Gregorij Patriarchæ Constantinopolitani.* Ipsa tituli græci verba cum principio *Refutationis primi Capitis* sunt hæc: Ἀπολογία τοῦ σοφωτάτου Καρδινάλεως κυρίου Βησσαρίωνος εἰς τὰ τοῦ Ἐφέσου κεφάλαια αἰτήσει τοῦ Πατριάρχου κυρίου Γρηγορίου. Πρὸς τὸ πρῶτον, οὗ ἡ ἀρχή· Τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ &c. Ὁ Λατίνων τε καὶ Γραικῶν πρὸς ἀλλήλους περὶ τῶν μεγίστων τε καὶ θειοτάτων ἀκήρυκτος πόλεμος, ἁγιώτατέ μοι καὶ θειότατε Πατριάρχα καὶ Δέσποτα, &c.

Septimò, & quidem à fol. 155 pag. 1 usque ad fol. 188 pag. 1, ejusdem *Cardinalis Bessarionis Oratio dogmatica de unione, in Concilio Florentino A. 1439 habita*, cujus titulus & principium: Τοῦ σοφωτάτου Καρδινάλεως κυρίου Βησσαρίωνος λόγος δογματικὸς ἢ περὶ ἑνώσεως. Τὴν μὲν τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ εἰρήνην τε καὶ ὁμόνοιαν &c. Exstat hæc *Oratio græcè & latinè* ipsomet *Bessarione* interprete in *Actis Concilij Florentini*, & quidem in *Severini Binij* Syntagmate Conciliorum omnium Tom. IV Part. 1, pag. 557.

Octavò, & quidem à fol. 188 pag. 2 usque ad fol. 227 pag. 2, ejusdem *Cardinalis Bessarionis ad Alexium Lascarim Philanthropinum Epistola de successu Concilij Florentini & de Processione Spiritûs Sancti*; cujus titulus & principium: Τοῦ σοφωτάτου Καρδινάλεως κυρίου Βησσαρίωνος, τοῦ κοινῶς λεγομένου Νικαίας, λόγος πρὸς Ἀλέξιον Λάσκαριν τὸν Φιλανθρωπηνὸν περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ὃν καλοῦσιν Ἀντίδοτον. Σὺ μὲν οὐ τὰ ἀνθρώπινα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ θεῖα σοφὸς ὤν, &c. Edidit hanc *Epistolā græcè*, additâ *duplici Interpretatione latinâ*, unâ ipsius *Bessarionis*, alterâ autem *suâ*, *Petrus Arcudius*, cum Opusculis Theologicis circa Processionem Spiritûs Sancti, Romæ typis sacræ Congregationis de propagandâ Fide. Consule etiam *Allatium* de Occid. & Orient. Eccles. perpet. Consens. lib. 3 cap. 3 § 1, colum. 930.

Nonò, & quidem fol. 228 pag. 1, ejusdem *Bessarionis Epistola ad filios Georgij Gemisti Plethonis de obitu & laudibus patris*; cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ Ἐπιστολὴ πρὸς τοὺς υἱοὺς τοῦ Γεμιστοῦ.

Πέπεισμαι

Πέπεισμαι τὸν κοινὸν πατέρα καὶ καθηγεμόνα, τὸ γεῶδες πᾶν ἀποθέμενον, &c.

Decimò, & quidem fol. 229 pag. 1 & 2, *S. Gregorij Episcopi Nysseni fragmentum de S. Trinitate*, cujus titulus & principium: Γρηγορίου Νύσσης. Ὁ Πατὴρ ἄκτιστος εἶναι ὁμολογεῖται καὶ ἀγέννητος· &c.

Vndecimò, & quidem à fol. 230 pag. 1 usque ad fol. 233 pag. 1, *Georgij Gemisti Plethonis Orationes duæ funebres in duas Imperatrices Constantinopolitanas Cleopem & Hypomonem*; quarum *prima* inscribitur atq; incipit his verbis: Τοῦ Πλήθωνος μονῳδία ἐπὶ τῇ ἀοιδίμῳ Βασιλίσσῃ Κλεόπῃ τῇ ἐξ Ἰταλῶν, ἐν ᾗ καὶ περὶ ἀθανασίας ψυχῆς καὶ ἀϊδιότητος. Σόλων μὲν ὁ σοφὸς πρὸς τὸν σφίσι τε αὐτοῖς καὶ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων τοῖς πολλοῖς μακαρίους δοκοῦντας τὸ τοῦ βίου τέρμα ὁρᾷν διεκελεύετο, &c; *altera* autem: Τοῦ Πλήθωνος μονῳδία ἐπὶ τῇ ἀοιδίμῳ καὶ μακαρίτιδι Δεσποίνῃ Ὑπομονῇ. Τῇ τῶν ἡμετέρων Βασιλέων τε καὶ Ἡγεμόνων μητρὶ, τῇ ἄρτι δὴ ἐκ τοῦδε τοῦ βίου οἰχομένῃ, &c. Plura de his *duabus Orationibus* vide apud *Leonem Allatium* in Diatribâ de *Georgijs* & eorum Scriptis pag. 386.

Duodecimò, & quidem in ipso hujus Codicis operculo ligneo, anonymi cujusdam Autoris *Testimonium* de insigni & perenni Miraculo *Sanguinis* (1) *S. Januarij Episcopi Beneventani & Martyris*, qui *Neapoli* in ampullâ vitreâ adhuc servatur, & in conspectu *Capitis* ejusdem Sancti Martyris positus, velut recens liquescere & ebullire conspicitur.

(1) *Vide* Martyrolog. Roman. *d. 19 Septembris.*

Exstiterunt etiam olim in eodem Codice, ut ibidem pag. 6 ex antiquo Græco Indice liquet, *duo* alia *Opuscula*, nempe *Cardinalis Bessarionis* Ἐπιστολὴ συμβουλευτικὴ πρὸς Μιχαὴλ τὸν Ἀποστόλην, sive *Epistola consultoria ad* (2) *Michaelem Apostolium*, cujus principium: Ἀφίκετο ὡς ἡμᾶς &c, & *Leonardi Aretini* Πολιτεία Φλωρεντίνων sive *Descriptio Reipublicæ Florentinorum*; sed ambo jam ante V. CL. *Sebastiani Tengnagelij* Præfecturam Bibliothecariam à nescio quo inde excisa & furtivè sublata sunt.

(2) *Vide* Leon. Allat. *de Eccles. Occid. & Orient. perpet. consens. lib. 3 cap. 3 § 7, col. 918.*

CCLVIII.

Ducentesimus quinquagesimus octavus (3) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *chartaceus* mediocriter antiquus in *folio*, constátque folijs *centum quadraginta tribus*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

(3) *Fuit is olim inter Codices MSStos Theologicos Græcos* centesimus nonagesimus quartus.

Primò,

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usq; ad fol. 3 pag. 2, *Index Græcus*, quo enumerantur *Matthæi Quæstoris Opuscula hæretica viginti duo contra Latinos*, ex quibus in hoc Codice manuscripto nunc tantùm supersunt *octo priora*. Ipse *Indicis* istius titulus græcus cum principio enumerationis jam memoratorum Opusculorum est talis: Πίναξ ἀκριβὴς τῆς παρούσης πυκτίδος. Τάδε πᾶσα περιέχει ἡ βίβλος πονήματος ΜΑΤΘΑΙΟΥ ΚΟΙΑΙΣΤΩΡΟΣ ἈΝΓΓΕΛΟΥ τοῦ ΠΑΝΑΡΕΤΟΥ, συγγραφέντα παρ' αὐτοῦ κατὰ πάσης τῆς τῶν Λατίνων δόξης καὶ κατὰ πάντων, ὧν δογματίζουσι ἐγγράφως τε καὶ ἀγράφως. Α'. Κατὰ Θωμᾶ Λατίνου τοῦ (1) Ἀχίνου &c.

(1) Ἀχίνου perperàm pro Ἀκυΐνου. Vide suprà pag. 173.

Secundò, & quidem à fol. 4 pag. 1 usque fol. 18 pag. 1, *Matthæi Quæstoris Antithesis contra S. Thomam Aquinatem* (2) *de Processione Spiritûs Sancti*; cujus titulus & principium: Θωμᾶ Λατίνου Φιλοσόφου τοῦ Ἀχίνου τῆς τάξεως τῶν Φρεριχηρύκων, ὡς ἐν τοῖς θείοις ληπτέον ἂν εἴη τὴν ἐκπόρευσιν τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Ἀντίθεσις πρὸς ταῦτα Ματθαίου Κοιαίστωρος Ἀγγέλου τοῦ Παναρέτου. Προοίμιον τῆς Ἀντιθέσεως. Λόγος α'. Ἀνασκευὴ πρὸς ταῦτα τοῦ Παναρέτου. Τὸ τῆς θεολογίας ὑπέρτατον καὶ ἀκατάληπτον χρῆμα μὴ μόνον ἀνθρώπινον ὑπερβαίνει διάνοιαν, &c.

(2) Vide Opusculum ipsius contra errores Græcorum, quod exstat Tomo XVIImo editionis Romanæ anni 1570 in folio.

Tertiò, & quidem à fol. 18 pag. 1 usque ad fol. 69 pag. 1, ejusdem *Matthæi Quæstoris Antithesis contra S. Thomam Aquinatem de Igne purgatorio*; cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ Φιλοσόφου Θωμᾶ τοῦ Ἀχίνου λόγος ἕτερος, πῶς ἐστὶν ὁ εἰδικὸς τόπος, ἔνθα αἱ ψυχαὶ καθαίρονται πρὶν ἀπελθεῖν εἰς τὸν Παράδεισον, καὶ ὅτι μετὰ τὴν τελευτὴν ἅπαντες τῶν ἀνθρώπων, οἱ μὲν παραχρῆμα τῆς αἰωνίου ἀνταποδόσεως τὰ γέρα κομίζονται, οἱ δὲ παραχρῆμα ταῖς αἰωνίαις τιμωροῦνται βασάνοις, οἱ δὲ καθαίρονται διὰ καθαρτηρίου πυρὸς, καὶ οὕτως εἰς τὴν βασιλείαν εἰσέρχονται· τοῦ καὶ πρὸς ταῦτα ἡ ἀντίθεσις Ματθαίου. Ἡ τοῦ λόγου ἀρχὴ τοῦ Θωμᾶ. Νῦν λείπεται θεωρῆσαι περὶ δόξης ἐνίων λεγόντων καθαρτήριον μὴ εἶναι μετὰ θάνατον, &c. Ἀντίθεσις. Οὕτως παραπεπήγασι ταῖς ἀρεταῖς αἱ κακίαι, &c.

Quartò, & quidem à fol. 69 pag. 2 usque ad fol. 91 pag. 1, ejusdem *Matthæi Quæstoris Dissertatio contra Latinos de Primatu Papæ*, cujus titulus & principium: Ματθαίου Κοιαίστωρος Ἀγγέλου τοῦ Παναρέτου ἀνασκευὴ τῶν λεγομένων παρὰ Λατίνων, ὡς ὁ Πάπας ἔχει τὴν ἀρχὴν πάσης ἐκκλησίας, λαβὼν αὐτὴν κατὰ διαδοχὴν ἀπὸ τοῦ μακαρίου

Πέτρου,

Πέτρυ, καὶ ὡς ἔξεσιν αὐτοῦ κτ' πᾶσαν ἐξουσίαν καὶ δογματίζειν καὶ ποιεῖν ὅσα καὶ βούλοιτο. Φασὶν οἱ Λατῖνοι, ὡς τῷ μακαρίῳ Πέτρῳ τὴν ἑαυτῦ ἐκκλησίαν ὁ Δεσπότης Χριςὸς ἐνεχείρησε, &c.

Quintò, & quidem à fol. 91 pag. 2 usque ad fol. 99 pag. 1, ejusdem *Matthæi Quæstoris Refutatio sex Capitum à Latinis editorum in defensionem Processionis Spiritûs Sancti ex Patre & Filio*; cujus titulus & principium: Τῦ αὐτῦ κτ' τῆς ἀθέυ καὶ πνευματομάχυ ἀσεβείας τῶν Λατίνων. Ταῦτα τὰ ἓξ κεφάλαια προφέρυσιν οἱ Λατῖνοι &c.

Sextò, & quidem à fol. 99 pag. 2 usque ad fol. 101 pag. 1, ejusdem *Matthæi Quæstoris Demonstratio, in quot absurditates Latini necessariò incidant, dum Spiritum Sanctum etiã ex Filio procedere asserunt*. Ipsa tituli græci verba cum principio Demonstrationis sunt hæc: Τοῦ αὐτῦ Ἀπόδειξις εἰς ὅσα πίπτυσι ἐξ ἀνάγκης οἱ Λατῖνοι τὰ ἄτοπα, λέγοντες τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ ἐκ τῦ Υἱῦ ἐκπορεύεσθαι. Τοῖς λέγυσι καὶ ἐκ τῦ Υἱῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεσθαι, δύο αἴτια ἐξ ἀνάγκης ἕπεται λέγειν· &c.

Septimò, & quidem à fol. 101 pag. 2 usque ad fol. 112 pag. 2, ejusdem *Matthæi Quæstoris Dissertatio de alijs viginti duobus absurdis erroribus Latinorum*; cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτῦ περὶ τῶν ἄλλων ἀτοπημάτων τῶν κακοδόξων Λατίνων, κβ' ὄντων. Ὅ τι θύοντες ἄζυμα, τὴν νέαν καταλύυσι διαθήκην, πολλὴν ἔπρεπεν ἡμῖν &c.

Octavò, & quidem à fol. 113 pag. 1 usque ad fol. 116 pag. 2, ejusdem *Matthæi Quæstoris Dissertatio contra Latinos de Primatu Papæ*, cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτῦ πρὸς τὲς Λατίνυς λέγοντας τὸν θεῖον Πέτρον ποιμένα τῶν Ἀποςόλων καὶ μείζονα καὶ πρῶτον τῷ ἀξιώματι, διὸ καὶ τὸν Πάπαν ἀξιῦσι πρὸς πάσας τὰς τῆς οἰκυμένης ἐκκλησίας τοιῦτον εἶναι, κτ' τὸν Ἀπόςολον Πέτρον. Ὅτι μὲν ὁ θειότατος Πέτρος τῶν Ἀποςόλων ἐςὶ κορυφαῖος καὶ πρῶτος τῇ τάξει, καλῶς παρὰ τῆς ἐκκλησίας πιςεύεται· ἐ μὴν δὲ &c.

Nonò, & quidem à fol. 116 pag. 2 usque ad fol. 143 pag. 2, ejusdem *Matthæi Quæstoris Dissertatio contra Latinos de Azymis*, cujus titulus & principium: Ματθαίυ Κοιαίςωρος Ἀγγέλυ τῦ Παναρέτυ κτ' τῶν Λατινικῶν ἀζύμων. Ἐγὼ μὲν πολλάκις παρεσκευαζόμην πρὸς τὴν κτ' τῶν ἀζύμων αἵρεσιν ἀποδύσασθαι, &c. Notandum autem est, è regione istius tituli propriâ *Joannis Sambuci* manu in

 mar-

margine ibidem adſcripta eſſe hæc verba: *Matthæus hic fuit Rhodius, & vixit paulò ante Concilium Florentinum, ut ex Scholario apparet, vir non indoctus.* Hæc *Sambucus.* Meminit ejuſdem Autoris etiam Leo *Allatius* Lib. 2 de Eccleſ. Occid. & Orient. perpet. Conſenſione cap. 17 § 5, ſed appellat eũ ibi ſolo cognomine *Panaretum*, & lectori dijudicandũ relinquit, an ille ſit idem atque *Panaretus* (1) *Præfectus Veſtiarij*, quem *Georgius Pachymeres* lib. 5 Hiſtoriæ Byzantinæ cap. 17 & 21 refert (2) A.C. 1273 ab *Imp. Michaele Palæologo* unà cum alijs quatuor Legatis concordiæ Eccleſiaſticæ causâ miſſum eſſe *Romam* ad *Summum Pontificem Gregorium Xmum*, & in itinere cum uno ex Legationis ſuæ Collegis, nempe *Magno Interprete Berrhoeotâ*, apud *Maleam* Peloponneſi promontorium naufragio perijſſe.

CCLIX.

Ducenteſimus quinquageſimus nonus (3) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* mediocriter antiquus in *octavo* conſtátque nunc folijs *centum & decem*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo *ex Matthæi Quæſtoris Opuſculis octo hæreticis contra Latinos*, proximè præcedenti Codice CCLVIIIvo comprehenſis, *priora quatuor*, nempe de *Proceſſione Spiritûs Sancti contra S. Thomam Aquinatem*, de *Igne purgatorio contra eundem S. Thomam*, de *Primatu Papæ*, & *de Proceſſione Spiritûs Sancti contra ſex Capita Latinorum*. Notandum autem eſt poſteriorem hunc Codicem manuſcriptum *Cæſareum* eſſe illum ipſum cujus *Joannes Jacobus Friſius* in Bibliothecâ Vniverſali ineptè, præpoſterè & imperfectè meminit his verbis: *MATTHÆI QVÆSTORIS*, (4) *Philoſophi*, *Refutatio argumentorum Thomæ Aquinatis de* (5) *proceſſu; junctis ejuſdem contra eundem Thomam libellis* (6) *duobus, quorum altero refutatur* (7) *Hierarchia ſive Imperium Sacerdotum & præjudicium Romani Pontificis; altero reijcitur & impugnatur Purgatorium; in octavo manuſcripta in Bibliothecâ Imperatoriâ Viennæ.* Hæc *Friſius.* Quæ quomodo corrigenda, tranſponenda & ſupplenda ſint, ex proximè præcedenti Codice CCLVIIIvo videre eſt.

(1) Allatius *perperàm hunc ibi vocat* Protoveſtiarium. *Quod enim* ὁ Προκαθήμενος τοῦ Βεστιαρίου *ſive* Præfectus Veſtiarij à Protoveſtiario *diverſus fuerit, manifeſtè indicat* Georgius Codinus *cap. 2 de* Officijs *Magnæ Eccleſiæ & Aulæ Conſtantinopolitanæ. Vide etiam* Joannis Meurſij *Gloſſarium græco-barbarũ ſub titulo* Βεστιάριον. (2) *Veritatem hujus chronologiæ firmiſſimis argumentis ſolidè demonſtrat* R. P. Petrus Poſſinus *S. I. in Obſervationibus Chronologicis ad Libri tertij* Hiſtoriæ Pachymerianæ *de Imperio* Michaelis Palæologi *caput ſextũ, pag. 518, ideóq; corrigendus eſt* Leonis Allatij *locus ſuprà citatus, ubi perperàm legitur, Legationẽ iſtã & interitũ* Panareti *contigiſſe A.C. 1247.* (3) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* trecenteſimus vigeſimus primus. (4) *Titulus* Philoſophi *non attribuitur in Codicibus illis MStis* Matthæo Quæſtori, *ſed* S. Thomæ Aquinati. (5) *De* Proceſſione Spiritûs Sancti ex Patre & Filio. (6) *Immò tantùm* uno, *nempe* de Igne Purgatorio. *In titulo enim ſive inſcriptione Opuſculi* Contra Primatum Papæ *non fit ſpeciatim mentio* S. Thomæ Aquinatis, *ſed tantùm generatim* Latinorum. (7) *Opuſculum hoc* contra Primatum Papæ *eſt ibi* tertium, *non autem* ſecundum; *& contrà Opuſculum* de Igne Purgatorio *eſt ibi* ſecundum, *non autem* tertium.

CCLX.

Ducentesimus sexagesimus (1) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *chartaceus* mediocriter antiquus & bonæ notæ in *folio*, constátque folijs *trecentis novem* & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus *Constantinopoli.* Continentur eo hæc.

(1) Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos cētesimus nonagesimus quintus.

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 4 pag. 1, *Index græcus* variorum *Nili Cabasilæ Archiepiscopi Thessalonicensis* Librorum schismaticorum, seu potiùs hæreticorum, contra *Latinos.*

Secundò, & quidem à fol. 5 pag. 1 usque ad fol. 26 pag. 1, jam memorati *Nili Cabasilæ Liber de causis Dissensionis Ecclesiasticæ inter Latinos & Græcos*, cujus titulus: Τοῦ ἁγιωτάτου καὶ μακαρίου Πατρὸς ἡμῶν Νείλου Ἀρχιεπισκόπου Θεσσαλονίκης λόγος ἀποδεικνὺς, μὴ ἄλλό τι τῆς διαστάσεως τῆς Λατίνων ἐκκλησίας καὶ ἡμῶν μέχρι τοῦ παρόντος αἴτιον εἶναι, ἢ τὸ μὴ βούλεσθαι τὸν Πάπαν οἰκουμενικῇ Συνόδῳ τὴν τοῦ ἀμφισβητουμένου διάγνωσιν ἐπιτρέψαι, ἀλλ' αὐτὸν μόνον διδάσκαλον ἐθέλειν τοῦ ζητουμένου καθέζεσθαι, τοὺς δ' ἄλλους ἐν μαθητῶν μοίρᾳ ὑπακούοντας ἔχειν· καὶ ὅτι τὸ τοιοῦτον ἀλλότριον τῶν Ἀποστολικῶν τε καὶ πατρικῶν καὶ νόμων καὶ πράξεων. Hoc est: *Sanctissimi & beati Patris nostri Nili Archiepiscopi Thessalonicensis Dissertatio, quâ demonstratur, nullam aliam dissensionis inter Latinorum Ecclesiam & nos Græcos usq; ad præsens tempus esse causam, quàm quòd Papa hujus controversiæ cognitionem non vult Concilio generali committere, sed ipse solus tanquam magister ejus decidendæ sedere vult, alios verò discipulorum instar dicto audientes habere, eumq; tractandi modum ab Apostolorum & Patrum tùm legibus, tùm actionibus alienum esse.* Incipit deinde ipsa *Dissertatio* his verbis: Ἡγούμεθα δεῖν πρὸς Λατίνους ποιουμένους τὸν λόγον, &c. Edidit hunc Librum *græcè* & *latinè Claudius Salmasius* Hanoviæ typis Wechelianis apud Claudium Marnium A. 1608 in octavo; quid autem de illo alijsq; ejusmodi *Nili* scriptis judicandum sit, rectè ac verè doctissimus *Leo Allatius* in *Diatribâ de Nilis & eorum Scriptis* pag. 45 indicat his verbis: *Verum est, hunc infamem & sexcentorum flagitiorum maculis notissimum schismaticum, sive potiùs hæreticum, similia, imò pejora scripta posteris tradidisse; sed quibusnam documentis probabilibus aut necessarijs, vel, ut expressiùs dicam, amentatis hastis? Levia sunt & nihili, & non re, sed ad gratiam nequissimorum hominum argumenta contorta.* Hucusq; *Allatius.*

Tertiò, & quidem à fol. 11 pag. 1 usq; ad fol. 22 pag. 2, ejusdem *Nili Archiepiscopi Thessalonicensis Liber contra Primatum Papæ*; cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ περὶ τῆς τοῦ Πάπα ἀρχῆς. Φασὶν οἱ Λατῖνοι τὸν μακάριον Πέτρον, κορυφαῖον παρὰ τοῦ Κυρίου καταστάντα τῆς ἱερᾶς δωδεκάδος, &c. Hunc quoq; Librum edidit *Claudius Salmasius* cum proximè præcedenti *græcè* & *latinè* Hanoviæ A. 1608 in octavo.

(1) *Vide suprà citatam* Leonis Allatij *Diatribam de* Nilis *& eorũ Scriptis pag.* 45.

Quartò, & quidem à fol. 22 pag. 2 usq; ad fol. 26 pag. 1, ejusdem *Nili Archiepiscopi Thessalonicensis* (1) *Responsio compendiaria adversus Latinos, velut Enchiridion quoddam cum illis disputandi.* Ipsa tituli græci verba cum principio Opusculi sunt hæc: Τοῦ αὐτοῦ ἀπάντησις σαφής τε καὶ σύντομος πρὸς Λατίνους ὥσπερ ἐγχειρίδιόν τι προκείμενον τοῖς βουλομένοις ἀγωνίζεσθαι πρὸς ἐκείνους. Τῶν ἐν τῇ θεολογίᾳ δογμάτων τὰ μὲν εἰσι ῥητῶς κείμενα ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ τάδε ῥητῶς μὲν ἐγκείμενα οὐκ εἰσὶ, συνάγονται δὲ παρὰ τῶν θεολόγων ἐκ τῶν γραφῶν· καθόλου γὰρ &c.

(2) *Vide suprà citatam* Leonis Allatii *Diatribam de Nilis & eorum Scriptis pag.* 49.

Quintò, & quidem à fol. 26 pag. 2 usq; ad fol. 279 pag. 2, ejusdem *Nili Archiepiscopi Thessalonicensis Opus* (2) *de Processione Spiritûs Sancti*, quod inscribitur his verbis: Τοῦ αὐτοῦ ἁγιωτάτου καὶ μακαρίου Πατρὸς ἡμῶν Νείλου Ἀρχιεπισκόπου Θεσσαλονίκης πρὸς τὸ συμπέρασμα τῶν Λατίνων ἢ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Ordo autem ejusdem Operis est talis: Primum obtinent locum *Capita seu Argumenta Latinorum quadraginta novem pro Processione Spiritûs Sancti ex Patre & Filio*, quorum titulus & principium: Λόγοι Λατίνων, ἐξ ὧν οἴονται δεικνύναι, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορευόμενον. Λατίνων κεφάλαιον α΄. Πρῶτον μὲν ἀρχαία τις ἐστὶ δόξα τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας &c. Deinde sequitur *Refutatio eorundem Capitum generalis, divisa in Dissertationes quinq;*, quarum *prima* incipit his verbis: Καὶ ταῦτα μὲν ἡ τῶν Λατίνων ἐκκλησία συνηγορεῦσα τῇ δόξῃ τῆς ἑαυτῆς, &c; *secunda*, Ὅτι δὲ καὶ ἡ τῶν Ἀποστόλων παράδοσις &c; *tertia*, Ἐπεί γε μὴν καὶ ἐκ τῶν ἀποφάσεων &c; *quarta*, Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς τρίτης Συνόδου &c; *quinta*, Καὶ μὴν καὶ ἐκ τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς ἕκτης Συνόδου &c. Hâc finitâ *Refutatione generali*, sequitur porrò eorundem suprà memoratorum *quadraginta novem Capitum seu Argumentorum Refutatione specialis*, divisa in *quadraginta novem* Λύσεις sive *Solutiones*, contextui uniuscujusque *Capitis* seu

tis ſeu *Argumenti* ſingulatim ſubjunctas, quarum *generalis inſcriptio* eſt talis: Λύσις τῶν προτάσεων τῶν Λατίνων, δι᾽ ἐξ ὧν συνάγειν οἴονται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι. Hinc porrò ſequuntur ipſa *Capita* ſeu *Argumenta* cum ſchiſmaticis ſeu potius hæreticis *Nili Solutionibus* hoc modo: Λατίνων κεφάλαιον πρῶτον. Πρῶτον μὲν ἀρχαῖα τίς ἐστι δόξα τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας &c. Λύσις τῶν προειρημένων τοῦ αὐτοῦ. Πάντα μᾶλλον ἢ τὰ τοιαῦτα γένοιτ᾽ ἂν ἀληθῆ, τοὐναντίον γὰρ &c. Plura de hoc *Nili* Opere vide apud doctiſſimum *Leonem Allatium* in *Diatribâ de Nilis & eorum ſcriptis*, *S. Nili Aſceta, diſcipuli S. Joannis Chryſoſtomi Epiſtolis*, Romæ typis Barberinis græcè & latinè A. 1668 in folio editis, ſubjunctâ, pag. 49, 50 & 51; item Lib. 2 de Eccleſ. Occid. & Orient. perpetuâ Conſenſione cap. 18 § 8; ſed ibi perperàm traditur Opus hoc eſſe diviſum in *Libros quadraginta novem*, cùm illi re verâ tantùm ſint tot unius Libri *Capita*.

Sextò, & quidem à fol. 281 pag. 1 uſq; ad fol. 289 pag. 1, *Barlaami* (1) *Calabri Demonſtrationes dua ad Legatos Papa de Proceſſione Spiritûs Sancti ex ſolo Patre;* quarum *prima* inſcribitur atq; incipit his verbis: Βαρλαὰμ μοναχοῦ πρὸς τοὺς τοῦ Πάπα πρεσβεῖς ἀπόδειξις ὅτι ὑποκειμένου ἐκ μόνου Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐδὲν ὅλως ἀδύνατον ἕπεται, οὐδέ τι τῶν ὁμολογουμένων τῇ ἐκκλησίᾳ ἀναιρεῖται δογμάτων. Ὁ θεῖος Ἀπόστολος ἐν τῇ πρὸς Γαλάτας ἐπιστολῇ τοὺς τοῦ θείου καὶ ζωαρχικοῦ Πνεύματος καρποὺς ἀπαριθμούμενος, &c; ſecunda autē, Τοῦ αὐτοῦ, ὅτι οὐχ᾽ ἁπλῶς ὑπόθεσις τὸ νομίζειν ἐκ μόνου Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀλλ᾽ ἀνάγκη πᾶσα τοῖς εὐσεβεῖν αἱρουμένοις, ἐκ μόνου τοῦ πρώτου αἰτίου προάγειν τὰ ἐκεῖθεν ἀχρόνως ἐκλάμψαντα· καὶ κεφαλαιώδης ἔκθεσις τοῦ ἡμετέρου δόγματος. Ὅτι μὲν οὖν ὑποκειμένου ἐκ μόνης τῆς πρώτης αἰτίας καὶ ἄμφω τὰ αἰτιατὰ ἰσοτίμως ἔχειν τὴν ὕπαρξιν, &c.

(1) Vide de eo Lib. III horum Commentar pag. 194 & 210, & Lib. IV pag. 326 & 327. Confer etiā hunc Scriptorum Barlaami Catalogum cum altero illo, qui exſtat apud Leonem Allatiū Lib. 2 de Eccleſ. Occid. & Orient. perpet. Conſenſ. cap. 17 § 1, colū. 825, 826 & 827.

Septimò, & quidem à fol. 289 pag. 2 uſq; ad fol. 295 pag. 1, ejuſdem *Barlaami Calabri Dialogus contra Legatos Papa de Proceſſione Spiritûs Sancti*, cujus titulus & principium: Δόγμα Λατίνων γραφὲν ὑπὸ τῶν πρεσβέων τοῦ Πάπα, εἶτα τοῦ αὐτοῦ ἡ τούτου ἀνασκευή. Λατῖνος. Ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς μία εἰσὶν ἀρχὴ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἐπεὶ &c.

Octavò, & quidem à fol. 295 pag. 1 uſq; ad fol. 297 pag. 1, ejuſdem *Barlaami Calabri Epiſtola ad Nicolaum Archiepiſcopum de Pri-*

matu Papa, cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν Ἀρχιεπίσκοπον Νικόλαον περὶ τοῦ Πάπα. Μὴ τοῦτο οἴου, σεβάσμιε Πάτερ, ὅτι, τοῦ Πάπα τῶν ὀρθῶν ἐκπεσόντος δογμάτων, τὸ πᾶν ἀπώλετο τῆς ἐκκλησίας, καὶ ἡ τοῦ θείου Πέτρου πίστις ἐξέλιπε, καὶ οὐκέτι Βικάριος τοῦ Χριστοῦ ἐστὶ ἐν τῇ γῇ· ἕκαστος γὰρ τῶν ὀρθοδόξων Ἐπισκόπων Βικάριος ἐστὶ τοῦ Χριστοῦ καὶ τῶν Ἀποστόλων διάδοχος, &c.

Nonò, & quidē à fol. 297 pag. 1 usq; ad fol. 299 pag. 1, ejusdem *Barlaami Calabri Dissertationes duæ contra S. Thomā Aquinatē de S. Trinitate*; quarum *prima* inscribitur atq; incipit his verbis: Τοῦ αὐτοῦ κατὰ Θωμᾶ λέγοντος, ὅτι κατὰ μόνα τὰ πρός τι διαφέρουσιν ἀλλήλων τὰ θεῖα πρόσωπα. Θωμᾶς μὲν οὐδένα τρόπον διαφορᾶς ἐν τῇ Τριάδι οἴεται, &c; *secunda* autem, Τοῦ αὐτοῦ κατὰ Θωμᾶ λέγοντος, ὅτι μόνη ἡ Πατρότης συστατικὴ ἐστι τῆς ὑποστάσεως τοῦ πρώτου αἰτίου, τὸ δὲ ἀγέννητον, οὐδαμῶς. Οἱ περὶ τὸν Θωμᾶν κατὰ μόνην τὴν τῶν πρός τι διαφορὰν &c.

Decimò, & quidem à fol. 299 pag. 1 usque ad fol. 305 pag. 2, ejusdem *Barlaami Calabri Dissertationes tres contra Legatos Papæ de Processione Spiritûs Sancti*, quarum prima inscribitur atque incipit his verbis: Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τοὺς Πρέσβεις, ὅτι ἐναντίαις περιπίπτουσι δόξαις. Ὁ μάλιστα τῶν ὑμετέρων θαυμάζω, τοῦτό ἐστιν, ὅτι ἐπ' οὐδεμίας ἀκινήτου ἐννοίας ὁρῶ ὑμᾶς ἱδρυμένους, ἀλλ' ἀτάκτως &c; *secunda*, Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τοὺς Πρέσβεις κοινὴ ἀνασκευὴ πάντων συλλογισμῶν, οὓς ἐκτίθενται οἱ Λατῖνοι περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Πᾶς ὀρθῶς ἔχων συλλογισμὸς ἢ ἀποδεικτικὸς τυγχάνει ὤν, ἢ διαλεκτικός· &c; *tertia*, Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τοὺς Πρέσβεις ἀπόδειξις, ὅτι καὶ οἱ μετὰ τοὺς Ἀποστόλους θεῖοι Πατέρες ἡμῶν ἐκ μόνης τῆς πρώτης αἰτίας καὶ ἄμφω τὰ αἰτιατὰ ἔχειν τὸ εἶναι ὑπελάμβανον. Ἐκεῖνο δὲ πάντως οὐκ ἀγνοοῦμεν, ὅτι &c.

Vndecimò, & quidem à fol. 305 pag. 2 usque ad fol. 307 pag. 1, ejusdem *Barlaami Calabri Responsio ad Archiepiscopi Bosphorani argumenta de Processione Spiritûs Sancti*; cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ ἀπάντησις πρὸς τὰ ἐπιχειρήματα, ἃ πρὸς αὐτὸν εἶπεν ὁ Ἀρχιεπίσκοπος Βοσπόρου περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Φῄς, ὅτι Πατρὸς καὶ Υἱοῦ θέλημα ἕν, &c.

Duodecimo, & quidem à fol. 307 pag. 1 usque ad fol. 309 pag. 2, ejusdem *Barlaami Calabri Oratio contra Latinos, ex varijs variarum*

Orationum S. Gregorij Nazianzeni & S. Basilij Magni fragmentis coagmentata, cujus titulus & principium: Λόγος συντεθειμένος ἐκ διαφόρων τμημάτων τῶν τοῦ Θεολόγου λόγων, ἔτι δὲ καὶ τοῦ μεγάλου Βασιλείου, ἁρμόδιος καὶ πρὸς τοὺς σοφοὺς τῶν Λατίνων λέγεσθαι. Ἐπειδὴ τὸ ἀληθὲς καὶ ἀπερίεργον τῆς θείας ἡμῶν ἀτιμάσαντες πίστεως, &c.

Cæterùm notabile etiam est, possessorem hujus Codicis manuscripti ante *Augerium Busbeckium* fuisse *Macarium* quendam, *Monembasiâ* Peloponnesi Vrbe oriundum, qui anno Mundi 7056, sive anno Christi 1548, Indictione sextâ, die sexto Augusti, in Festo Transfigurationis Christi, à *Patriarchâ Constantinopolitano Dionysio Archiepiscopus* (1) *Proconnesi* ordinatus est, ut ipse ibi testatur græcobarbarâ propriæ manûs inscriptione fol. 280 pag. 1.

CCLXI.

Ducentesimus sexagesimus primus (2) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *chartaceus* mediocriter antiquus in *quarto*, constátque nunc folijs *ducentis septuaginta octo*, & primum quidem ad *Marcum Mamunam Cretensem*, posteà autem ad *Joannem Sambucum*, ut ipsi solitâ propriæ manûs inscriptione testantur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 210 pag. 1, *Demetrij Cydonij Syngramma de Processione Spiritûs Sancti pro Latinis contra Græcos, compositum rogatu cujusdam amici, & divisum in Capita quadragintaunum. Proœmium* istius Operis inscribitur atque incipit hoc modo: (3) Σύγγραμμα τοῦ μακαρίτου κυρίου Δημητρίου τοῦ Κυδωνίου περὶ ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος πρός τινα τῶν φίλων γεγραμμένον περὶ τούτου. Προοίμιον. Ἐπὶ πολλῶν τὸ σῆς φιλομαθίας καὶ φιλαλήθους τρόπου πεῖραν λαβὼν, &c. Sequitur deinde Caput primum, cujus titulus & principium: Κεφάλαιον ά. Τίσι δεῖ μαρτυρίαις χρῆσθαι περὶ Θεοῦ διαλεγόμενον. Τὸ μέγα τοῦτο τὸ εἰς Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα πίστεως χρῆμα, &c.

Secundò, & quidem à fol. 210 pag. 1 usque ad fol. 268 pag. 1, ejusdem *Demetrij Cydonij* (4) *Apologia pro S. Thomâ Aquinate contra* (5) *Nilum Cabasilam Archiepiscopum Thessalonicensem*; cujus titulus & principium: Τοῦ μακαρίτου κυρίου Δημητρίου τοῦ (6) Κυδώνη κατὰ τῶν συγγραμμάτων τοῦ Καβάσιλα, ἐν οἷς ἐκεῖνος, ὡς ᾤηθη, ἐπε-

(1) *Insula ea est Propontidis, & à Ptolemæo appellatur* Προικόννησος, *à* Stephano *autem de Vrbibus* Προκόννησος. *Vulgò nunc ea græco barbarè vocatur* Μαρμαρὰ: *quâ de re vide* Martini Crusij *Turco-Græciam pag.* 318 *&* 319.

(2) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* ducentesimus sexagesimus secundus.

(3) *Vide* Leonis Allatij *Lib.* 2 *de Occid. & Orient Eccles. perpet. Consens. cap.* 18 *§* 5, *colum.* 856 *&* 857.
(4) *Vide suprà citatum* Allatij *Opus col.* 857. (5) *Vide suprà pag.* 180. (6) Τοῦ Κυδώνη *græco-barbarè pro* Κυδωνίου.

ἐπελάβετο τοῦ ἁγίου Θωμᾶ τοῦ Ἀγχίνου. Ἡ μὲν γὰρ Λατίνων προθυμία τοῦ ἀνδρὸς τούτου μεγάλη καὶ θαυμαστή, &c.

Tertiò, & quidem fol. 268 pag. 1 & 2, ejusdem *Demetrij Cydonij Epistola ad Amicum quendam, communicationem proximè praecedentis Libri à se petentem*, quae inscribitur atque incipit his verbis: Τῷ τῶν φίλων αἰτήσαντι τὸν λόγον. Τὴν μὲν οὖσαν αἰτίαν εἰ βούλει μαθεῖν τοῦ μὴ μέχρι νῦν ἐλθεῖν σοι τὸν λόγον, &c.

Quartò, & quidem à fol. 268 pag. 2 usque ad fol. 277 pag. 2, ejusdem *Demetrij Cydonij* (1) *Epistolae tredecim*, quarum *prima* ad *Imp. Manuelem Palaeologum* inscribitur atque incipit his verbis: Ἐπιστολαὶ Δημητρίου τοῦ Κυδώνη τοῦ ἀπὸ Θεσσαλονίκης. Τῷ Βασιλεῖ Μανουήλ. Σὺ καὶ ἄρχειν οἶδα, καὶ ὑπακούειν ἐπίστασαι, &c; *secunda* ad *eundem*, Τῷ αὐτῷ. Ὀρμῶν τι γράφειν σοι Βασιλεῦ, ἴσθι μὲν μοι τὴν προθυμίαν ἡ λύπη &c; *tertia* ad *eundem*, Τῷ αὐτῷ. Οὐχ' οἷον δ' ὅ, τι παρ' ἡμῶν ἠδικημένος τὴν ἐμὴν ἐλευθερίαν ἠθέλησας ἀφελέσθαι, &c; *quarta* ad *eundem*, Τῷ αὐτῷ. Οὐχ' ὥς τε τῶν παραδόξων ἢ τῶν ἄλλως ἡδέων ἀπαγγεῖλαι σοι βουληθεὶς ἐπιστέλλω ταυτί, ἀλλ' ἵνα &c; *quinta* ad *eundem*, Τοὺς ταῖς εὐεργεσίαις τάχιστα συνάπτοντας δὶς ἤδη διδόναι φησὶν ἡ τῶν Λατίνων σοφία· &c. *sexta* ad *Chium Medicum*, Τῷ Χίῳ Ἰατρῷ. Καὶ τὰ περὶ τῆς τέχνης &c; *septima* ad *Magnum Chartophylacem*, Τῷ μεγάλῳ Χαρτοφύλακι. Ἔπεμψά σοι τὸν λόγον ἀδίκως με συκοφαντίας ἐξαιρησόμενον, &c; *octava* ad *Joannem Tarchaniotam*, Τῷ Ταρχανειώτῃ. Ἔμελλεν ὁ χρυσὸς (2) Ἀπλησφάρης μιμήσεσθαι τὸν Δαβίδ· &c; *nona* ad *Despotam Theodorum*, Τῷ Δεσπότῃ Θεοδώρῳ· Ἀεί με διὰ πάντων εὐεργετῶν, &c; *decima* ad *Imp. Manuelem Palaeologum*, Τῷ Βασιλεῖ. - - καὶ αὐτός, ὅτι μετὰ λόγου τῶν λόγους &c; *undecima* ad *eundem*, Ὁ μὲν Λοΐζος ὡς ἔφησε &c; *duodecima* ad *eundem*, Τῷ αὐτῷ Βασιλεῖ - - - - νομίζαι τὸ σόφισμα, ἢ εἰ βούλει &c; *decima tertia* ad *eundem*, Τῷ αὐτῷ. - - - καὶ δέσμα καὶ τροφὰς &c. Notandum autem hîc praecipuè est, in suprà exhibitâ harum *tredecim Epistolarum* inscriptione generali *Demetrium Cydonium* cognominari τὸν ἀπὸ Θεσσαλονίκης, iisque verbis significari, *Demetrium* hunc, licet appelletur (3) *Cydonius*, reverâ tamen fuisse *Thessalonicensem*. Idem enim testatur *Raphael Volaterranus* Commentariorum Urbanorum lib. 15 his verbis: *DEMETRIUS CYDONIUS THESSALONICENSIS Vir doctus aquè ac sanctus, Graecâ Latinâq; facundiâ praeditus, patriâ dece-*

(1) *Epistolae hae multas ob causas dignissimae sunt, ut* Supplemento Corporis Historiae Byzantinae *posthac inserantur.*

(2) *De hoc* Aplesphare *Byzantinorum Duce vide Imp.* Joannis Cantacuzeni *Historiam Byzantinam lib. 3 cap.* 90.

(3) *Vide Lib. 1 horum Commentatior. pag.* 145.

decedens Mediolanum venit, ubi literis latinis pariter & Theologiæ operam dedit. (1) Thomæ Aquinatis Libros in Græcum vertit sermonem, qui hodiè in Bibliothecâ (2) Vaticanâ cernuntur. Scripsit & contra Eunomium de divinitate Filij. Postremò revertens, in CRETA substitit; ubi erogatis in pauperes bonis, in quodam ibi Cœnobio persanctè, citra tamen professionem, vixit, pariterq; defunctus est annis abhinc ferè ducentis. Hæc de *Demetrio Cydonio Raphaël Volaterranus.* Quibus supplendis & illustrandis hoc necessario addendum est, præcipuum locum commorationis *Demetrij* in Insulâ *Cretâ* fuisse Vrbem (3) CYDONEM sive CYDONIAM, vulgò nunc (4) *Caneam* dictam, atque inde illum se contulisse (5) *Byzantium* sive *Constantinopolim*, & propter eximiam eruditionem ac prudentiam suam *Imp. Joanni Cantacuzeno* evasisse carissimum & familiarissimum, ideóque eidem socium se adjunxisse, cùm is A. 1355 Imperio spontè se abdicans, &, mutato habitu, *Joasaphi Christoduli* nomen assumens, monasticam vitam ingressus est. Testatur enim hoc ipse *Imp. Joannes Cantacuzenus* Historiæ Byzantinæ lib. 14 cap. 16 his verbis: Συνείποντο δὲ αὐτῷ (τῷ Βασιλεῖ Ἰωάννῃ τῷ Καντακουζηνῷ) πρὸς τὴν ἐκ τοῦ βίου ἀναχώρησιν, καὶ ΚΑΒΑΣΙΛΑΣ ΝΙΚΟΛΑΟΣ, καὶ ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ Ο ΚΥΔΩΝΗΣ, σοφίας μὲν εἰς ἄκρον τῆς ἔξωθεν ἐπειλημμένοι, οὐχ ἧττον δὲ καὶ ἔργοις φιλοσοφοῦντες, καὶ τὸν σώφρονα βίον, καὶ τῶν ἐκ τοῦ γάμου κακῶν ἀπηλλαγμένον ᾑρημένοι. δι᾽ ἃ καὶ πολλῆς ἀξιοῦ ὁ Βασιλεὺς ἠξίου εὐμενείας, καὶ ἐν τοῖς πρώτοις μάλιστα τῶν φίλων ἦγε καὶ τῶν ὁμιλητῶν. Hoc est; *Adjungebant se ipsi* (nempe *Imp. Joanni Cantacuzeno*) *ad discessum è vitâ seculari socios NICOLAVS CABASILAS & DEMETRIVS CYDONIVS, qui externæ quidem sapientiæ fastigium attigerant, nihilo tamen minus etiam moribus philosophantes, vitam cælibem conjugaliúmq; perturbationum expertem amplexi fuerant, ideóq; præcipuum gratiæ, amicitiæ & familiaritatis locum apud Imperatorem obtinebant.* Item ejusdem Libri quarti capite trigesimo nono: Βασιλεὺς δὲ ὁ Καντακουζηνὸς ἐπεὶ πύθοιτο ἔνδον Βυζαντίου ὄντα Βασιλέα τὸν γαμβρὸν (Ἰωάννην Παλαιολόγον), τὸ μὲν ἐπὶ μάχας χωρεῖν καὶ φόνους ἀπηγόρευε παντάπασι· παρόντος δὲ καὶ ΚΥΔΩΝΗ, ὃς ἔνδον βασιλείων διέτριβεν ἀεὶ, οὐ μόνον διὰ τὴν εὐμένειαν, ἣν πολλὴν παρὰ Βασιλέως ἐκαρποῦτο, ἀλλ᾽ ὅτι καὶ ΤΟΙΣ ΠΡΑΓΜΑΣΙ (6) ΜΕΣΑΖΩΝ, ἀνάγκην εἶχεν ἀεὶ συν-

(1) *Vide suprà pag.* 173.

(2) *Vti etiam in Augustissimâ Bibliothecâ* Cæsareâ *Vindobonensi.*

(3) *Sic ea appellatur à* Plinio & Mela *nempe* Cydon; Cydonia *autè à* Strabone & Stephano *de Vrbibus.*

(4) *Vide* Abrah. Ortelij *Thesaurum Geographicum sub titulo* Cydonea.

(5) *Hinc etiam respectu istius commorationis* Byzantinæ *à nonnullis cognominatur* Byzantinus, *ut apud* Leonem Allatium *lib. 2 de Eccles. Occid. & Orient. perpet. Consens. cap.* 18 § 5 *colum* 856 *videre est.*

(6) *Vide* Joanis Meursij *Glossarium græco-barbarum v.* Μεσάζων, *&* R. P. Jacobi Goar *Notas in Georgij Codini Caput quintum de Officijs Magnæ Ecclesiæ & Aulæ Constantinopolitanæ, num.* 38.

συνεῖναι Βασιλεῖ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν, πρὸς Εἰρήνην Βασιλίδα τὴν γυναῖκα εἶπεν· Εἰ μὲν μὴ πρότερον ἐδέδοκτο ἡμῖν τῶν πραγμάτων ἀναχωρεῖν καὶ τῶν θορύβων, καὶ μοναχῶν ἐνδύντας σχῆμα, πρὸς τὴν μέλλουσαν ἐκείνην εὔκλειαν ἐπείγεσθαι καὶ εὐδοξίαν, οὐδὲν ἂν ἦν ἀναγκαιότερον, οὐδὲ μᾶλλον λυσιτελὲς ἐν τῷ παρόντι, ἢ &c. Hoc est: *Imp. Joannes Cantacuzenus, ubi cognovit generum suũ Imp. Joannem Palæologum jam intra Vrbem Byzantinam esse, ad pugnam & cædes procedere prorsus noluit; sed præsente CYDONIO, qui semper in Palatio degebat, nec solum quòd Imperatori esset carissimus, verùm etiam quòd* (1) *in rebus illis turbulentis Conciliatoris sive Mediatoris munere fungeretur, necesse habebat ab ipso nec noctu nec interdiu discedere, Conjugem suam Imperatricem Irenen compellavit his verbis: Siquidem nobis antehac non esset decretum à negotijs & turbis recedere, & monastico habitu indutos, ad futuram illam æternam gloriam claritatémq; festinare, nihil foret in præsens tàm necessarium, tàmq; utile, quàm* &c. Hæc de seipso ipse *Imp. Joannes Cantacuzenus.*

Quintò, & quidem fol. 278 pag. 1 & 2, *Sibyllæ Erythrææ Carmen fatidicum de Christo Servatore & de S. Cruce*; de quo vide plura (2) suprà in recensione Codicis CCLVIti num. 6.

CCLXII.

Ducentesimus sexagesimus secundus (3) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *chartaceus* mediocriter antiquus in *quarto*, constátque folijs *quinquaginta duobus*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim pertinuit. Continentur eo *Joannis Beccij* seu *Vecci*, *Patriarchæ Constantinopolitani*, *Epigraphæ in Sanctorum Patrum à se collecta Testimonia de Processione Spiritûs Sancti ex Patre & Filio*; quarum titulus & principium: Βέκκου. Κεφάλαιον α΄. Ἐπιγραφή. Χρήσεις διάφοροι γραφικαὶ συλλεχθεῖσαι εἰς ἀπόδειξιν τοῦ εἶναι τὸ Πνεῦμα καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ· μεθ' ἃς ἕτεραι χρήσεις &c. Ὁ Νύσσης Γρηγόριος ἐν τῇ εἰς τὸ Πάτερ ἡμῶν ὁμιλίᾳ &c. Vide (4) suprà Codicem CCLmum num. 14, & quidem fol. 241 pag. 1. Quod porrò ad ipsum *Joannem Beccum* seu *Veccum* attinet, is sub *Imp. Michaele Palæologo Patriarcha Constantipolitanus* electus est A.C. 1275 d. 26 Maij; à filio autem illius *Imp. Andronico Palæologo Imo* sive *Seniore* Patriarchatu dejectus est A. 1282 d. 26 Decembris, quoniam à concordiâ Ecclesiasticâ cum *Latinis* initâ recedere noluit, eandémque ob causám A 1298 sub finem mensis Martij in-

car-

(1) *Hic est verus & genuinus sensus verborum græcorum* τοῖς πράγμασι μεσάζων. Μεσάζων *enim idem hic est atq;* μεσιτῶν *vel* μεσίτης: *ideoq; corrigenda est R. P.* Jacobi Pontani *versio latina, in quâ* τοῖς πράγμασι μεσάζων *perperàm redditur* Comes rerũ privatarum. *Quanta enim inter* Conciliatorem pacis & concordiæ, *quem vulgò* Mediatorẽ *appellant, &* Comitem rerũ privatarum *sit differentia, vide Lib. IV horum Commentar. pag. 39.* (2) *Vide suprà pag. 172.* (3) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* centesimus octogesimus septimus. (4) *Vide suprà pag. 150.*

carcere obijt. Quâ de re vide *Georgij Pachymeris* Historiam Imperij *Michaelis Palæologi* lib. 5 cap. 24, & ejusdem Historiam Imperij *Andronici Senioris* lib. 3 cap. 29, cum doctissimis R.P. *Petri Possini* S. J. *Observationibus* Part. I lib. 3 cap. 6 § 4 & Part. II lib. 3 cap. 2 § 8 & 9. Iisdem *Observationibus* insertum etiam est *græcè* & *latinè Testamentum* ejusdem *Patriarchæ Joannis Becci*, paulo antè mortem in carcere conditum, Part. I pag. 541, 542 & 543.

CCLXIII.

Ducentesimus sexagesimus tertius (1) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *chartaceus* mediocriter antiquus, sed bonæ notæ in *folio*, constátque folijs *ducentis quindecim*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc.

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* centesimus octavus.

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 169 pag. 2, *Joannis Calecæ*, à patriâ suâ (2) *Apro Thraciæ urbe* cognominati (3) *Aprij* & (4) *Apreni*, seu potiùs (5) *Aprai*, qui (6) A.C. 1331 studio atque operâ (7) *Joannis Cantacuzeni*, tunc temporis sub *Imp. Andronico II* sive *Juniore* Magni Domestici, *Patriarcha Constantinopolitanus* electus est, *Homiliæ quinquaginta sex in Evangelia Dominicalia*, quarum *prima* inscribitur atque incipit his verbis: Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως Ἰωάννου τοῦ Καλέκα. Κυριακὴ τοῦ τελώνου καὶ τοῦ φαρισαίου. Ὁμιλία εἰς τὸ ῥητὸν τοῦ Εὐαγγελίου τῆς παραβολῆς τοῦ τελώνου καὶ τοῦ φαρισαίου. Ἡ εἰς τὸν τελώνην καὶ τὸν φαρισαῖον παραβολὴ καὶ ὑπόθεσις, ὥσπερ γυμνασία τις καὶ παρακίνησις ἐπενοήθη τοῖς ἁγίοις Πατράσι, &c; *secunda*, Κυριακὴ τοῦ ἀσώτου. Ἀγαθὸς μὲν ὁ Θεὸς πρὸς πάντας &c; *tertia*, Κυριακὴ τῆς ἀπόκρεω. Φοβερὰ ἡ ἡμέρα ἐκείνη τῆς δευτέρας τοῦ Χριστοῦ παρουσίας &c; *quarta*, Κυριακὴ τῆς τυροφάγου. Ἰδοὺ τὸ τῆς τεσσαρακοστῆς στάδιον &c; *quinta*, Κυριακὴ πρώτη τῶν ἁγίων νηστειῶν. Ἡ τεσσαρακονθήμερος αὕτη νηστεία &c; *sexta*; Κυριακὴ δευτέρα τῶν ἁγίων νηστειῶν. Ὁ τῆς ἁγίας τεσσαρακοστῆς καιρὸς &c; *septima*, Κυριακὴ τρίτη τῶν ἁγίων νηστειῶν. (8) Προτυπῶν καὶ διαγράφων ὁ μακά-

(2) *Vide* Stephanum *de Vrbibus lit. A, ubi authoritate* Theopompi *demonstrat*, Apron *esse fœminini generis, atque inde oriundum appellari* Ἀπραῖον.

(3) *Græcè* τοῦ Ἀπρίου. *Vide* Joannis Cantacuzeni *Histor. lib. 2 cap. 21, pag. 264 editionis Reg. Paris. græco-latinæ, ubi Apros vocatur* ἡ τῶν Ἀπρίων πόλις. (4) *Græcè* τοῦ Ἀπρηνοῦ. *Vide* Catalogum græcũ Patriarcharum Constantinopolitanorũ *in Propemptico Corporis Historiæ Byzantinæ pag. 37. Ibidē in* Carmine Jambico græco *de Patriarchis Constantinopolitanis pag. 36 appellatur idem Patriarcha ὁ κακοδαίμων Καλέκας Ἰωάννης.* (5) *Vide* Stephanum *de Vrbibus sub titulo* Ἀπρος. (6) *Sequor hîc Chronologiam Historicam R. P.* Philippi Labbei *S. I., quam vide Partis tertiæ paginâ* 182. Onuphrius *autem* Panvinius *in Chronico Ecclesiastico &* Marquardus Freherus *in Chronologiâ Iuris Græco-Romani initium Patriarchatûs* Joannis Calecæ *perperàm referunt ad annum Christi* 1341, *quo* Imp. Andronicus II *sive* Junior *obijt.* (7) *Vide ipsum* Joannem Cantacuzenum *Histor. Lib. 2 cap. 21.* (8) Oratio *hæc exstat* græcè *&* latinè *Tomo IIdo Syntagmatis R. P.* Jacobi Gretseri *S. I. de Sanctâ Cruce, colum. 1477, sed attribuitur ibi* Philotheo Patriarchæ Constantinopolitano.

ειος Μωυσῆς &c; *octava*, Κυριακὴ δʹ τῶν νηστειῶν. Μεσάσαντες τὸ πέλαγος, ἀδελφοὶ, τῆς ἐγκρατείας, &c; *nona*, Κυριακὴ εʹ τῶν νηστειῶν. Παρῆλθεν μὲν ὁ χειμὼν, &c; *decima*, Τῷ Σαββάτῳ τοῦ ἁγίου καὶ δικαίου Λαζάρου. Τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ τὰς κατὰ γῆν διατριβὰς ποιουμένου, &c; *undecima*, Τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ κυριακῇ τοῦ Πάσχα. Χαρᾶς ἡ ἡμέρα καὶ εὐφροσύνης &c; *duodecima*, Κυριακῇ τοῦ Θωμᾶ. Ἐπὶ τῇ λαμπροφόρῳ κυριακῇ &c; *decima tertia*, Κυριακῇ τῶν μυροφόρων. Καὶ ἡ παροῦσα κυριακὴ καὶ ἁγία ἡμέρα &c; *decima quarta*, Κυριακῇ τοῦ παραλύτου. Πολλῶν καὶ μεγάλων κακῶν ἡ ἁμαρτία πρόξενος γίνεται, &c; *decima quinta*, Κυριακῇ τῆς Σαμαρείτιδος. Καὶ σήμερον ἡμῖν τῶν εὐαγγελικῶν φρεάτων &c; *decima ſexta*, Κυριακῇ τοῦ τυφλοῦ. Τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ διαλεγομένου τοῖς Ἰουδαίοις &c; *decima ſeptima*, Κυριακῇ τῶν ἁγίων τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ Πατέρων. Μετὰ τὴν ἑορτὴν τῆς ἐνδόξου ἀναλήψεως τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μνήμην ἑορτάζομεν &c; *decima octava*, Κυριακῇ τῆς πεντηκοστῆς. Τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ τῇ μεγάλῃ τῆς ἑορτῆς &c; *decima nona*, Κυριακῇ πρώτῃ τῶν ἁγίων πάντων. Εἶπεν ὁ Κύριος· πᾶς ὅς τις ὁμολογήσει ἐν ἐμοὶ ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, &c; *vigeſima*, Κυριακῇ δευτέρᾳ. Ἐπειδὴ τῆς πρώτης καὶ θείας καὶ μακαρίας ζωῆς &c; *vigeſima prima*, Κυριακῇ τρίτῃ. Τῆς φιλαργυρίας οὐδὲν ἐστι χαλεπώτερον, &c; *vigeſima ſecunda*, Κυριακῇ τετάρτῃ. Οὐδὲν ἐστι τῆς ἀδιστάκτου καὶ καθαρᾶς πίστεως ἰσχυρότερον, &c; *vigeſima tertia*, Κυριακῇ πέμπτῃ. Πηγὴ πνευματικὴ καὶ σωτήριος προκλύζει ἡμᾶς &c; *vigeſima quarta*, Κυριακῇ ἕκτῃ. Εἰ τῶν μελισσῶν τὸ φιλόπονον &c; *vigeſima quinta*, Κυριακῇ ἑβδόμῃ. Τῷ καιρῷ ἐκείνῳ παράγοντι τῷ Ἰησοῦ, ἠκολούθησαν αὐτῷ &c; *vigeſima ſexta*, Κυριακῇ ὀγδόῃ. Ὁ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας φροντίζων καὶ κηδόμενος Κύριος &c; *vigeſima ſeptima*, Κυριακῇ ἐννάτῃ. Καὶ οἱ τοὺς ἑαυτῶν φίλους σωματικῶς τρέφειν βουλόμενοι &c; *vigeſima octava*, Κυριακῇ δεκάτῃ. Ὑπὲρ τῆς ἡμῶν ψυχικῆς σωτηρίας ὀφείλοντες σπουδάζειν &c; *vigeſima nona*, Κυριακῇ ἑνδεκάτῃ. Ποτὲ μὲν φανερῶς διαλέγεται ἐν τοῖς ἁγίοις εὐαγγελίοις &c; *trigeſima*, Κυριακῇ δωδεκάτῃ. Οὐδὲν οὕτως οἶδε θολοῦν, ἀγαπητοὶ, καὶ σκοτίζειν ἀνθρωπίνην διάνοιαν, ὡς &c; *trigeſima prima*, Κυριακῇ τρεῖς καὶ δεκάτῃ. Τὴν ἐκ τῆς διδασκαλίας ὠφέλειαν &c; *trigeſima ſecunda*, Κυριακῇ δεκάτῃ τετάρτῃ. Εἶπεν ὁ Κύριος τὴν παραβολὴν

τάυ-

τάυτlω· ὁμοιώθη ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθρώπῳ Βασιλεῖ, ὅς τις ἐποίησε γάμους τῷ υἱῷ αὐτοῦ, &c; *trigesima tertia*, Κυριακὴ δεκάτη πέμπτη. Εἰ οὐ τῶν ἀγρὸς τῶν ἀνθρώπων φυλάσσοντες γεωργοὶ &c; *trigesima quarta*, Κυριακὴ δεκάτη ἕκτη. Τlὼ ἐκ τῆς διδασκαλίας ὠφέλειαν &c; *trigesima quinta*, Κυριακὴ δεκάτη ἑβδόμη. Μέγα ἀγαθὸν εὐχὴ, &c; *trigesima sexta*, Κυριακὴ δεκάτη ὀγδόη, καὶ ἀρχὴ τοῦ Λουκᾶ. Τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἑστὼς ὁ Ἰησοῦς παρὰ τlὼ λίμνlω τlὼ Γεννησαρὲτ, &c; *trigesima septima*, Κυριακὴ δεκάτη ἐννάτη. Πασῶν τῶν ἀρετῶν ἀνωτέρα ἐστὶν ἡ ἀγάπη, &c; *trigesima octava*, Κυριακὴ εἰκοστή. Τὸ τῆς ἀναστάσεως μέγα μυστήριον &c; *trigesima nona*, Κυριακὴ εἰκοστὴ πρώτη. Ὥσπερ παράδεισος ἄλλος ἐστὶ πολυανθὴς &c; *quadragesima*, Κυριακὴ εἰκοστὴ δευτέρα. Ἀγαθὰ μὲν πάντα τὰ θεῖα λόγια &c; *quadragesima prima*, Κυριακὴ εἰκοστὴ τρίτη. Ὥσπερ τὰ σώματα ἡμῶν αἱ χρονικαὶ τῆς γῆς καρποφορίαι &c; *quadragesima secunda*, Κυριακὴ εἰκοστὴ τετάρτη. Καὶ μεγάλη ἀνάγκη πολλάκις καὶ σφοδροτάτη θλίψις &c; *quadragesima tertia*, Κυριακὴ εἰκοστὴ πέμπτη. Μέγα πρὸς ἀρετὴν ἐμπόδιον ἡ ὑπερηφανία καὶ ἡ ἔπαρσις, &c; *quadragesima quarta*, Κυριακὴ εἰκοστὴ ἕκτη. Ἡ πλεονεξία μέγα τοῖς ἀνθρώποις κακὸν, &c; *quadragesima quinta*, Κυριακὴ εἰκοστὴ ἑβδόμη. Ὁ Κύριος ἡμῶν καὶ Θεὸς διεξάγων τὸν Ἰουδαϊκὸν λαὸν, &c; *quadragesima sexta*, Κυριακὴ εἰκοστὴ ὀγδόη. Ὁ μακάριος Εὐαγγελιστὴς Λουκᾶς περιτίθησιν ἡμῖν σήμερον διὰ παραβολῆς &c; *quadragesima septima*, Κυριακὴ εἰκοστὴ ἐννάτη. Πολλοὺς καὶ διαφόρους τρόπους ἔδωκεν ἡμῖν ὁ Θεὸς εἰς τὸ κατεργάζεσθαι τὴν σωτηρίαν ἡμῶν &c; *quadragesima octava*, Κυριακὴ τριακοστή. Ὥσπερ δὲ ἀδηφαγίας μὲν γίνεται φλεγμονὴ &c; *quadragesima nona*, Κυριακὴ τριακοστὴ πρώτη. Ἥλιος δικαιοσύνης ἐστὶν ὁ Θεὸς, &c; *quinquagesima*, Κυριακὴ εἰκοστὴ δευτέρα. Πᾶσα μὲν ἀδικία καὶ ἁρπαγὴ καὶ πλεονεξία κακὴ, &c; *quinquagesima prima*, Κυριακὴ περὶ τῆς ὑψώσεως. Εἶπεν ὁ Κύριος· οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν &c; *quinquagesima secunda*, Κυριακὴ τῶν προπατέρων. Οἱ μὲν παλαιοὶ ἐκεῖνοι καὶ περὶ τοῦ νόμου θεῖοι ἄνδρες &c; *quinquagesima tertia*, Κυριακὴ περὶ τῆς Χριστοῦ γεννήσεως. Ὁ θεῖος Ἀπόστολος καὶ Εὐαγγελιστὴς Ματθαῖος πρῶτος πάντων τῶν ἄλλων Εὐαγγελιστῶν &c; *quinquagesima quarta*, Κυριακὴ μετὰ τὴν Χριστοῦ γέννησιν. Ἀναχωρησάντων τῶν Μάγων, ἰδοὺ Ἄγγελος Κυρίου φαίνεται

κατ' ὄναρ τῷ Ἰωσὴφ, &c; *quinquagesima quinta*, Κυριακὴ πρὸ τῶν φώτων. Ἀρχὴ τοῦ Εὐαγγελίου Ἰησοῦ Χριστοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ· ὡς γέγραπται ἐν τοῖς Προφήταις· ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω τὸν ἄγγελόν μου πρὸ προσώπου σου, &c; *quinquagesima* demùm *sexta* sive *ultima*, Κυριακὴ μετὰ τὰ φῶτα. Εἰ καὶ ἡ ἑορτὴ παρῆλθεν ἡμᾶς, &c. Notandum etiam est, *quinquagesimam primam* harum Orationum, quæ inscribitur, Κυριακὴ πρὸ τῆς ὑψώσεως, sive, *Dominicâ ante exaltationem Sanctæ Crucis*, atque incipit his verbis: Εἶπεν ὁ Κύριος· οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, &c; prorsùs eandem esse, quam R. P. *Jacobus Gretserus* S. J. Tom. II de Sanctâ Cruce à colum. 1363 usque ad col. 1372 *græcè & latinè* edidit, cum hâc Annotatione: *Hæc Oratio Viennâ Austriæ ad me venit beneficio R. P.* (1) *Georgij Sturmi, ex Societate nostrâ. Nomen præfert Joannis Calecæ Patriarchæ Constantinopolitani. Sed* (2) *quis & quotus iste Caleca. Epilogus hujus Homiliæ ab illis verbis,* ταῦτα τοίνυν εἰδότες *usque ad finem desumptus est ex Oratione Joannis Xiphilini, quam habes infrà, cujus initium est:* Πάλαι μὲν οὖν ἡ τοῦ Μωσέως ῥάβδος *&c; vel certè* (3) *Xiphilinus hinc exscripsit, si fortè Joannes Caleca Xiphilino antiquior est.* Hæc R. P. *Gretserus*; quæ quomodo respectu ætatis *Joannis Xiphilini* & *Joannis Calecæ* corrigenda sint, apparet ex *Notis marginalibus*, quas hîc è regione apposui. Ejusdem *Orationis* meminit etiam *Leo Allatius* in *Diatribâ de Symeonum scriptis* pag. 87 & 88, ubi omnia, quæ de *Joanne Calecâ* referuntur, benè se habent, præterquam quòd perperàm ibi legitur, eum ortum esse *apud APHROS*, cùm reverâ legendum sit *apud APRIOS* vel *APRÆOS*. Corrigendus etiam ibidem est *numerus capitis* Historiæ *Joannis Cantacuzeni*, & pro lib. 2 cap. 24 legendum est lib. 2 cap. 21.

Secundò, & quidem à fol. 169 pag. 2 usque ad fol. 198 pag. 1, *Nicetæ Scutariotæ Homiliæ tres*, quarum *prima*, (4) *Dominicâ Orthodoxiæ* habita, inscribitur atque incipit hoc modo: Κυριακὴ τῆς ὀρθοδοξίας· Ἑρμηνεία Νικήτα Σκουταριώτου. Καὶ οἱ διά τινος κλίμακος ἐπί τινα ὑψηλοτάτην περιωπὴν ἀνατρέχειν βουλόμενοι, &c; *secunda* autem in *Caput duodecimum Evangelij S. Joannis, Jesus ergò ante sex dies Paschæ venit Bethaniã, ubi Lazarus fuerat mortuus*, &c; sine ullâ peculiari inscriptione, utpote cujus locus, ubi ea minio scribi debuit, est

(1) *De hujus R. P.* Georgij Sturni *amicitiâ cũ V. CL.* Sebastiano Tengnagelio, *tertio ante me Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ Præfecto, vide Lib. I horũ Commentarior. pag.* 63.

(2) *Quis ille fuerit & quando Patriarcha Constantinopolitanus electus sit, paulo antè jam à me indicatum est.*

(3) *Minimè verò. Nam* Joannes Xiphilinus, *qui* A. C. 1078 *obijt, integris* ducentis quinquaginta tribus *annis antiquior est* Joanne Calecâ, *utpote qui A.* 1331 *in Patriarcham electus est. Unde sequitur,* Calecam *illa à* Xiphilino, *non autem* Xiphilinum *illa à* Calecâ *descripsisse.*

(4) *De hâc* Dominicâ orthodoxiæ *vide Lib. IV horum Commentar. pag.* 127.

est vacuus, incipit his verbis: Ὁ μὲν νοῦς τῶν προκειμένων ἡμῖν εἰς ἐξήγησιν εὐαγγελικῶν ῥημάτων τὴν σήμερον, &c; *tertia* deniq; *in Principium Evangelij S. Joannis*, peculiari inscriptione itidem carens, incipit his verbis: Τοῦ Πνεύματος ἡ δύναμις ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται; &c.

Tertiò, & quidem à fol. 198 pag. 1 usque ad fol. 215 pag. 1, *Theophylacti, Acridæ in Bulgariâ Archiepiscopi Homiliæ undecim in totidem Evangelia Officij matutini Resurrectionis Domini*; quarum *prima* inscribitur atque incipit hoc modo: Ἑρμηνεία κυροῦ Θεοφυλάκτου Βουλγαρίας εἰς τὰ ἑωθινὰ Εὐαγγέλια. Εὐαγγέλιον α. Οἱ δὲ ἕνδεκα μαθηταὶ ἐπορεύθησαν εἰς τὴν Γαλιλαίαν &c. Κατὰ τὸν Ἰωάννην ὤφθη τοῖς μαθηταῖς ὁ Ἰησοῦς κατ' αὐτὴν τὴν ἡμέραν τῆς ἀναστάσεως, τῶν θυρῶν κεκλεισμένων· εἶτα μεθ' ἡμέρας ὀκτὼ &c; *undecima* autem sive *ultima*, Τοῦ αὐτοῦ ἑωθινὸν ια. ἐκ τοῦ κατὰ Ἰωάννην. Εὐαγγέλιον ια. Ὅτε ἠρίστησαν, λέγει τῷ Σίμωνι Πέτρῳ· Σίμων Ἰωνᾶ ἀγαπᾷς με πλεῖον τούτων; &c. Ἐπειδὴ τέλος εἶχεν αὐτοῖς τοῦ ἀρίστου, τῷ Πέτρῳ τὴν προστασίαν τῶν τῆς οἰκουμένης προβάτων ἐγχειρίζει, &c. Notandum etiam est, in fine hujus ultimæ Homiliæ exstare subscriptionem aliquam græcam, quâ indicatur, Codicem hunc esse scriptum anno Mundi 7015, hoc est, anno Christi 1507.

CCLXIV.

Ducentesimus sexagesimus quartus (1) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *chartaceus*, mediocriter antiquus in *quarto*, constátq; folijs *centum quinquaginta septem*. Continentur eo (2) *Joannis Caleca, Patriarchæ Constantinopolitani, Homiliæ* (3) *viginti una in Evangelia Dominicalia*, quarum *prima* inscribitur atque incipit his verbis: Ἀρχὴ σὺν Θεῷ ἁγίῳ τοῦ Διδασκαλίου. Κυριακὴ τοῦ τελώνου καὶ τοῦ φαρισαίου εἰς τὸ Εὐαγγέλιον λόγος διδασκαλικός. Ἡ εἰς τὸν τελώνην καὶ φαρισαῖον παραβολὴ καὶ ὑπόθεσις ὥσπερ γυμνασία τις καὶ παράκλησις &c; *secunda*, Κυριακὴ τοῦ ἀσώτου λόγος διδασκαλικὸς εἰς τὸ Εὐαγγέλιον τῆς ἡμέρας. Ἀγαθὸς μὲν ὁ Θεὸς πρὸς πάντας &c; *tertia*, Κυριακὴ τῆς δευτέρας καὶ φρικτῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας εἰς τὸ Εὐαγγέλιον τῆς ἡμέρας. Φοβερὰ ἡ ἡμέρα ἐκείνη &c; *quarta*, Κυριακὴ εἰς τὴν ἐξορίαν τοῦ Ἀδὰμ λόγος διδασκαλικὸς εἰς τὸ Εὐαγγέλιον τῆς ἡμέρας.

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* ducentesimus tertius.

(2) *Vide supra pag.* 187.

(3) *Harum Homiliarū* priores quatuor *exstant etiam in proximè præcedenti Codice* CCLXIII, *& sunt ibi similiter* prima, secunda, tertia *&* quarta. *Unde patet, eas reverà esse* Joannis Calecæ, *non autem* Gennadij Scholarij, *ut in posteriori hoc Codice CCLXIVto manu recentiori in margine perperàm adnotatum est his verbis*: Γενναδίου Σχολαρίου.

ρεὺς. Ἰδοὺ τὸ τῆς τεσσαρακοστῆς στάδιον &c; *quinta*, Τῇ δευτέρᾳ τῆς ἁγίας τεσσαρακοστῆς λόγος ἐκλελεγμένος ἐκ πολλῶν βιβλίων διδασκαλικός. Ἔφθασε καιρὸς ἡ τῶν πνευματικῶν ἀγώνων ἀρχὴ &c; *sexta*, Τῇ δὲ τῆς πρώτης ἑβδομάδος διδασκαλία ὠφέλιμος πάνυ ἐκ πολλῶν βιβλίων. Νηστεύοντες, ἀδελφοὶ, σωματικῶς &c; *septima*, Τῇ παρασκευῇ τῆς πρώτης ἑβδομάδος λόγος διδασκαλικὸς εἰς τὸν μέγαν Θεόδωρον τὸν Τύρωνα. Δίκαιον ἡμῖν σήμερον, ἀγαπητοὶ ἀδελφοὶ, μετὰ τοῦ Δαβὶδ ἀναφθέγξασθαι &c; *octava*, Κυριακῇ πρώτῃ τῶν ἁγίων νηστειῶν τῆς ὀρθοδοξίας. Μακάριοι γὰρ φησὶν οἱ ἀκούοντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, καὶ φυλάσσοντες αὐτὸν &c; *nona*, Τῇ δευτέρᾳ τῆς δευτέρας ἑβδομάδος λόγος διδασκαλικὸς ἐκ πολλῶν βιβλίων. Ἡ ἁγία τεσσαρακοστὴ, ἀγαπητοὶ ἀδελφοὶ, παρόμοιός ἐστι κλίμακος, &c; *decima*, Τῇ δὲ τῆς δευτέρας ἑβδομάδος λόγος διδασκαλικὸς περὶ τοῦ Εὐαγγελίου. Γράφει ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐν τῷ εἰκοστῷ τετάρτῳ κεφαλαίῳ τοῦ Εὐαγγελιστοῦ Ματθαίου παραβολὴν &c; *undecima*, Τῇ παρασκευῇ τῆς δευτέρας ἑβδομάδος διδασκαλία ἐκ τοῦ Εὐαγγελίου. Γράφει ὁ Εὐαγγελιστὴς Ματθαῖος, μᾶλλον δὲ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς διὰ τοῦ Εὐαγγελιστοῦ λέγοντος· πᾶς ὁ ἄνθρωπος, ὅστις μου ἀκούει τοὺς λόγους τούτους, καὶ ποιεῖ αὐτοὺς, ὁμοιώσω αὐτὸν φρονίμῳ ἀνδρὶ, ὅστις ᾠκοδόμησε τὴν οἰκίαν αὐτοῦ ἐπὶ τὴν πέτραν, &c; *duodecima*, Κυριακῇ δευτέρᾳ τῶν ἁγίων νηστειῶν λόγος διδασκαλικὸς εἰς τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον τοῦ Εὐαγγελιστοῦ Μάρκου. (1) Ὁ τῆς ἁγίας τεσσαρακοστῆς καιρὸς, ἀδελφοί μου, &c; *decima tertia*, Τῇ δευτέρᾳ τῆς τρίτης ἑβδομάδος τῶν ἁγίων νηστειῶν λόγος διδασκαλικὸς ψυχωφελής. Ἰδοὺ χάριτι Χριστοῦ εἰς τὴν τρίτην ἑβδομάδα &c; *decima quarta*, Τῇ δὲ τῆς τρίτης ἑβδομάδος λόγος διδασκαλικὸς καὶ εἰς τὸν Προφήτην Ἰερεμίαν νεώσατε ἑαυτοῖς νεώματα. Ἡ κεν ἡμῖν σήμερον Ἰερεμίας ὁ Προφήτης, ὁ τοὺς ναοὺς παρασκευάζων &c; *decima quinta*, Τῇ παρασκευῇ τῆς τρίτης ἑβδομάδος λόγος διδασκαλικὸς εἰς τὸν ἅγιον Εὐαγγελιστὴν Λουκᾶν. Φέρε τοίνυν εἰς μέσον τὸν Εὐαγγελιστὴν Λουκᾶν λέγοντα &c; *decima sexta*, Κυριακῇ τρίτῃ τῶν ἁγίων νηστειῶν λόγος διδασκαλικὸς εἰς τὴν προσκύνησιν τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ, καὶ εἰς τὸ Εὐαγγέλιον. (2) Προτυπῶν καὶ προδιαγράφων ὁ μακάριος Μωυσῆς τὸν ζωοποιὸν καὶ θεῖον σταυρὸν &c; *decima septima*, Κυριακῇ τετάρτῃ τῶν ἁγίων

νηστειῶν

(1) *Hæc est in proxime præcedenti Codice CCLXIIItio Homilia sexta.*

(2) *Hæc est in proxime præcedenti Codice CCLXIIItio Homilia septima, & attribuitur alias* Philotheo Patriarchæ Constantinopolitano, *ut ibidem annotavi in margine.*

νηστειῶν διδασκαλία εἰς τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον τῆς ἡμέρας. (1) Οὐδὲν ἐστὶ τῆς ἀδιστάκτου πίστεως καὶ καθαρᾶς ἰσχυρότερον, &c; *decima octava*, Κυριακὴ ἕκτη τῶν νηστειῶν λόγος διδασκαλικὸς εἰς τὸ ῥητὸν τοῦ Εὐαγγελίου περὶ ταπεινώσεως καὶ ἐπιδέξεως. (2) Ἀγαθὰ μὲν πάντα τὰ θεῖα λόγια τοῦ Θεοῦ &c; *decima nona*, Κυριακὴ ἕκτη λόγος διδασκαλικὸς ἐκ περιοστῶν βιβλίων εἰς τὰ βαΐα καὶ εἰς τὸν Ἰούδαν. Ὁ μακάριος Ἀπόστολος καὶ Εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης, ὁ ἐπιστήθιος φίλος, ὁ τὴν θεολογίαν ὡς ἀστὴρ ἀναλαβόμενος ἐκ τοῦ κυριακοῦ σώματος, &c.; *vigesima*, Τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ κυριακῇ τοῦ Πάσχα λόγος εἰς τὴν ἁγίαν ἀνάστασιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Τὴν ἀνάστασιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἑορτάζομεν σήμερον, &c; *vigesima prima*, Ἕτερος λόγος διδασκαλικὸς εἰς τὴν αὐτὴν ἁγίαν ἀνάστασιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἡ ἀνάστασις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, Πατέρες καὶ ἀδελφοὶ, τὸ γένος ἔσωσε τῶν ἀνθρώπων &c.

(1) *Hac est in proximè præcedenti Codice* CCLXIIIItio. Homilia vigesima secunda.

(2) *Hac est in proximè præcedenti Codice* CCLXIIIItio *Homilia* quadragesima.

C C L X V.

Ducentesimus sexagesimus quintus (3) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *chartaceus* antiquus in *quarto*, constátque nunc folijs *ducentis & uno*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus *Constantinopoli*. Continentur eo hæc:

(3) *Fuit à olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* ducentesimus octogesimus nonus.

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 20 pag. 2, *Philothei Patriarchæ Constantinopolitani*, qui seculo post Christum *decimo quarto* sub Imperatoribus *Joanne Cantacuzeno* & *Joanne Palæologo*, floruit, *Oratio in S. Demetrium Martyrem*, cujus titulus & principium: Τοῦ Πατριάρχου Φιλοθέου ὁμιλία εἰς τὸν ἅγιον μεγαλομάρτυρα τοῦ Χριστοῦ Δημήτριον τὸν μυροβλύτην, καὶ εἰς τὸ εὐαγγελικὸν ῥητὸν τὸ, Ταῦτα ἐντέλλομαι ὑμῖν, ἵνα ἀγαπᾶτε ἀλλήλους. Δημήτριος ἡμῖν τοῦ τε συλλόγου καὶ τῶν λόγων ἀφορμὴ πρόκειται σήμερον, &c. Meminit hujus *Orationis Leo Allatius* in Diatribâ de Symeonũ Scriptis pag. 84 & 85. De autore autẽ illius *Philotheo* consulendus, inprimis, sed cautè legendus est, *Imp. Joannes Cantacuzenus* Historiæ Byzantinæ lib. 4 cap. 16, ubi eũ propter eximiã eruditionẽ tàm profanam quàm sacram, cum singulari sanctimoniâ vitæ conjunctam, vehementer laudat, & ex *Abbate Monasterij montis Atho* in *Episcopum Heracleæ Thraciæ* electum fuisse memorat; item capite 29, ubi summâ cum laude prædicat Episcopalem ipsius solicitudinem & diligentiam in liberandis captivis *Heracleensibus*; tùm capite 37, ubi refert

ele-

electionem ipsius in *Patriarcham Constantinopolitanum*, & modestissimam sanctissimámque *Patriarchatûs* administrationem maximis effert laudibus; adhæc capite 39, ubi exhibet saluberrimam ipsius admonitionem de non utendo *Barbarorum* auxilio contra *Christianos*; præterea capite 40, ubi narrat fugam ipsius & latitationem metu *Imp. Joannis Palæologi*; ac demùm capite 50, ubi recenset restitutionē ipsius in Patriarchatum Constantinopolitanum post *Patriarchæ Callisti* mortem his verbis: Πυθόμενος δὲ ὁ Βασιλεὺς Ἰωάννης ὁ Παλαιολόγος περὶ Πατριάρχου Καλλίστου ὅτι τελευτήσοι κατὰ τὴν πρεσβείαν, αὐτός τε ἐσκέπετο, ὅν τινα δεῖ τοῖς Πατριαρχικοῖς θρόνοις ἐγκαθιδρύειν, καὶ τοῖς Ἀρχιερεῦσιν ἐπέτρεπε συνελθοῦσι κατὰ τὸ ἔθος, καὶ διασκεψαμένοις τὸν προϊσόμενον αὐτῷ δηλοῦν. δόξαν δὲ πᾶσι τὸν Πατριάρχην ΦΙΛΟΘΕΟΝ ἐπανάγειν εἶναι δίκαιον, ἐπεὶ καὶ Βασιλεῖ τὰ ἴσα συνεδόκει· συνῄδει γὰρ αὐτῷ μὴ διὰ κακίαν ἀποστάντι τῆς ἀρχῆς, ἀλλ' ἑκόντι παραχωροῦντι, ἵνα μὴ διὰ φιλονεικίαν ταραχῆς πολλῆς καὶ διχοστασίας ἐμπλησθῇ ἡ ἐκκλησία, δι' ἃ δὴ καὶ φιλίως εἶχε πρὸς αὐτὸν, καὶ γινομένῳ τε ἐν βασιλείοις, ἡδέως συνῆν καὶ συνωμίλει, καὶ αὐτὸς ἐν ᾗ κατῴκει μονῇ γινόμενος, συνδιενυκτέρευεν αὐτῷ· πέμψας τοὺς υἱεῖς Ἀνδρόνικόν τε τὸν Βασιλέα καὶ τὸν Δεσπότην Μανουὴλ, καὶ τῶν συγκλητικῶν πολλοὺς, ἐπανήγαγεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ τοῖς Πατριαρχικοῖς ἐνίδρυσε θρόνοις· καὶ ΝΥΝ οἷα λύχνος ἐπὶ τὴν λυχνίαν τεθεὶς, ἐπὶ τὸ ἀληθινὸν φῶς τὴν πιστευθεῖσαν ἐκκλησίαν χειραγωγεῖ τοῖς τε ὑγιέσι τῆς εὐσεβείας δόγμασιν ἐκτρέφων, καὶ εὐεκτεῖν ὡς μάλιστα ποιῶν, καὶ τὰ ἤθη ῥυθμίζων, καὶ ὡς οἷόν τε τῆς ἀνιέρου ζωῆς ἐπανάγων ταῖς συχναῖς διδασκαλίαις καὶ παραινέσεσιν. Hoc est: *Cùm autem Imperator Joannes Palæologus intellexisset, Patriarcham CALLISTUM in legatione mortuum esse, & ipse circumspexit, quem in vacuâ Sede Patriarchali collocaret, & Archiepiscopis de more congregatis præcepit, ut, habitâ deliberatione, sibi significarent, quis Ecclesiæ præficiendus esse videretur. Censuerunt autem omnes Patriarcham PHILOTHEUM jure ac merito reducendum esse in pristinam sedem, cùm & ipsi Imperatori id placeret. Conscius enim illi erat, quòd non ob crimen aliquod Patriarchatu esset dejectus, sed sponte cessisset, ne per æmulationem Ecclesia turbis & seditione repleretur; quare etiam amabat eum, & quoties in Palatium veniret, jucundè cum eo colloquebatur, vicissimq; cùm ipse in Monasterium veniret, ubi ille degebat, noctem cum eo sermonibus transigebat. Missis igitur filijs suis Androni-*

co Collegâ Imperij & Manuele Despotâ, multisq; Proceribus, reduxit eum in Ecclesiam, & in solium Patriarchale restituit; ubi ille NVNC tanquam lucerna super candelabrum posita commissam sibi Ecclesiam ad verum lumen perducit, salutaribus pietatis dogmatibus eam enutriens, ac velut bonâ corporis habitudine corroborans, simul & mores reformans, &, quantum fieri potest, assiduis doctrinis & admonitionibus à vitâ hâc profanâ ad cœlestem provehens. Hæc de *Patriarchâ Philotheo* ipse *Imp. Joannes Cantacuzenus*, sub nomine *Joasaphi Christoduli* monachus.

Secundò, & quidem à fol. 21 pag. 1 usque ad fol. 60 pag. 2, ejusdem *Patriarchæ Philothei Orationes tres ad Imperatricem Helenam Cantacuzenam, Imp. Joannis Cantacuzeni filiam & Imp. Joannis Palæologi uxorem, de beatitudinibus Evangelicis*, quarum ipse Servator noster *Christus* apud *S. Matthæum* capite quinto meminit. Earum *prima* inscribitur atque incipit his verbis: Τῇ εὐσεβεστάτῃ Αὐγούστῃ καὶ θαυμαστῇ Βασιλίδι τῶν Ῥωμαίων κυρίᾳ Ἑλένῃ Φιλόθεος Πατριάρχης περὶ τῶν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ μακαρισμῶν. Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. Τοὺς βασιλικοὺς τῶν λόγων, ὦ συνετωτάτη καὶ θαυμαστὴ Βασιλὶς, τοῖς Βασιλεῦσι δεῖν οἶμαι περὶ τῶν ἄλλων εἰσφέρεσθαι· βασιλικοὺς δὲ λόγους ἐγώ φημι μάλιστα, οὐχ οὓς λογοποιοί τε καὶ ῥήτορες &c; *secunda*, Περὶ τῶν αὐτῶν λόγος δεύτερος. Μακάριοι οἱ πεινῶντες καὶ διψῶντες τὴν δικαιοσύνην, ὅτι αὐτοὶ χορτασθήσονται. Καὶ τοῖς ἐπὶ γῆς βασιλεῦσι στρατηγούς τε καὶ δημαγωγοὺς &c; *tertia*, Περὶ τῶν αὐτῶν λόγος τρίτος. Μακάριοι οἱ εἰρηνοποιοὶ, ὅτι αὐτοὶ υἱοὶ Θεοῦ κληθήσονται. Οἱ τοὺς στεφάνους ὑμῖν τοὺς βασιλικοὺς, ὑψηλοτάτη Βασιλὶς, πλέκοντες, οὐχ ἅπαξ μόνον καὶ δὶς &c. Si quis porrò scire desideret, quantis virtutibus *Imperatrix Helena*, ad quam *tres* illæ *Orationes* habitæ sunt, prædita fuerit, is consulat *Imp. Joannis Cantacuzeni* Historiam Byzantinam lib. 4 cap. 34, ubi amplissimum ejus & elegantissimum inveniet encomium.

Tertiò, & quidem à fol. 61 pag. 1 usque ad fol. 69 pag. 2, ejusdem *Patriarchæ Philothei* Στιχηρὰ sive *Cantica duo Ecclesiastica in honorem & laudem defuncti Gregorij Palamæ Archiepiscopi Thessalonicensis*, unà cum *Acoluthia* sive *Officio Ecclesiastico* in ejusdem *Gregorij memoriam*. Primum *Canticum* inscribitur atque incipit his verbis: Τοῦ αὐτοῦ Στιχηρὸν εἰς τὸν ἐν ἁγίοις Πατέρα ἡμῶν Γρηγόριον Ἀρχε-

χιεπίσκοπον Θεσσαλονίκης τὸν Θαυματουργόν. Εὐφραίνου ἐν Κυρίῳ πόλις Θεσσαλονίκη, &c; *secundum* autem. Χάρις τῆς εὐσεβείας φωστὴρ &c. Sequitur deinde *Acoluthia* sive *Officium* hoc modo: Τοῦ αὐτοῦ Πατριάρχου Ἀκολουθία εἰς τὸν ἐν ἁγίοις Πατέρα ἡμῶν Γρηγόριον Ἀρχιεπίσκοπον Θεσσαλονίκης τὸν Θαυματουργόν. Πάτερ ἱερὲ Γρηγόριε, σὺ τὸν Θεὸν ἐκ παιδὸς ἀγαπήσας ἐξέφυγες ὑλικὴν προσπάθειαν &c. Ibidem nominatim etiam fit mentio *Barlaami Calabri* & *Gregorij Acyndini* tanquam hæreticorum à *Gregorio Palamâ* convictorum. Plura de hoc *Gregorio Palamâ*, ut & de *Barlaamo Calabro* & de *Gregorio Acyndino*, vide apud *Imp. Joannem Cantacuzenum* in Historiâ Byzantinâ suorum temporum, & apud *Leonem Allatium* in Opere doctissimo de Ecclesiæ Occidentalis & Orientalis perpetuâ consensione lib. 2 cap. 16 & 17; ubi inter ea, quæ ad rem præsentem maximè pertinet, columnâ 823 & 824 sunt hæc: *Alia quoq; GREGORIUM PALAMAM scripsisse non dubito, hominem nugacissimum & procacissimum, qui semper scriptorum mole & multiloquentiâ, non argumentorum robore, adversarios opprimere conatur. Nullas habet veneres, nullum ingenij acumen; satis illi est, si, quæ alij ante ipsum dixerunt, luculentiore calamo percurrat & chartis illinat; sub pietatis specie ubiq; venenum spirat. Et tamen hunc improbissimum hominem, ac si unus & præcipuus ex Sanctis & Doctoribus foret, nonnulli ex Græcis inter SANCTOS collocârunt, &, HYMNIS ac alijs CANTICIS editis, in Ecclesiâ celebrârunt, & nunc quoq; celebrant. Quæ in Triodio de illo afferuntur, à PHILOTHEO Patriarchâ Constantinopolitano malè assuta alibi examinavimus. Collectoris etiam sive Editoris incogitantiâ factum est, ut in Tomo IX Bibliothecæ Patrum, in duarum Orationum titulo, quarum ipse auctor fuerat, SANCTISSIMUS nuncupetur. Quod maximè improbavit Gennadius Patriarcha, Græcos alloquens pro Concilio Florentino: Vos Græcos, quamvis flagitiosissimos & stultissimos, si solùm adversus Latinos dicant, omnium sanctissimos arbitramini; inter alios quidem multos, quendam, qui vocatur PALAMAS, & Ephesi Marcum, hominem nec satis mentis compotem, sed tumidum sapientiæ ostentatorem; nullâ virtute vel sanctitate subnixos, quia loquuntur & scribunt solùm contra Latinos, extollitis & celebratis, eorúmq; imagines exornatis, festúmq; agentes diem, colitis & veluti Sanctos adoratis. Quod pace tanti viri liceat dixisse falsum est. Exceptâ enim Thessalonicâ, & nonnullis in monte Atho Monasterijs, nullus ex Græcis hoc ævi jam prædictos dignos tantâ commemoratione existimat; imò etiam decreto vetitum*

titum

titum est, ne quis in posterum de ijs Officia in Ecclesiâ celebret; *licet de PALAMA OFFICIUM ab illius secta aliquo per summum nefas in Triodio editum fuerit.* Hucusque *Allatius.* Consule etiam Librum quartum horum Commentariorum pag. 326 & 327.

Quartò, & quidem à fol. 70 pag. 1 usque ad fol. 87 pag. 1, ejusdem *Patriarchæ Philothei Epistola ad Petriotam Barlaami Calabri sectatorem, quòd uti Sancta Trinitas unus est Deus, sic etiam una sit Deitas, & de divinâ operatione.* Ipsa tituli græci verba cum principio *Epistolæ* sunt hæc: Τῷ Πετριώτῃ, ὅτι ὥσπερ εἷς Θεὸς ἡ ἁγία Τριὰς, οὕτω καὶ μία ἡ Θεότης, καὶ περὶ θείας ἐνεργείας. Χθὲς καὶ πρώτιστά μοι τις τῶν συνήθων ἀγγελίαν ἧκε κομίζων, &c.

Quintò, & quidem à fol. 88 pag. 1 usque ad fol. 111 pag. 2, ejusdem *Patriarchæ Philothei Dissertatio ad Magnum Domesticum Palæologum de Deitate*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρχου κυροῦ Φιλοθέου. Τῷ εὐγενεστάτῳ μεγάλῳ Δομεστίκῳ τῷ Παλαιολόγῳ περὶ τοῦ ἐν τοῖς πρὸς Εὐνόμιον ἀντιρρητικοῖς τοῦ ἁγίου Βασιλείου ῥητοῦ, τοῦ λέγοντος· ὁ γὰρ τετοκὼς βώλους δρόσου κατὰ τὸν Ἰὼβ λόγον, οὐχ ὁμοίως τάς τε βώλους καὶ τὸν υἱὸν ὑπεστήσατο· καὶ περὶ Θεότητος. Ἄγε δὴ καὶ πάλιν, φίλων ἀνδρῶν εὐγενέστατε καὶ φιλομαθέστατε, πρὸς τὰς λύσεις ἴωμεν τῶν σῶν ζητημάτων, &c.

Sextò, & quidē à fol. 111 pag. 2 usq; ad fol. 166 pag. 1, ejusdē *Patriarchæ Philothei ad eundē Magnū Domesticū Palæologū Dissertatio de divinâ Christi* (1) *Transfiguratione in Monte Thabor, & de lumine, quod ibi discipulis apparuit.* Ipsa tituli græci verba cum principio Dissertationis sunt hæc: Πρὸς τὸν αὐτὸν περὶ τῆς ἐν Θαβωρίῳ θείας τοῦ Χριστοῦ μεταμορφώσεως, ὅτι οὔτε οὐσία Θεοῦ τὸ κατ' αὐτὴν φῶς, οὔτε κτίσμα, ἀλλ' ὅτι εἶδον αὐτὸ οἱ Ἀπόστολοι, καὶ πῶς εἶδον, καὶ ὅτι οὐ σιωπᾶσθαι δεῖ περὶ τούτου λόγους κατά τινας χρὴ, ἀλλὰ καὶ κηρύττεσθαι, καὶ πρὸς τὴν μετοχὴν μάλιστα σπεύδειν πάντας τοῦ θείου φωτὸς ἐκείνου. Ἐπεὶ δὲ τὰς λέξεις καθ' ἡμῶν συκοφαντίας τε καὶ καινοτομίας &c. Judicium de hâc ut & proximè præcedenti *Patriarchæ Philothei* Dissertatione, vide apud *Leonem Allatium* Lib. 2 de Eccles. Occident. & Orient. perpetuâ Consensione cap. 17 § 2.

(1) *Vide Evangel.* S. Matthæi cap. 17 & S. Marci cap. 9.

Septimò, & quidem à fol. 167 pag. 1 usque ad fol. 174 pag. 2, *Gregorij Sinaitæ Capita triginta quinque de Quiete asceticâ sive monasticâ*, quorum *Proœmium* inscribitur atque incipit his verbis: Τοῦ ἁ-

γίου Γρηγορίου τοῦ Σιναΐτου εἴδησις περὶ (2) ἡσυχίας. Προοίμιον. Ἰδοὺ κατὰ τὴν κέλευσίν σου &c. Ipsum autem Caput primum inscribitur atque incipit hoc modo: Κεφάλαιον ά περὶ τῶν τρόπων τῆς προσευχῆς. Δύο τρόποι εἰσὶν ἑνώσεως, μᾶλλον δὲ εἴσοδοι ἑκατέρωθεν τῆς νοερᾶς προσευχῆς, &c. In fine demùm *Capitis trigesimi quinti* sive *ultimi* exstat hæc subscriptio: Τέλος τῶν τριάκοντα πέντε κεφαλαίων τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Σιναΐτου.

(1) *De Monachis Græcis, qui à quiete & animo imperturbato* κατ᾽ ἐξοχὴν *sive per excellentiam* Ἡσυχασαὶ, *& ob meditandi modum* Ὀμφαλόψυχοι *sive* Vmbilicanimi *dicti sunt, vide* Leon. Allat. *lib. 2 de Eccles. Occid. & Orient. perpet. Consens. cap. 17 § 2, colū. 828 & 829.*

Octavò, & quidem à fol. 175 pag. 1 usque ad fol. 189 pag. 2, anonymi cujusdam Autoris *Dissertatio Theologica de æternâ entium origine*; cujus titulus & principium: Ἀπόδειξις διὰ ἐπιβολῶν τινῶν ἀναγκαίων νομιζομένων, ὅτι ἐδύνατο ἐξ ἀϊδίου γεγεννηκέναι τὰ ὄντα καὶ ἀνατροπὴ ταύτης, καὶ ἔλεγχος τῆς ἀπάτης τῆς δοκούσης ἐκ τῶν ἐπιχειρημάτων ἀνάγκης. Δόξειεν ἂν τισιν ἴσως ἐπεσκεμμένοις οὐκ ἄνευ πειθοῦς τινος καὶ λογικῆς δῆθεν ἀνάγκης, ὡς ἄρα οὐκ ἀδύνατον ἦν συνυπάρχειν ἐξ ἀϊδίου τῷ δημιουργῷ τοῦ παντὸς τὰ ἴδια κτίσματα, πρῶτον μὲν ὅτι &c.

Nonò, & quidem à fol. 190 pag. 1 usque ad fol. 197 pag. 1, anonymi cujusdam Autoris *Epistola de Deitate*, cujus principium sine ullâ inscriptione est hoc: Τοῖς παρὰ μικροῦ μοι σταλεῖσι τῆς σῆς συνέσεως γράμμασιν ἐντετυχηκὼς, λίαν ἐθαύμασα, πῶς παρ᾽ ἡμῶν πολλάκις ἀκηκοὼς, ὅτι μίαν ἁπλῆν Θεότητα πρεσβεύομεν &c.

Decimo, & quidem à fol. 198 pag. 1 usque ad fol. 201 pag. 2, *Neophyti Hieromonachi Oratio encomiastica in S. Myronem Metropolitam Ephesi*; cujus titulus & principium est: Ἐγκώμιον Νεοφύτου Ἱερομονάχου τοῦ εὐσχήμονος εἰς τὸν πανιερώτατον καὶ θεῖον Μητροπολίτην Ἐφέσου Μύρωνα. Καθάπερ ἐπὶ τῶν διὰ χειρὸς ἑκάστοτε γινομένων ἀνδριάντων, ὅταν μὲν ὁ ἀνδριὰς σιδηροῦς ὢν τυγχάνει ἢ καὶ χαλκοῦς, &c.

CCLXVI.

Ducentesimus sexagesimus sextus (2) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in *quarto*, constatque nunc folijs *quadringentis septem*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus *Constantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 2 pag. 1 *Index græcus* eorum, quæ continentur toto hoc Codice.

(2) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* centesimus quinquagesimus quintus.

Secun-

Secundò, & quidem à fol. 3 pag. 1 usque ad fol. 85 pag. 2, (1) *Nicolai Cabasilæ Archiepiscopi Thessalonicensis Libri quinque de Vitâ in Christo*, quorum *primus* inscribitur atque incipit his verbis: Τοῦ σοφωτάτου κυροῦ Νικολάου Καβάσιλα τοῦ Χαμάιτου περὶ τῆς ἐν Χριστῷ ζωῆς λόγος πρῶτος, ὅτι διὰ τῶν θείων συνίσταται μυστηρίων τοῦ Βαπτίσματος, τοῦ μύρου, καὶ τῆς ἱερᾶς κοινωνίας. Ἡ ἐν Χριστῷ ζωὴ φύεται μὲν ἐν τῷδε τῷ βίῳ, καὶ τὰς ἀρχὰς ἐντεῦθεν λαμβάνει, τελειοῦται δὲ ἐπὶ τοῦ μέλλοντος &c; *secundus*, Περὶ τῆς ἐν Χριστῷ ζωῆς λόγος δεύτερος, τίνα συντέλειαν τὸ θεῖον αὐτῇ παρέχεται βάπτισμα. Τὸ μὲν οὖν ἐν τοῖς ἱεροῖς μυστηρίοις τὴν ἱερὰν ζωὴν συνεστάναι &c; *tertius*, Περὶ τῆς ἐν Χριστῷ ζωῆς λόγος τρίτος, καὶ τίνα συντέλειαν αὐτῇ παρέχεται τὸ θεῖον μύρον. Οὕτω δὲ πνευματικῶς συστάντας, καὶ τοῦτον γεγεννημένους τὸν τρόπον, &c; *quartus*, Περὶ τῆς ἐν Χριστῷ ζωῆς λόγος τέταρτος, τίνα συντέλειαν αὐτῇ δίδωσιν ἡ ἱερὰ κοινωνία. Μετὰ δὲ τὸ μύρον, ἐπὶ τὴν τράπεζαν ἴωμεν· &c; *quintus*, Περὶ τῆς ἐν Χριστῷ ζωῆς λόγος πέμπτος, πῶς αὐτὴν ἀπὸ τῶν μυστηρίων λαβόντες, φυλάξομεν. Ἃ μὲν οὖν τῆς ἐν Χριστῷ ζωῆς εἰς αὐτὸν τὸν Χριστὸν ἀναφέρει, καὶ ὧν ἐκείνῳ μόνῳ προσῆκε, ταῦτά ἐστιν· ἐπεὶ, δὲ &c; Primus hos *quinque Libros* unà cum *sexto* ex Bibliothecâ Electorali Bavaricâ in lucem edidit R. P. *Jacobus Pontanus* S. J. Ingolstadij typis Adami Sartorij A. 1604 in quarto, sed tantùm *latinè*. Notandum etiam, est, *Librum* illum, qui in hoc Codice MSto *Cæsareo* est *quintus*, in jam memoratâ editione Pontani latinâ rectè appellari & reverâ esse *Librum sextum*. Quâ de re vide plura paulo pòst nempe num. 10, & proximè sequentem Codicem CCLXVII num. 20.

Tertiò, & quidem à fol. 85 pag. 2 usque ad fol. 97 pag. 2, ejusdem *Nicolai Cabasilæ Oratio in sanctam & Salutarem Passionem Domini & Servatoris nostri* Jesu *Christi*; cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ λόγος εἰς τὰ ἅγια καὶ σωτήρια πάθη τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἄκουε οὐρανὲ, καὶ ὁ τῶν Ἀγγέλων ἅπας κύκλος, &c.

Quartò, & quidem à fol. 97 pag. 2 usque ad fol. 103 pag. 2, ejusdem *Nicolai Cabasilæ Oratio in Ascensionem Domini nostri* Jesu *Christi*; cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ λόγος εἰς τὴν ἀνάληψιν τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Αἱ χάριτες μὲν ἐπὶ τῶν προτέρων χρόνων ἐξ οὐρανοῦ &c.

(1) *Vide de ipso ejúsque Scriptis* Leon. Allat. *lib.* 2 *de Occid. & Orient. Eccles. perpet. consens. cap.* 17 § 9, *& ejusdem Diatribam* de Nilis *pag.* 54. 55 *&* 56. *Consule etiã suprà Librũ hunc* quintum *pag.* 12 *&* 179, *ubi agitur de* Nilo *Archiepiscopo Thessalonicensi*, Nicolai *hujus* Avunculo, *qui à plerisque perperam cum ipso* Nicolao *confunditur; item pag.* 183, *ubi agitur de* Demetrio Cydonio, *qui A. C.* 1355 *cum* Imp. Joañe Cantacuzeno *& jam memorato* Nicolao Cabasilâ *monasteriũ ingressus est.*

Quin-

Quintò, & quidem à fol. 104 pag. 1 usque ad fol. 112 pag. 2, ejusdem *Nicolai Cabasilæ Expositio in visionem Prophetæ Ezechielis, in quâ super quatuor animalia similitudo throni, & super similitudinem throni similitudo velut hominis.* Ipsa tituli græci verba cum principio *Expositionis* sunt hæc: Τοῦ αὐτοῦ σημασία εἰς τὴν ὅρασιν τοῦ Προφήτου Ἰεζεκιὴλ, ἐν ᾗ ἐπὶ τῶν τεσσάρων ζώων ὁμοίωμα θρόνου, καὶ ἐπὶ τοῦ ὁμοιώματος τοῦ θρόνου ὁμοίωμα ὡς εἶδος ἀνθρώπου. Πᾶσα προφητεία καὶ θεωρία καὶ ὅρασις &c.

Sextò, & quidem à fol. 112 pag. 2 usque ad fol. 117 pag. 2, ejusdem *Nicolai Cabasilæ Expositio in visionem Prophetæ Ezechielis, in quâ ossa hominum arida priorem recuperant speciem.* Ipsa tituli græci verba cum principio *Expositionis* sunt hæc: Τοῦ αὐτοῦ σημασία εἰς τὴν ὅρασιν τοῦ Προφήτου Ἰεζεκιὴλ, ἐν ᾗ τὰ ὀστᾶ ξηρὰ τῶν ἀνθρώπων τὸ πρότερον ἀπολαμβάνουσι εἶδος. Τὴν τοῦ Θεοῦ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους ἐπιδημίαν &c.

Septimò, & quidem à fol. 118 pag. 1 usque ad fol. 130 pag. 1, ejusdem *Nicolai Cabasilæ Oratio in Nativitatem Sanctissimæ Dominæ nostræ Deiparæ*; cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ λόγος εἰς τὴν γέννησιν τῆς ὑπεραγίας Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου. Καὶ πρῶτα μὲν τὸν Θεὸν ἐνταῦθα καλῶμεν, &c.

Octavò, & quidem à fol. 130 pag. 1 usque ad fol. 137 pag. 2, ejusdem *Nicolai Cabasilæ Oratio in Annunciationem Sanctissimæ Dominæ nostræ Deiparæ*; cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ λόγος εἰς τὸν εὐαγγελισμὸν τῆς ὑπεραγίας Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου. Εἴ ποτε δεῖ χαίρειν ἄνθρωποι &c.

Nonò, & quidem à fol. 137 pag. 2 usqe ad fol. 138 pag. 2, *Epistolæ tres*, quarum *prima*, quæ est *Nicolai Cabasilæ* ad quendam *anonymum*, inscribitur atque incipit hoc modo: Τοῦ Καβάσιλα. Ἐλπίζομεν ὑπὲρ ἀγαθῶν μεγάλων τῇ πόλει καὶ ταύτην ἂν σοι γενέσθαι ὁδὸν &c; *secunda* ejusdem *Cabasilæ* ad *Demetrium Cydonium*, Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν Κυδώνην. Οὐκ οἶδα πρὸς ποίαν βλέπων λόγων ἰδέαν &c; *tertia Demetrij Cydonij* ad *Nicolaum Cabasilam*, Τοῦ Κυδώνη πρὸς τὸν Καβάσιλα. (1) Τὴν μὲν οὖσαν αἰτίαν εἰ βούλει μαθεῖν τοῦ μὴ μέχρι νῦν ἐλθεῖν σοι τὸν λόγον &c.

(1) *Vide etiam suprà pag.* 184.

Decimò, & quidem à fol. 139 pag. 1 usque ad fol. 146 pag. 1, *Nicolai Cabasilæ Liber quintus de Vitâ in Christo, quo agitur de consecra-*

cra.

cratione Altaris. Inſcribitur autem is ibi tanquam peculiaris & ſeparatus aliquis Tractatus hoc modo: Τοῦ Καβάσιλα Θεωρία εἰς τὸ κατὰ τὴν τῶν θείων (1) ναῶν καθιέρωσιν μυστήριον. Τῶν μὲν ἱερῶν μυστηρίων ὁ λόγος οὗτος, καὶ ταύτην ἡμῖν ἔχει πρὸς τὴν ἀληθῆ ζωὴν τὴν παρασκευὴν ἐπεὶ δὲ τὸ θυσιαστήριον πάσης ἐστὶν ἀρχὴ τελετῆς, &c.

Undecimò, & quidem à fol. 147 pag. 1 uſque ad fol. 156 pag. 2, ejuſdem *Nicolai Cabaſilæ Oratio encomiaſtica in S. Theodoram Theſſalonicenſem*, cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ Ἐγκώμιον εἰς τὴν ὁσίαν μητέρα ἡμῶν καὶ μυροβλυτίδα Θεοδώραν. Ἐμοὶ δὲ πολλῶν τὰ σὰ θαυμαζόντων, ὦ μυροβλύτις, &c.

Duodecimò, & quidem à fol. 160 pag. 1 uſque ad fol. 166 pag. 2, ejuſdem *Nicolai Cabaſilæ Oratio de Vſurâ ſive contra Fœneratores*; cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ λόγος περὶ τόκου. Εἰσὶν οἵ φασι, τὸν ἀναιροῦντα τὸν τόκον νόμον &c. Orationem hanc primus in luce n edidit R. P. *Jacobus Pontanus* S. J. Ingolſtadij typis Sartorianis A. 1604 in quarto cum ejuſdem *Nicolai Cabaſilæ Libris ſex de Vitâ in Chriſto*, ſed itidem ut illos, tantùm *latinè.*

Decimo tertiò, & quidem à fol. 167 pag. 1 uſque ad fol. 232 pag. 2, anonymi cujuſdam *Magiſtri*, qui (2) *Symeon Sethus* eſſe videtur, *Oratio encomiaſtica in S. Gregorium Nazianzenum, Patriarcham Conſtantinopolitanum*, cujus titulus & principium: Τοῦ σοφωτάτου καὶ ῥητορικωτάτου Μαγίστρου λόγος ἐγκωμιαστικὸς πρὸς τὸν ἐν ἁγίοις Πατέρα ἡμῶν καὶ οἰκουμενικὸν διδάσκαλον, Ἀρχιεπίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως Γρηγόριον τὸν Θεολόγον. Οὐχ ὅπως οὐδ᾽ ἂν εἰς ὁμιλίαν τῶν πάντων, οὐδ᾽ ὅπως τι οὐκ ἐμοὶ νεμεσῆσαι, οὐδ᾽ ἀπονοίας &c.

Decimo quartò, & quidem à fol. 233 pag. 2 uſque ad fol. 317 pag. 2, ex *Photij Patriarchæ Conſtantinopolitani Bibliothecâ*, ſive *Recenſione Librorum à ſe lectorum, Codex ducenteſimus vigeſimus ſecundus*, quo continentur *Excerpta ex Jobij Monachi Libris novem de Oeconomiâ Chriſti*, ſive, *de Verbo incarnato & Redemptionis humanæ myſterio*; & *Codex ducenteſimus vigeſimus tertius*, quo continentur *Excerpta ex Theodori*, ſeu potiùs (3) *Diodori, Epiſcopi Tarſenſis Libris octo contra Fatum.* Ipſa tituli græci verba cum principijs *Excerptorum* utriuſque Codicis ſunt hæc: Ἐκ τῆς ἀπογραφῆς καὶ συναριθμήσεως τῶν ἀναγνωσθέντων τῷ ἁγίῳ Φωτίῳ Πατριάρχῃ γεγονότι Κωνσταντινουπόλεως, ὅσα καὶ ἀπὸ τῶν τοῦ Μοναχοῦ ΙΩΒΙΟΥ ἐννέα λόγων ὡς ἀναγκαῖα πρὸς δήλωσιν τοῦ τε εἴδους τῆς γραφῆς ἐκείνου, τῆς τε δυνάμεως

(1) Immò ὁ θυσιαστηρίου ſive Altaris tantùm.

(2) Solet enim illi etiam in alijs nonnullis Codicibus MStis Græcis titulus Μαγίστρου καὶ Ῥήτορος antonomaſticè attribui.

(3) Vide Davidis Hœſchelij & R. P. Andreæ Schotti S. I. Notas & Scholia ad Bibliothecæ Photianæ editionem græco-latinam Rothomagenſem anni 1653 in folio, columna 662.

καὶ ἀλλοτρόπως ἐξέθετο. καὶ τὸ κατὰ εἱμαρμένης ΘΕΟΔΩΡΟΥ Ἐπισκόπου Ταρσοῦ. Ἀνεγνώσθη βιβλίον ΙΩΒΙΟΥ μοναχοῦ ἐν λόγοις μὲν ἐννέα, &c. Ἀνεγνώσθη βιβλίον ΘΕΟΔΩΡΟΥ Ἐπισκόπου Ταρσοῦ κατὰ εἱμαρμένης ἐν λόγοις μὲν ὀκτώ, &c.

Decimo quinto, & quidem à fol. 318 pag. 1 usque ad fol. 353 pag. 2, *Tomus condemnationis sectatorum Barlaami Calabri & Gregorij Acindyni, à Synodo Constantinopolitanâ, in Palatio Blachernensi habitâ, compositus & editus* (1) *anno Mundi secundùm vulgarem Ecclesiæ Constantinopolitanæ supputationem 6859, sive anno Christi 1351. mense Augusto Indictionis quartæ, nec solùm Callisti Patriarchæ Constantinopolitani aliorúmque multorum Metropolitarum, verùm etiam ipsorum Imperatorum Joannis Cantacuzeni & Joannis Palæologi subscriptionibus confirmatus.* Ipsa tituli græci verba cum principio *Tomi* sunt hæc: Τόμος ἐκτεθεὶς παρὰ τῆς θείας καὶ ἱερᾶς Συνόδου, τῆς συγκροτηθείσης κατὰ τῶν φρονούντων τὰ τοῦ Βαρλαὰμ τε καὶ Ἀκινδύνου ἐπὶ τῆς βασιλείας τῶν εὐσεβῶν καὶ ὀρθοδόξων Βασιλέων ἡμῶν Καντακουζηνοῦ καὶ Παλαιολόγου. Οὔτε τὴν κατὰ τῆς ἐκκλησίας τοῦ κοινοῦ πολεμίου μανίαν ἀγνοεῖν οὐδένα νομίζομεν, οὔτε τὴν παρὰ τοῦ Σωτῆρος ῥοπήν, &c. In fine autem indicatur *tempus*, compositionis & promulgationis ejusdem Tomi his verbis: Ἔτους ,ϛωνθʹ κατὰ μῆνα Αὔγουστον τῆς δʹ ἐπινεμήσεως ἐγένετο ὁ Τόμος. Sequuntur deinde ibidem *subscriptiones Imperatorum Joannis Cantacuzeni & Joannis Palæologi*, ut & *Patriarchæ Constantinopolitani Callisti* & variorum *Metropolitarum*, nec non præcipuorum Ministrorum *Magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ S. Sophiæ*; quarum notitia cùm historiæ illorum temporum multum lucis afferat, integras eas hîc subjungo: Ἔχει (ὁ Τόμος) καὶ ὑπογραφὰς δι' (2) ἐρυθρῶν γραμμάτων, τῶν βασιλικῶν καὶ θείων χειρῶν, τό,

Ἰωάννης ἐν Χριστῷ τῷ Θεῷ πιστὸς Βασιλεὺς καὶ
Αὐτοκράτωρ τῶν Ῥωμαίων, ὁ Καντακουζηνός·
καί,
Ἰωάννης ἐν Χριστῷ τῷ Θεῷ πιστὸς Βασιλεὺς καὶ Αὐτοκράτωρ τῶν
Ῥωμαίων, ὁ Παλαιολόγος.

Ἀλλὰ δὴ καὶ τὴν τοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρχου·

Κάλλιστος ἐλέῳ Θεοῦ Ἀρχιεπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως Νέας
Ῥώμης καὶ οἰκουμενικὸς Πατριάρχης.

Εἶτα τὰς τῶν ἱερωτάτων Ἀρχιερέων·

(1) Hinc patet, Synodum illam in R. P. Philippi Labbei S. I. Chronologiâ Historicâ minùs rectè referri ad annum Christi 1350.

(2) Notabilis locus de subscriptione Imperatorum rubricatâ.

Ὁτα-

Ὁ ταπεινὸς Μητροπολίτης Ἡρακλείας, (1) Πρόεδρος τῶν Ὑπερτίμων καὶ (2) Ἔξαρχος πάσης Θρᾴκης καὶ Μακεδονίας, Φιλόθεος·

Ὁ ταπεινὸς Μητροπολίτης Θεσσαλονίκης, Ὑπέρτιμος καὶ Ἔξαρχος πάσης Θετταλίας, Γρηγόριος.

Ὁ Κυζίκου Ἀρσένιος ὁρίσας ὑπέγραψα·

Ὁ Μητροπολίτης Φιλαδελφείας, Ὑπέρτιμος καὶ Ἔξαρχος πάσης Λυδίας, καὶ καθολικὸς Κριτὴς τῶν Ῥωμαίων, Μακάριος·

Ὁ ταπεινὸς Μητροπολίτης Χαλκηδόνος, Ὑπέρτιμος καὶ Ἔξαρχος πάσης Βιθυνίας, Ἰάκωβος.

Ὁ ταπεινὸς Μητροπολίτης Μελενίκου, Ὑπέρτιμος καὶ καθολικὸς Κριτὴς τῶν Ῥωμαίων, Μητροφάνης.

Ὁ ταπεινὸς Μητροπολίτης Ἀμασείας καὶ Ὑπέρτιμος·

Ὁ ταπεινὸς Μητροπολίτης Ποντοηρακλείας καὶ Ὑπέρτιμος Μεθόδιος·

Ὁ ταπεινὸς Μητροπολίτης Πηγῶν καὶ Παρίου Ὑπέρτιμος, Γεώργιος.

Ὁ ταπεινὸς Μητροπολίτης Βερῥοίας, Ὑπέρτιμος καὶ τὸν τόπον ἐπέχων Τυάνων, Διονύσιος.

Ὁ ταπεινὸς Μητροπολίτης Τραπεζοῦντος καὶ Ὑπέρτιμος, Νίφων·

Ὁ ταπεινὸς Μητροπολίτης Τραϊανουπόλεως, Ὑπέρτιμος καὶ Ἔξαρχος πάσης Ῥοδόπης, Γερμανός.

Ὁ ταπεινὸς Μητροπολίτης Σηλυβρίας, Ὑπέρτιμος καὶ τὸν τόπον ἐπέχων Κοτυαείου, Ἡσαΐας·

Ὁ ταπεινὸς Μητροπολίτης Ἄνδρου, Ὑπέρτιμος καὶ τὸν τόπον ἐπέχων τῶν Εὐχαΐτων, Γαβριήλ·

Ὁ ταπεινὸς Μητροπολίτης Ἀμάστριδος καὶ Ὑπέρτιμος, Καλλίνικος·

Ὁ ταπεινὸς Μητροπολίτης Ἀίνου, Ὑπέρτιμος, Δανιήλ.

Ὁ ταπεινὸς Μητροπολίτης Σουγδαίας καὶ Ὑπέρτιμος, Εὐσέβιος·

Ὁ ταπεινὸς Μητροπολίτης Βρύσεως καὶ Ὑπέρτιμος, Θεοδώρητος.

Ὁ ταπεινὸς Μητροπολίτης Μαδύτων καὶ Ὑπέρτιμος, Ἰάκωβος.

(1) *Notabilis locus de Præside Hypertimorum. De significatione autem tituli* Hypertimus, *quatenus is* Metropolitis *tribuitur, vide* Joannis Meursij *Glossarium Græco-barbarum sub voce* Ὑπέρτιμος, *ut & sub voce* Ἔξαρχος.

(2) *De hujusmodi* Exarchis Provinciarum Ecclesiasticis *vide* Leon. Allat. *lib.* I *de Eccles. Occid. & Orient. perpet. Consens. cap.* 8.

Ὁ τα-

Ὁ ταπεινὸς Μητροπολίτης Βιζύης καὶ Ὑπέρτιμος, Νεόφυτος·
Ὁ ταπεινὸς Μητροπολίτης Γαρέλλης καὶ Ὑπέρτιμος, Ἰωαννίκιος.
Ὁ ταπεινὸς Μητροπολίτης Μηδείας καὶ Ὑπέρτιμος, Εὐθύμιος·
Ὁ ταπεινὸς Μητροπολίτης Τενέδου καὶ Ὑπέρτιμος, Ἰωσήφ.
Ὁ ταπεινὸς Μητροπολίτης Καλλιουπόλεως καὶ Ὑπέρτιμος, Ἰωσήφ.
Ὁ ταπεινὸς Μητροπολίτης Ἐξαμιλίου·
Ὁ ταπεινὸς Μητροπολίτης Σωζοπόλεως, Θεοδόσιος.

Ἦσαν καὶ διὰ γνωμῶν οὗτοι·
Ὁ Ἀδριανουπόλεως, ὁ Χριστουπόλεως, ὁ Διδυμοτείχου.

Παρῆσαν τῇ Συνόδῳ καὶ Ἐπίσκοποι·
Τοῦ μὲν Ἡρακλείας, ὁ Πανίου, ὁ Χαριουπόλεως, ὁ Παμφίλου, ὁ Ἀθύρας·
Τοῦ δὲ Θεσσαλονίκης, ὁ Καμπανίας·
Τοῦ Σάρδεων, ὁ Σινάου·
Τοῦ Τραϊανουπόλεως, ὁ Ἐλευθερουπόλεως·

Διαλαθόντα τὰ ἑξῆς δύο, ὕστερον προσετέθη·
Ὁ ταπεινὸς Μητροπολίτης Διδυμοτείχου καὶ Ὑπέρτιμος, Θεόληπτος·
Ὁ Λιτίτζης Μητροπολίτης, βεβαιῶν ὑπέγραψα.

Αἱ ὑπογραφαὶ τῶν Ἐκκλησιαστικῶν·
Ὁ μέγας Χαρτοφύλαξ τῆς ἁγιωτάτης τοῦ Θεοῦ μεγάλης Ἐκκλησίας, καὶ Ὕπατος τῶν Φιλοσόφων, ὁ Ἀμπαρις.
Ὁ μέγας Σκευοφύλαξ, Εὐθύμιος ὁ Ἀπόκαυχος·
Ὁ Σακελλίου τῆς ἁγιωτάτης τοῦ Θεοῦ μεγάλης Ἐκκλησίας καὶ Ἀρχιδιάκονος, Μιχαὴλ ὁ Καβάσιλα.
Ὁ Ῥαιφερένδαριος τῆς ἁγιωτάτης τοῦ Θεοῦ μεγάλης Ἐκκλησίας, Μανουὴλ ὁ Σίλβεστρος.
Ὁ ἐπὶ τῶν δεήσεων τῆς ἁγιωτάτης τοῦ Θεοῦ μεγάλης Ἐκκλησίας, Θεόδωρος Διάκονος ὁ Περδίκης·
Ὁ Σκευοφύλαξ τοῦ ἐναγοῦς βασιλικοῦ Κλήρου, Γεώργιος Διάκονος ὁ Περδίκης·
Ὁ ἐπὶ τῆς ἱερᾶς καταστάσεως τῆς ἁγιωτάτης τοῦ Θεοῦ μεγάλης Ἐκκλησίας, Μιχαὴλ Διάκονος ὁ Μαιάκης.

Ὁ Ἀρ-

Ὁ Ἄρχων τῶν Μοναστηρίων, Διάκονος ὁ Χωνειάτης.

Meminit hujus *Tomi* ipſe *Imp. Joannes Cantacuzenus* Hiſtoriæ Byzantinæ lib. 4 cap. 23, ubi refert *tres* diverſas *Synodos* contra *Barlaamum* & *Acyndinum* eorúmq; *ſectatores Conſtantinopoli* eſſe habitas, totidémque *Tomos condemnationis* contra eoſdem editos eſſe; quorùm ille, de quo in præſens agitur, fuerit *tertius*. Ipſa ejus verba ſunt hæc: Οὕτω μὲν καὶ ὁ ΤΡΙΤΟΣ ΤΟΜΟΣ, ἀκόλουθος τοῖς ΔΥΣΙ προτέροις ἐγεγόνει, καὶ τὰ αὐτὰ κατεψηφίσατο τῶν τὰ Βαρλαὰμ καὶ Ἀκινδύνου ᾑρημένων· ὃν Πατριάρχης τε ὁ ΚΑΛΛΙΣΤΟΣ μετὰ τῶν Ἀρχιερέων ὑπογέγραφε, καὶ Βασιλεὺς πρὸ αὐτῶν ὁ ΚΑΝΤΑΚΥΖΗΝΟΣ, ὕστερον δὲ καὶ ὁ ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΟΣ ΙΩΑΝΝΗΣ Βασιλεὺς ὁ νέος, σύμψηφος γενόμενος τῇ ἐκκλησίᾳ, ἐρυθροῖς καὶ αὐτὸς γράμμασιν ὑπεσημήνατο. ἐπεὶ δὲ πάντα εἶχε τέλος τὰ περὶ τὴν ἐξέτασιν τῶν δογμάτων, καὶ ὁ ΤΟΜΟΣ οὐδενὸς ἐδεῖτο ἔτι, Καλλίστου τοῦ Πατριάρχου ἐν τῷ νεῷ τῆς τοῦ Θεοῦ Σοφίας τὴν θείαν ἐπιτελοῦντος μυσταγωγίαν μετὰ τῶν λοιπῶν Ἀρχιερέων, καὶ Βασιλεὺς ὁ Καντακουζηνὸς πᾶσαν σκευὴν βασιλικὴν ἐνδὺς, καὶ τῶν ἀδύτων ἐντὸς γενόμενος, Πατριάρχῃ καὶ τῇ λοιπῇ τῶν Ἀρχιερέων ἐκκλησίᾳ τὸν ΤΟΜΟΝ ἐπιδέδωκε. Μετὰ τοῦτο δὲ οἱ τὰ Βαρλαὰμ καὶ Ἀκινδύνου ᾑρημένοι ὑπὸ Βασιλέως καὶ Πατριάρχου τοῦ Καλλίστου ἐκελεύσθησαν μηδὲν περὶ δογμάτων, μήτε λέγειν, μήτε γράφειν, ἵνα μὴ διαφθείρωσιν τοὺς ἀκεραιοτέρους ἐξαπατῶντες. Hoc eſt: *Sic igitur TERTIUS quoq; TOMUS poſt DUOS priores compoſitus eſt, & eadem, quæ antea, adverſus Barlaami & Acyndini ſectatores decreta ſunt. Subſcripſit autem illi Patriarcha CALLISTUS cum Archiepiſcopis, & ante hos primo loco Imp. JOANNES CANTACUZENUS, ſecundo autem Imperator junior JOANNES PALÆOLOGUS, qui Eccleſiæ conſentiens, & ipſe rubricatis literis ſubſignavit. Diſcuſſione ergò dogmatum penitùs abſolutâ, & TOMO planè jam perfecto, Calliſto Patriarchâ in Templo S. Sophiæ ſive Sapientiæ Dei cum reliquis Archiepiſcopis Sacrum celebrante, Imp. Joannes Cantacuzenus, omni imperatorio ornatu ſolenniter indutus, & intra adyta admiſſus, Patriarchæ & reliquo Archiepiſcoporum cœtui TOMUM tradidit. Quo facto, ſectatores Barlaami & Acyndini ab Imperatore & Patriarchâ juſſi ſunt de dogmatibus ſuis nihil unquam ampliùs vel dicere vel ſcribere, ne rectè ſentientes fallacijs ſuis perverterent.* Hucuſque *Imp. Joannes Cantacuzenus.* Cæterùm quid *Latini* de *Synodis* illis

& *Tomis Græcorum*, contra *Barlaamum* & *Acyndinum* habitis atque editis, censeant, vide apud *Leonem Allatium* lib. 2 de Occid. & Orient. Eccles. perpet. Consens. cap. 16 & 17, & apud R. P. *Philippum Labbeum* S. J. in Synopsi Historicâ Conciliorum omnium an. 1347, & in Chronologiâ Historicâ universali an. 1350.

Decimo sextò, & quidem à fol. 353 pag. 2 usque ad fol. 356 pag. 2, *Davidis Monachi compendiaria & perspicua Declaratio hæreseos Barlaami & Acyndini*; cujus titulus & principium: Τοῦ τιμιωτάτου ἐν μοναχοῖς κυροῦ Δαβὶδ σύντομος καὶ σαφὴς δήλωσις περὶ τῆς τοῦ Βαρλαὰμ καὶ Ἀκινδύνου αἱρέσεως. Ὁ Βαρλαὰμ ἑλληνικοῖς προσκείμενος δόγμασιν, ἐνόμιζε μηδὲν ἄλλο φῶς εἶναι θεῖον, εἰ μὴ τὴν γνῶσιν καὶ τὴν ματαίαν φιλοσοφίαν τῶν ἑλληνικῶν μαθημάτων· διὸ &c.

Decimo septimò, & quidem à fol. 356 pag. 2 usque ad fol. 358 pag. 2, *ex Philothei Patriarchæ Constantinopolitani Libro quinto contra Philosophum* (1) *Nicephorum Gregoram, Acindynianæ causæ strenuum & constantem defensorem, Excerpta nonnulla*, quæ inscribuntur atque incipiunt his verbis: Τοῦ μακαριωτάτου Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Φιλοθέου ἀπὸ τοῦ τέλους τοῦ πέμπτου λόγου αὐτοῦ, τοῦ πρὸς τὸν Φιλόσοφον τὸν Γρηγορᾶν. Ἐν μὲν δὴ καὶ πρῶτον διακρίσεως εἶδος ὁ τῆς καθ' ἡμᾶς ἱερᾶς Συνόδου ΤΟΜΟΣ φησὶ, τῆς θείας οὐσίας δηλονότι πρὸς τὴν θείαν ἐνέργειαν &c.

(1) *Vide* Imp. Joannis Cantacuzeni *Histor. lib.* 4 *cap.* 24.

Decimo octavò, & quidem à fol. 359 pag. 1 usque ad fol. 388 pag. 1, *ex Imp. Joannis Cantacuzeni Capitibus contra Paulum natione Latinum, Episcopi Constantinopolitani titulo præditum, Excerpta nonnulla*, quorum titulus & principium: Τοῦ Βασιλέως τοῦ Καντακουζηνοῦ ἀπὸ τῶν κεφαλαίων, ὧν ἔγραψε πρὸς τὸν ἐκ Λατίνων Παῦλον, Ἐπίσκοπον καλούμενον Κωνσταντινουπόλεως. Ὅτι κατ' οὐσίαν ὁ Θεὸς ἀπρόσιτος ἐστὶ καὶ Ἀγγέλοις καὶ ἀνθρώποις καὶ ἀψύχοις, καὶ οὐ τοῖς μὲν μᾶλλον, &c.

Decimo nonò, & quidem à fol. 388 pag. 1 usque ad fol. 392 pag. 2, *ex ejusdem Imperatoris Joannis Cantacuzeni Capitibus contra Monachum Isaacum Argyrum Excerpta nonnulla*, quorum titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ ἀπὸ τῶν Κεφαλαίων τῶν πρὸς τὸν μοναχὸν Ἰσαὰκ τὸν Ἀργυρόν. Περὶ τῶν ἑπτὰ πνευμάτων, ἤτοι τῶν θείων ἐνεργειῶν τοῦ παναγίου Πνεύματος, ἅπερ οἱ ἀντιλέγοντες τῇ ἐκκλησίᾳ κτίσματα φασὶ εἶναι, αὐτίκα τοίνυν ὁ μέγας Βασίλειος &c.

Vige-

Vigesimò, & quidem à fol. 393 pag. 1 usque ad fol. 398 pag. 1, *S. Joannis Chrysostomi & aliorum quorundam Sanctorum Patrum notabilia loca de Luctu & Lachrymis, ab anonymo quodam Autore collecta rogatu* (1) *Isidori Metropolitæ Thessalonicensis.* Ipsa tituli græci verba cum principio Excerptorum sunt hæc: Τοῦ Χρυσοστόμου καὶ ἄλλων ἁγίων περὶ πένθους καὶ δακρύων. Πενθεῖν χρὴ καὶ δακρύειν ἡμᾶς καὶ κόπτεσθαι &c. In fine autem exstat hæc rubricata subscriptio: Ἐτελειώθη δι' εὐχῶν τοῦ παναγιωτάτου ἡμῶν Δεσπότου καὶ θειοτάτου Μητροπολίτου Θεσσαλονίκης κυροῦ Ἰσιδώρου.

(1) *Meminit ejus* Symeon Archiepiscopus Thessalonicensis *in Dialogo contra Hæreses.* *Vide* Leon. Allat. *Diatribam de* Nilis *&* *eorum scriptis pag.* 54.

Vigesimo primò, & quidem à fol. 398 pag. 2 usque ad fol. 407 pag. 1, *Nicolai Cabasilæ Libellus de Syllogismo*, cujus titulus & principium: Τοῦ σοφωτάτου κυροῦ Νικολάου Καβάσιλα περὶ Συλλογισμοῦ. Ἄτομον ἐστὶ, τὸ ἐν ἀριθμῷ, οἷον ὅδε ὁ ἄνθρωπος, &c. Meminit quidem hujus Libri etiam *Leo Allatius* in Diatribâ de *Nilis* & eorum Scriptis pag. 56, tanquam *Mediolani* in *Bibliothecâ Ambrosianâ* sub nomine *Nicolai Cabasilæ* exstantis, sed inscribitur is ibi atque incipit hoc modo: Περὶ Συλλογισμῶν. Σκοπός ἐστι τῷ συντάγματι διδάξαι τὸ εἶδος τοῦ συλλογισμοῦ &c.

CCLXVII.

Ducentesimus sexagesimus septimus (2) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *chartaceus* antiquus & optimæ notæ in *quarto*, constátque folijs *quadringentis quindecim.* Continentur eò hæc:

(2) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* trecentesimus trigesimus septimus.

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 13 pag. 2, *Nicolai Cabasilæ Archiepiscopi Thessalonicensis Oratio in Nativitatem Beatissimæ Virginis Deiparæ*; cujus titulus & principium: Τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου καὶ τοῖς ὅλοις ἁγιωτάτου κυροῦ Νικολάου Καβάσιλα τοῦ καὶ Χαμαετοῦ λόγοι διάφοροι καὶ συντάγματα. Λόγος α΄ εἰς τὴν ὑπερένδοξον τῆς ὑπερευλογημένης Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου γέννησιν. Καὶ πρῶτα μὲν τὸν Θεὸν ἐνταῦθα καλῶμεν, &c. Vide etiam proximè præcedentem Codicem CCLXVItum num. 7.

Secundò, & quidem à fol. 14 pag. 1 usque ad fol. 20 pag. 2, ejusdem *Nicolai Cabasilæ Oratio in S. Nicolaum Episcopum Myrensem*; cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ λόγος, εἰς τὸν ἐν ἁγίοις Πατέρα ἡμῶν μέγαν Ἱεράρχην μυροβλύτην καὶ θαυματουργὸν Νικόλαον. Ἐπεὶ δὲ πάντα ἀπήντησεν ἡμῖν παρά σου, ὦ ποιμένων ἄριστε, &c.

Tertiò, & quidem à fol. 21 pag. 1 usque ad fol. 27 pag. 2, ejusdem *Nicolai Cabasilæ Oratio in Annunciationem Beatissimæ Virginis Deiparæ*

para, itidem ut in proximè præcedenti Codice CCLXVIto num. 8.

Quartò, & quidem à fol. 28 pag. 1 usque ad fol. 39 pag. 1, ejusdem *Nicolai Cabasilæ Oratio in salutarem Passionem Domini nostri JESV Christi*, itidem ut in superiori Codice CCLXVIo num. 3.

Quintò, & quidem à fol. 39 pag. 2 usque ad fol. 45 pag. 1, ejusdem *Nicolai Cabasilæ Oratio in Ascensionem Christi*, itidem ut in superiori Codice CCLXVIto num. 4.

Sextò, & quidē à fol. 45 pag. 2 usq; ad fol. 55 pag. 1, ejusdē *Nicolai Cabasilæ Oratio in Obitum & Assumptionem Beatissimæ Virginis Deiparæ*; cujus titulus & principium: Λόγος τοῦ αὐτοῦ εἰς τὴν πάνσεπτον καὶ ὑπερένδοξον κοίμησιν τῆς ὑπεραγίας Δεσποίνης ἡμῶν καὶ παναχράντου Θεοτόκου. Τοῦ νῦν ἀγῶνος ὡς οὐδὲν ἂν γένοιτο μεῖζον, &c.

Septimò, & quidem à fol. 56 pag. 1 usque ad fol. 84 pag. 1, ejusdem *Nicolai Cabasilæ Oratio encomiastica in S. Martyrem Demetrium*; cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ ἐγκώμιον εἰς τὸν ἔνδοξον τοῦ Χριστοῦ μεγαλομάρτυρα καὶ θαυματουργὸν καὶ μυροβλύτην Δημήτριον. Πολλῶν ὄντων καὶ μεγάλων ὑμνοῦν συνιδεῖν ῥαδίων, &c.

Octavò, & quidem fol. 84 pag. 2, *Nili Cabasilæ Archiepiscopi Thessalonicensis Epistola ad Sororis suæ filium Nicolaum Cabasilam de proximè præcedenti Oratione in laudem S. Demetrij Martyris, tanquam ipso S. Joanne Baptistâ majoris.* Ipsa tituli græci verba cum principio *Epistolæ* sunt hæc: Ἐπιστολὴ τοῦ πρὸς μητρὸς θείου κυροῦ Νικολάῳ τῷ Καβάσιλα ἁγιωτάτου Μητροπολίτου Θεσσαλονίκης κυροῦ Νείλου· ἡ δὲ αἰτία δήλη, δι' ἣν καὶ ὧδε τέτακται. Περὶ τῆς ἐννοίας τῶν συγγραμμάτων σου, ἣν ἐν αἰτίαις ποιοῦνταί τινες, ἦλθεν ἡ τούτων φήμη γίνωσκε καὶ ἕως ἡμῶν, καὶ ἠρώτησα ἐπὶ τίνι ἡ μέμψις, καὶ ἤκουσα τὴν σύγκρισιν εἶναι τὴν ἐνοχλοῦσαν αὐτούς· δείκνυται γὰρ ἐκ τοῦ λόγου, μείζονα τοῦ Προδρόμου τὸν Μυροβλύτην, &c. Notandum autem præcipuè est, *Nilum Archiepiscopum Thessalonicensem* in inscriptione sive titulo hujus *Epistolæ* expressè appellari τὸν πρὸς ΜΗΤΡΟΣ θεῖον sive *AVVNCVLVM Nicolai Cabasilæ*, idémque confirmari à *Georgio Phranze* Chronici sui lib. 2 cap. 5, ubi *Nicolai Cabasilæ mater* æquè manifestè vocatur *Nili Archiepiscopi Thessalonicensis soror.* Corrigenda ergò est *Leonis Allatij* Diatriba de *Nilis* & eorum Scriptis pag. 50, ubi *Nicolaus* Cabasila perperàm appellatur *Nili ex FRATRE nepos*; Similiter etiam emendandus est *Index Nilorum*, jam citatæ Diatribæ præfixus, ubi legitur: *XIV. Nilus Cabasila Archie-*

chiepiscopus Thessalonicensis, & illius occasione de Nicolao Cabasilâ ejus *PATRVO*. Scribendum enim est: *& illius occasione de Nicolao Cabasilâ SORORIS EIVS FILIO*, seu, ut vulgò loquuntur, *NEPOTE EIVS EX SORORE*. Quâ de re vide plura apud ipsum *Allatium* lib. 2 de Occid. & Orient. Eccles. perpetuâ Consensione cap. 18 § 9.

Nonò, & quidem à fol. 85 pag. 2 usque ad fol. 93 pag. 2, ejusdem *Nicolai Cabasilæ Expositio in visionem Prophetæ Ezechielis de similitudine throni super quatuor animalia & de similitudine velut hominis super similitudinem throni*, itidem ut in proximè præcedenti Codice CCLXVIto num. 5.

Decimò, & quidem à fol. 94 pag. 1 usque ad fol. 99 pag. 1, ejusdem *Nicolai Cabasilæ Expositio in visionem Prophetæ Ezechielis de ossibus hominum aridis*, itidem ut in superiori Codice CCLXVto num. 6.

Secundò, & quidem à fol. 7 pag. 1 usque ad fol. 11 pag. 1, *Excerpta quædam miscellanea ex Joannis Climaci* Scalâ Paradisi, ex *Gerontico* sive *Opere de Vitis Patrum*, ex *Patriarchæ Lucæ Institutionibus asceticis* sive *monasticis*, ex *Joannis Episcopi Citrensis Responsionibus ad Episcopum Dyrrachij Cabasilam*, & ex *Symeonis Archiepiscopi Thessalonicensis Monitis de Vitâ asceticâ* sive *monasticâ*. Ipsa verba græca, quibus *Lucæ Patriarchæ Constantinopolitani* fit mentio, sunt hæc: Τοῦ ἁγίου Πατριάρχου Λουκᾶ, πῶς δεῖ τὸν μοναχὸν διάγειν εἰς τὸ κελλίον αὐτοῦ. Τὸ νυχθήμερον πόιει εὐχὰς διχιλίας &c; *Joannis* autẽ *Episcopi Citrensis* fit mentio hoc modo: Ἐκ τῶν ἀποκρίσεων Ἰωάννου τοῦ ἱερωτάτου Ἐπισκόπου Κίτρους πρὸς τὸν ἱερώτατον Ἐπίσκοπον Δυρραχίου

τὸν

(1) *Intelligitur hîc* Michael Palæologus *cum Conjuge* Theodora.

(2) *Intelligitur hîc* Imp. Andronicus Palæologus I *sive* Senior, Imp. Michaelis Palæologi *filius*.

(3) *Fuit is olim extra numerum.*

(4) *Vide* Sigismũdi Liberi Baronis in Herberstein *Commentarios Rerũ Moscoviticarum Basileæ typis Ioan. Oporini A. 1551 in folio editos, pag. 30.*

τὸν Καβάσιλα. Ἐν ταῖς νησίμοις τῶν ἡμερῶν περὶ ἐννάτην ὥραν μετὰ τὰς συνήθεις εὐχὰς ἐν ἄρτῳ καὶ ὕδατι μόνῳ καὶ λαχάνοις &c.

Tertiò, & quidem à fol. 12 pag. 1 uſque ad fol 19 pag. 2, *S. Athanaſij Archiepiſcopi Alexandrini Quæſtiones de Fide ad Antiochum*, quarum titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἀθανασίου Πατριάρχου Ἀλεξανδρείας πρὸς Ἀντίοχον περὶ πίστεως ἀναγκαίων ζητημάτων, τῶν ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς ἀπορουμένων, καὶ παρὰ πᾶσι Χριστιανοῖς ἀναγινώσκειν ὀφειλομένων, Ἐρώτησις ά. Τί ἐστι Θεός; Ἀπόκρισις. Θεός ἐστιν οὐσία νοερὰ, &c. Exſtant quidem hæ *Quæſtiones* Tomo ſecundo editionis græco-latinæ Pariſinæ Operum *S. Athanaſij Archiepiſcopi Alexandrini* à pag. 436 uſque ad pag. 450, veriſimile tamen videtur, verum earum Autorem eſſe eundem illum *Athanaſium Minorem* ſeu *Juniorem*, cujus ſuprà pag. 20 & 98, ut & in præcedentibus horum Commentariorum libris, jam aliquoties eſt facta mentio. Notandum etiam eſt, *Quæſtiones* illas in hoc Codice MSto *Cæſareo auctiores* & *emendatiores* eſſe quàm in ſuprà memoratâ editione *Pariſinâ*. Quod ut exemplo aliquo demonſtrem, facere haud poſſum, quin obiter moneam, *Quæſtionem decimam nonam*, quæ in editione *Pariſinâ* eſt talis. Καὶ πῶς ἦν δυνατὸν ΣΑ'ΡΚΑ παρθένον γεννῆσαι, καὶ πάλιν μένειν παρθένον; hoc eſt, *Et quomodo fieri poteſt, Virginem parere CARNEM, & tamen manere Virginem?* corrigendam eſſe ſecundùm Codicē hunc MStū *Cæſareū* hoc modo: Καὶ πῶς ἦν δυνατὸν ΓΥΝΑΓΚΑ παρθένον γεννῆσαι, καὶ πάλιν μένειν παρθένον, hoc eſt, *Et quomodo fieri poteſt, FOEMINAM Virginē parere, & tamē manere Virginem?* Dicitur enim Γυνὴ παρθένος ſive *Fœmina virgo* eâdem ratione, ut apud *Pliniū* Hiſt. Nat. lib. 28 cap. 9 *Equa virgo*, & apud *Martialē* lib. 13 epigram. 56 *Porca virgo*. Similiter etiā *Ariſtophanes* triremes novas & nondū in mare deductas appellavit per jocū Τριήρεις παρθένους ſive *Triremes virgines*, ut teſtatur *Euſtathius* in Commentario græco ad Iliados *Homeri* librum ſecundum & Odyſſæ librum ſecundum, editionis Romanæ anni 1542 pag. 310 & 1446.

Quartò, & quidem fol. 20 pag. 2, *Fragmentum quoddam S. Joannis Chryſoſtomi*, cujus principium: Οὐδὲ γὰρ διὰ τοῦτο εἰς τὸν βίον τοῦτον παρήχθημεν, ἵνα μόνον ἐσθίωμεν καὶ πίνωμεν, &c.

Quintò, & quidem fol. 21 pag. 1, *Fragmentum S. Epiphanij de Menſuris & Ponderibus*, cujus titulus & principium: Τοῦ ἁγίου Ἐπιφανίου περὶ μέτρων καὶ σταθμῶν. (1) Κόρος σίτου εἰσὶ μόδια λ', &c.

(1) *Vide* Operum S. Epiphanij *edit. gr. lat. Pariſ. Tom.* II *pag.* 177.

CCLXXXIII.

Ducentesimus octogesimus tertius (1) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *chartaceus* mediocriter antiquus in *folio*, constátque folijs *centum quinquaginta novem*, & ad Illustrissimum Reverendissimúmque Episcopum Vindobonensem (2) *Joannem Fabrum*, ut ipse (3) solenni suâ inscriptione testatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 76 pag. 2, *Joannis Metropolitæ Ephesini*, qui (4) Patriarchæ Constantinopolitani *Gregorij Cyprij* acerrimus fuit adversarius, *Liber contra Schismaticos, ex Sacrâ Scripturâ, & Apostolicis atque Synodicis Constitutionibus, ut & ex Sanctorum Patrum Operibus collectus*, cujus titulus & principium: Ἰωάννου τοῦ ἱερωτάτου Μητροπολίτου Ἐφέσου λόγος συντεθεὶς ἐκ διαφόρων κανόνων ἀποστολικῶν τε καὶ συνοδικῶν, καὶ ἑτέρων ῥήσεων γραφικῶν, ἀποδεικνὺς, ὅτι ὀρθοδοξούσης τῆς Ἐκκλησίας, ἀλόγως ταύτης διΐστανται οἱ νῦν ταύτης ἀποσχιζόμενοι, καὶ ὡς, εἰ μὴ ταύτῃ ἑνωθεῖεν, μεγάλην ἕξουσι τὴν καταδίκην ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως, &c. Οὐδὲν ἀγάπης ἐν βίῳ ἀνώτερον καὶ ἡδύτερον, καὶ οὐδὲν εἰρήνης καὶ ὁμονοίας ἐν κόσμῳ λυσιτελέστερον καὶ τερπνότερον· ἀγάπη γὰρ ὁ Θεὸς αὐτὸς &c.

Secundò, & quidem à fol. 77 pag. 1 usque ad fol. 91 pag. 1, *anonymi cujusdam Autoris Excerpta miscellanea ex Sacrâ Scripturâ, ex Constitutionibus Apostolicis, ex Canonibus Sextæ Synodi Oecumenicæ, & ex Operibus Sanctorum Patrum Dionysij Areopagitæ, S. Basilij Magni, S. Gregorij Nazianzeni, S. Joannis Chrysostomi, S. Cyrilli Archiepiscopi Alexandrini, Isidori Pelusiotæ, Theodoreti Episcopi Cyrensis, Joannis Climaci, S. Anastasij Sinaitæ, & S. Maximi Monachi atque Martyris.* Ipsa verba græca, quibus *Constitutionum Apostolicarum* ibi fit mentio, sunt hæc: (5) Διάταξις Πέτρου καὶ Παύλου τῶν Ἀποστόλων. Ἐγὼ Πέτρος καὶ Παῦλος διατασσόμεθα ἐργάζεσθαι τοὺς δούλους ἡμέρας πέντε, σάββατον δὲ καὶ κυριακὴν σχολαζέτωσαν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ διὰ τὴν διδασκαλίαν τῆς εὐσεβείας· τὸ μὲν γὰρ σάββατον &c. Item: Ἔτι ἐκ τῶν διατάξεων τῶν δώδεκα Ἀποστόλων περὶ τῆς παννυχίδος τοῦ μεγάλου σαββάτου καὶ περὶ τῆς ἀναστασίμου ἡμέρας. (6) Διὸ παραινοῦμεν καὶ ὑμῖν νηστεύειν ταύτας, ὡς καὶ ἡμεῖς ἐνηστεύσαμεν, &c. *Dionysij* autem *Areopagitæ* fit mentio hoc modo: Διονυσίου Ἀρεοπαγίτου ἐκ τοῦ περὶ τῶν ἱερῶν κεκοιμημένων. Φημὶ δὲ τοῖς λογίοις ἑπόμενος, ὡς ὠφέλιμοι πάμπαν εἰσὶν ἐν τῷ δὲ τῷ βίῳ τῶν ἁγίων αἱ προσευχαὶ &c. Exstat

(1) Fuit is olim extra numerum.
(2) Vide Lib. 1 horũ Commentariorum pag. 33. & Lib. 2 pag. 1011.
(3) Vide Lib. 1 hor. Commentar. pag. 33.
(4) Vide Georgij Pachymeris Historiam Imperij Andronici Palæologi Senioris lib. 2 cap. 3, 6, 7 & 8.
(5) De hâc SS. Apostolorum Petri & Pauli Constitutione de Servis vide plura Lib. IV horum Commentariorum pag. 173.
(6) Vide Constitutiones Apostolicas, quæ vulgò S. Clementi Papæ attribuuntur, lib. 5 cap. 18.

Extat inter eadem *Excerpta miscellanea* etiam alicujus *S. Patris Joannicij Apophthegma de Pœnitentiâ*, quod integrũ hîc exhibeo: Τοῦ μεγάλου Πατρὸς Ἰωαννικίου. Μακάριος ὁ φθάσας κἂν μίαν ὥραν μετανοῆσαι· δύναται γὰρ καὶ μιᾶς ὥρας μετάνοια πολλῶν ἁμαρτιῶν ἄφεσιν χαρίσασθαι.

Tertiò, & quidem à fol. 91 pag. 1 usque ad fol. 93 pag. 1, *ex S. Nicephori Patriarchæ Constantinopolitani & Patrum cum ipso congregatorum Constitutionibus Ecclesiasticis Excerpta*, quorum titulus & principium: Νικηφόρου τοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως ἐκ τῶν ἐκκλησιαστικῶν αὐτοῦ διατάξεων καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ἁγίων Πατέρων. Τὰς ἐκκλησίας, τὰς ὑπὸ αἱρετικῶν ἐνθρονισθείσας, &c.

Quartò, & quidem fol. 93 pag. 1, *Fragmenta quædam ex S. Basilij Magni Asceticis*, quorum principium: Ὁ τοῦ νυκτὸς μολυσμὸς &c.

Quintò, & quidem à fol. 93 pag. 1 usque ad fol. 99 pag. 1 *S. Gregorij Episcopi Nysseni Epistola Canonica ad Letojum Episcopum Melitenæ*, cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου Νύσσης περὶ διαιρέσεως καὶ θεραπείας ἁμαρτημάτων Ἐπιστολὴ κανονικὴ πρὸς Λητόϊον Ἐπίσκοπον Μελιτηνῆς. Ἓν καὶ τοῦτο τῶν εἰς τὴν ἁγίαν ἑορτὴν συντελούντων ἐστὶ, &c. Vide Librum *tertium* horum Commentariorum pag. 101 & 149, & Librum *quartum* pag. 234 & 235.

Sextò, & quidem à fol. 99 pag. 1 usque ad fol. 105 pag. 2, *Constitutiones Pœnitentiales miscellaneæ ex Constitutionibus SS. Apostolorum, ex Constantini Chartophylacis Solutionibus Quæstionum Canonicarum, ex Canonibus sextæ Synodi Oecumenicæ, ex Imp. Justiniani Imi sive Magni Novellis, & ex S. Athanasij Archiepiscopi Alexandrini Admonitione de triduanâ abstinentiâ concubitûs cum uxore ante Sacram Communionem.*

Septimò, & quidem à fol. 106 pag. 1 usque ad fol. 114 pag. 1, *Nicetæ, Monachi & Presbyteri Studitæ, cognomine Stethati sive Pectorati, Liber contra Ecclesiam Romanam de Azymis, de Jejunio Sabbati, & de Nuptijs Sacerdotum*; cujus titulus & principium: Νικήτα μοναχοῦ καὶ πρεσβυτέρου τῆς μονῆς τῶν Στουδίου, τοῦ Στηθάτου, Ῥωμαίοις περὶ ἀζύμων καὶ σαββάτου νηστείας καὶ γάμου ἱερέων. Καλὸν ἡ πρὸς τὸν πλησίον ἀγάπη, ὦ πάντων ἐθνῶν σοφώτατοι Ῥωμαῖοι καὶ συνετώτατοι· ἐκ γὰρ &c. Plura de hoc Libro vide suprà pag. 124 & 125.

Octavò, & quidem à fol. 114 pag. 1 usque ad fol. 119 pag. 2,

Leo-

Leonis Archiepiscopi Bulgariæ Epistolæ duæ contra Latinos de Jejunio Sabbati & de Azymis; quarum *prima* inscribitur atque incipit his verbis: Λέοντος τοῦ ἁγιωτάτου Ἀρχιεπισκόπου Βουλγαρίας ἐπιστολὴ πρός τινα Ἐπίσκοπον Ῥώμης περὶ τῶν σαββάτων καὶ ἀζύμων. Ἡ τοῦ Θεοῦ μεγάλη ἀγάπη, καὶ τὰ χρηστὰ τῆς συμπαθείας σπλάγχνα ἔπεισεν ἡμᾶς γράψαι πρὸς τὴν σὴν ἁγιότητα, καὶ διά σου πρὸς πάντας τοὺς Ἀρχιερεῖς τῶν Φράγγων, καὶ πρὸς αὐτὸν τὸν αἰδεσιμώτατον Πάπαν, &c; *secunda* autem hoc modo: Τοῦ αὐτοῦ ἐπιστολὴ δευτέρα περὶ τῶν ἀζύμων. Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς ὅτι δέδωκεν ἡμῖν καιρὸν, ὦ ἄνθρωποι τοῦ Θεοῦ, εἰπεῖν πρὸς ὑμᾶς μικρά τινα, &c.

Nonò, & quidem à fol. 119 pag. 2 usque ad fol. 124 pag. 2, *Nicetæ, Monachi & Presbyteri Studitæ, cognomine Stethati, Oratio invectivaprima contra blasphemam Armeniorum hæresin;* cujus titulus & principium: Νικήτα εὐτελοῦς μοναχοῦ καὶ πρεσβυτέρου τῆς μονῆς τῶν Στουδίου, τοῦ Στηθάτου, λόγος στηλιτευτικὸς πρῶτος κατὰ τῆς βλασφήμου τῶν Ἀρμενίων αἱρέσεως. Τὴν συγχυτικὴν τῶν δύο φύσεων τοῦ Χριστοῦ δόξαν &c.

Decimò, & quidem fol. 125 pag. 1, *ex S. Epiphanij Libro de Mensuris & Ponderibus fragmentum de Talento*, cujus principium: Ἰστέον, ὅτι τὸ τάλαντον ἔχει χρυσοῦς στατῆρας ἐν ὁλκῇ τρεῖς· &c.

Vndecimò, & quidem à fol. 125 pag. 1 usque ad fol. 126 pag. 2, *S. Joannis Chrysostomi fragmentum de Azymis*, cujus titulus & principium: Τοῦ Χρυσοστόμου περὶ τοῦ τελείου ἄρτου καὶ τῶν ἀζύμων. Ἐκεῖ φησὶ τὸ γράμμα περὶ τῆς παλαιᾶς, ὧδε τὸ πνεῦμα· ἐκεῖ ἡ κιβωτὸς, ὧδε ἡ παρθένος· ἐκεῖ ἡ ῥάβδος Ἀαρὼν, ὧδε ὁ σταυρός· ἐκεῖ τὰ ἄζυμα, ὧδε ὁ ἄρτος· &c.

Duodecimò, & quidē à fol. 126 pag. 2 usq; ad fol. 128 pag. 1, *S. Maximi Monachi & Martyris Epistolæ tres*, quarum *prima ad Thalassium Abbatem* inscribitur atque incipit his verbis: Τοῦ ἁγίου Μαξίμου ἐπιστολὴ πρὸς τὸν Ἀββᾶν Θαλάσσιον. Τρία καθώς φασιν ὑπάρχουσι τὰ τὸν ἄνθρωπον ἄγοντα, &c; *secunda*, Τοῦ αὐτοῦ. Εἰ μὲν, τὴν μεγάλην καὶ φοβερὰν ἐκείνην ἔρημον, ὁ Ἰσραηλίτης λαὸς &c; *tertia ad Polychronium Monachum*, Πολυχρονίῳ μοναχῷ. Εἰρήνην ἀπιὼν πρὸς τὸ πάθος ὁ Κύριος ἀφῆκεν ἡμῖν, &c.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 128 pag. 1 usque ad fol. 132 pag. 1, *Gregorij, Monachi & Præpositi Monasterij in Oxiâ seu Oxeâ Pro-*

Propontidis insulâ, Epistolæ duæ; quarum *prima ad Cæsarem* inscribitur atque incipit his verbis: Γρηγορίου μοναχοῦ καὶ Καθηγουμένου τῆς ἐν τῇ Ὀξείᾳ νήσῳ σεβασμίας μονῆς, τοῦ Βουλγαρίνου, ἐπιστολὴ τῷ Καίσαρι. Τοὺς λαμπροὺς καὶ διαφανεῖς νοερὰς ὀφθαλμοὺς, οὓς ἡ σοφία τῇ βασιλείᾳ σου ἐδωρήσατο, ὦ Καισάρων εὐκλεῶν εὐκλεεστέρα διαδοχὴ, ποιεῖ ἀπὸ τοσούτου τοῦ διαστήματος φαντάζεσθαι καὶ ἡμᾶς, &c; *secunda* autem *consolatoria ad Porphyrogenitam* (1) *Despoenam sive Dominam Theodoram de obitu* (2) *Panhyperprotosebastohypertati Despotæ Anemûs*: Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὴν Πορφυρογέννητον κυρίαν Θεοδώραν ἐπὶ τῷ θανάτῳ τοῦ Πανυπερπρωτοσεβαστοϋπερτάτου Δεσπότου τοῦ (3) Ἀνεμοῦ. Πᾶς ἁμαρτωλὸς πρὸ τῆς οἰκείας ἐξόδου καταξιωθεὶς ἐξ ὅλης καρδίας ἐπιστρέψαι πρὸς τὸν Θεὸν &c.

(1) *Titulus hic tribuitur ille in ipso epistolæ contextu.*

(2) *En monstrum tituli.*

(3) *Vide* Nicetæ Choniatæ *Historiâ Imperij Andronici Comneni pag. 224 editionis græco-latinæ Parisinæ, ubi fit mentio* Castelli, *quod appellatum fuit* ἡ τοῦ Ἀνεμᾶ φρουρά.

Decimo quartò, & quidem à fol 132 pag. 1 usque ad fol. 133 pag. 1. *Theodori Prodromi*, qui principio seculi post Christum duodecimi (4) sub *Imp. Alexio Comneno* floruit, *Epistola* ad eundem suprà memoratum *Gregorium, Monasterij Insulæ Oxiæ Abbatem*; cujus titulus & principium: Τοῦ Φιλοσόφου κυροῦ Θεοδώρου τοῦ Προδρόμου ἐπιστολὴ πρὸς τὸν αὐτὸν κύριον Γρηγόριον, ὅτε ἦλθε πρὸς τὸ νησίον ὁ ἁγιώτατος ἡμῶν Δεσπότης ἀπὸ τοῦ Πατριαρχείου ἀρρωστήσας καὶ παραιτησάμενος. Οἴμοι θεσπέσιε καὶ σοφέ μου Πάτερ καὶ σῶτερ μέγα Γρηγόριε, ὅτι ἐκλέλοιπεν ὅσιος ἀφ' ἡμῶν, &c.

(4) *Vide* Leon. Allat. *lib. 2 de Eccles. Occid. & Orient. perpet. Consens. cap. 10 § 2, colum. 629.*

Decimo quintò, & quidem à fol. 133 pag. 1 usque ad fol. 134 pag. 2, *S. Joannis Chrysostomi Oratio encomiastica in S. Stephanum Protomartyrem*, cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον Ἀπόστολον καὶ πρωτομάρτυρα Στέφανον. (5) Πάντες μὲν οἱ τῶν Μαρτύρων ἀγῶνες ἐπίδοξοι, καὶ θαυμάζεται τῶν δικαίων ἡ ἄθλησις, ἀλλ' ὅπου &c.

(5) *Vide Operum S.* Joannis Chrysostomi *edit. græc. Savil. Tomo V pag. 871.*

Decimo sextò, & quidem fol. 135 pag. 1 & 2, *Theophili Archiepiscopi Alexandrini Oratio de causâ esûs casei & ovorum tempore Jejunij*; cujus titulus & principium: Θεοφίλου Ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας ἐν κυριακῇ προσφώνησις, ἑρμηνεύουσα τὴν αἰτίαν, δι' ἣν ἐσθίομεν οἱ Χριστιανοὶ τυρὸν καὶ ὠὰ τῇ τετράδι καὶ τῇ παρασκευῇ τῆς τυρινῆς. Οἱ αἱρετικοὶ, καὶ μᾶλλον οἱ Ἀρμένιοι, τῇ παρασκευῇ καὶ τῇ τετράδι τῆς τυρινῆς, ὁμοίως &c.

Decimo septimò, & quidem fol. 135 pag. 2 & fol. 136 pag. 1, *Demonstratio* (1) *Clementis de Paschate*; cujus titulus & principium: Ἀπόδειξις Κλήμεντος περὶ τοῦ Πάσχα· Γίνωσκε εἶναι τὴν ἀρχὴν τῆς τεσσαρακοστῆς ἀπὸ τῆς δευτέρας τῆς πεντεκαιδεκάτης ἀποθέσεως ἕως τῆς παρασκευῆς τῶν βαΐων, &c.

Decimo octavò, & quidem à fol. 136 pag. 1 usque ad fol. 137 pag. 2, *anonymi cujusdam Autoris Narratio de miraculosâ apparitione Beatissimæ Virginis Deiparæ cum Infantulo suo* JESV *in Monasterio quodam Orientali, cujus cognomen* Ἡ μεγάλη Ἀντίληψις *sive Magnum Adjutorium.* Ipsa tituli græci verba cum principio *Narrationis* sunt hæc: Θαῦμα γενόμενον εἰς τὴν μονὴν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου τὴν λεγομένην Ἡ μεγάλη Ἀντίληψις. Ἐντοῖς μέρεσι τοῖς ἀνατολικοῖς μοναστήριον ὑπῆρχεν, ἐπονομαζόμενον Ἡ μεγάλη Ἀντίληψις. ἐν τῷ ταύτης δὲ πανάγιῳ ναῷ &c.

Decimo nonò, & quidem fol. 137 pag. 1 & 2, *anonymi cujusdam Autoris Narratio de Obitu & Assumptione Beatissimæ Virginis Deiparæ, & de origine formulæ Invocationis*, Παναγία Θεοτόκε βοήθει ἡμῖν, hoc est, *Sanctissima Deipara adjuva nos*. Ipsa tituli græci verba cum principio *Narrationis* sunt hæc: Περὶ τῆς Παναγίας πότε ἔσχε τὴν ἀρχὴν γίνεσθαι. Μετὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ φρικτὴν ἀνάστασιν, καὶ τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος κάθοδον, &c.

Vigesimò, & quidem fol. 137 pag. 2 & fol. 138 pag. 1, *anonymi cujusdam Autoris Explicatio nominis Beatissimæ Virginis Deiparæ* ΜΑΡΙΑ͂Μ *per hæc verba:* Μόνη Αὕτη Ῥύσεται Ἰοῦ (2) Ἅπαντας (3) Μισοκάλου, hoc est, *Sola hæc liberabit omnes veneno Diaboli*; simul etiam *Narratio de annis vitæ, & de moribus, formâ atque vestitu ejusdem Beatissimæ Virginis*. Ipsa tituli græci verba cum principio *Explicationis nominis* sunt hæc: Περὶ τοῦ, πότε καὶ πῶς ἔλαβε τὴν ἐπωνυμίαν τοῦ καλεῖσθαι ΜΑΡΙΑ͂Μ ἡ παναγία ἡμῶν Μαρία καὶ Θεοτόκος. Ἰστέον ὅτι μετὰ τὸ γεννηθῆναι τὴν πανύμνητον Θεοτόκον, &c. Quæ autem *Explicationi nominis* & *Enumerationi annorũ vitæ* porrò subjunguntur, eadem omninò sunt, atque illa, (4) quæ suprà in Codice CCVIImo num. 24 attribuuntur *Aphrodisiano Persæ*. Incipiunt enim ea hîc, itidem ut ibi, his verbis: Τὸ δὲ ἦθος αὐτῆς οὕτως εἶχε. σεμνὸν ὀλιγόλαλον, ταχυπήκοον, σεμνοπεριπάτητον, ἀπαρρησίαστον &c. Quamobrem mini-

(1) *Vide Apostolicas Constitutiones, quæ sub* Clementis Romani *nomine extant, lib. 5 cap. 12, 17 & 19.*

(2) *Vide etiam suprà pag. 172, ubi pro* Ἅπαντας *mendosè legitur* Ἅπαντος. *In ipso enim illo Codice CCVIImo, itidem ut in hoc CCLXXXIIItio, scriptũ est* Ἅπαντας, *non autem* Ἅπαντος, *ita nempe ut verbum* Ῥύσεται *usurpetur significatione activâ, non autem passivâ.* (3) *Per* Μισόκαλον *sive* Osorem honesti *significatur hoc loco* Diabolus. (4) *Vide suprà pag.* 12.

minimè dubito, quin totum hoc *Fragmentum* deſumptum ſit ex jam memorati *Aphrodiſiani Perſæ Hiſtoriâ de Nativitate Beatiſſimæ Virginis Deiparæ*, cujus *Epiphanius Monachus & Presbyter* in Opuſculo ſuo de Vitâ ejuſdem Sanctiſſimæ Deiparæ nominatim meminit. Quâ de re vide Librum *quartum* horũ Commentariorũ pag. 132.

Vigeſimo primò, & quidem à fol. 138 pag. 1 uſque ad fol. 139 pag. 2, *Hippolyti Thebani Fragmentum de Cognatione Chriſti, deſumptum ex Syntagmate ejus Chronologico.* Ipſa tituli græci verba cum principio *Fragmenti* ſunt hæc: Ἱππολύτου Θηβαίου ἐκ τοῦ Χρονικοῦ αὐτοῦ Συντάγματος. περὶ τῆς συγγενείας τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἐγένετο τοίνυν ἡ ἐνανθρώπησις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἔτους ͵εφʹ ἐπὶ Αὐγούστου Βασιλέως· ἐγεννήθη δὲ ἐν σπηλαίῳ μηνὸς Δεκεμβρίου εἰκοστῇ πέμπτῃ. ἀπὸ γὰρ Ἀδὰμ μέχρι Νῶε ἔτη δισχίλια διακόσια τεσσαράκοντα δύο, καὶ ἀπὸ τοῦ Νῶε ἕως τοῦ Ἀβραὰμ ἔτη χίλια ἑκατὸν ἑβδομήκοντα, καὶ ἀπὸ Ἀβραὰμ ἕως Μωυσέως ἔτη τετρακόσια τεσσαράκοντα τέσσαρα, καὶ ἀπὸ Μωυσέως ἕως Δαβὶδ ἔτη πεντακόσια ἐννενήκοντα ἐννέα, καὶ ἀπὸ Δαβὶδ ἕως τοῦ Χριστοῦ ἔτη χίλια τεσσαράκοντα πέντε, ὁμοῦ ἔτη πεντακισχίλια πεντακόσια. ἀπὸ δὲ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Χριστοῦ μέχρι τῆς τῶν Μάγων παρουσίας ἔτη δύο, καὶ ἀπὸ τῆς εἰς Αἴγυπτον φυγαδείας &c. Plura de hoc *Hippolyti Thebani Syntagmate Chronologico* vide Libri *tertij* horum Commentariorum pag. 45, 46, 47, 98 & 99, & Libri *quarti* pag. 150, & ſuprà Libri hujus *quinti* pag. 109 & 110.

Vigeſimo ſecundò, & quidem à fol. 139 pag. 2 uſque ad fol. 142 pag. 1, *ex S. Nicephori Patriarchæ Conſtantinopolitani*, qui A. C. 828 d. 13 Martij obijt, *Chronographiâ Pericope* ſive *Segmentum à Dario Codomano Rege Perſarum uſque ad Imperatorem Conſtantinopolitanum Michaelem Balbum*, qui cœpit imperare A.C. 820 ipſo die natali Domini, unà cum *anonymi cujuſdam Autoris Continuatione uſque ad Imp. Conſtantinum Ducam*, qui A.C. 1067 d. 5 Junij obijt. Ipſa tituli græci verba cum principio *Segmenti Chronologici* ſunt hæc: Περικοπὴ ἐκ τοῦ Χρονογραφικοῦ τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Νικηφόρου Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως. Δαρεῖος Ἀρσάμου ἔτη ἕξ. τοῦτον Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδὼν ἀνελὼν, καὶ καθελὼν τὴν τῶν Περσῶν ἀρχὴν, ἐβασίλευσεν ἔτη ἕξ, πρὸ δὲ καθελεῖν τὸν Δαρεῖον βασιλεύσας, ὡς τινές φασιν, ἔτη ιβʹ· ἐτελεύτησε δὲ ἐν Βαβυλῶνι ἐτῶν λέ. ὑπέταξε δὲ Βαρβάρων ἔθνη κβʹ, καὶ φυλὰς Ἑλλήνων δεκατρεῖς. ὁμοῦ τὰ πάντα ἀπὸ Ἀδὰμ &c. Vide *Chronographiæ S. Nicephori* editionem græco-latinam

Parisinam, *Corpori Historiæ Byzantinæ* insertam, & à R. P *Jacobo Goar* O.P. cum *Georgij Syncelli Chronographiâ* in folio editam, à pag. 398 usque ad pag. 403.

Vigesimo tertiò, & quidem fol. 142 pag. 2, *anonymi cujusdam Autoris Syntagma Chronologicum ab Adamo usque ad Nativitatem Christi, & porrò à Nativitate Christi usq; ad exstructionē Constantinopoleos per Imp. Constantinum Magnum, ac demum ab origine Urbis usq; ad ejusdem interitum*, qui secundum *Valentis Astronomi* prædictionem incidere debuit in annum Mundi 6534 sive annum Christi 1026. Ipsa tituli græci verba cum principio *Syntagmatis* sunt hæc: Τὸ χρονικὸν Σύνταγμα ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι τῆς Χριστοῦ παρουσίας, καὶ ἕως τῆς οἰκοδομῆς Κωνσταντινουπόλεως καὶ τοῦ τέλους αὐτῆς. Χρὴ γινώσκειν σὲ τὸν ἐντυγχάνοντας τῷ παρόντι Χρονικῷ Συντάγματι, ὅτι ἀπὸ Ἀδὰμ καὶ τῆς τοῦ κόσμου κτίσεως &c; *Valentis* autem *Astronomi* fit ibidem mentio in fine his verbis: Ἀπὸ δὲ κτίσεως κόσμου ἔτη πεντακισχίλια ὀκτακόσια τριάκοντα ὀκτὼ· ἥντινα μεγάλην πόλιν ἐθεμάτισε Οὐάλης ὁ Ἀστρονόμος, καὶ εἶπε τῷ Βασιλεῖ Κωνσταντίνῳ, ὅτι ἔσαι ταύτης ἡ ἐπικράτεια ἔτη ἑξακόσια ἐνενήκοντα ἕξ, ἅπερ πεπληρῶται ἐν τῷ ἀπὸ κτίσεως κόσμου ,ς φ λ δ΄.

Vigesimo quartò, & quidem fol. 143 pag. 1, *anonymi cujusdam Autoris Fragmentum Historico-Geographicum de divisione Orbis terrarum inter tres filios Noæ eorúmq; posteros*; cujus principium: Ἰστέον ὅτι μετὰ τὸν κατακλυσμὸν υἱοὶ Νῶε, Σὴμ, Χὰμ, Ἰάφεθ, τεκνοποιήσαντες, γεγόνασιν ἐξ αὐτῶν πάντα τὰ ἔθνη· καὶ ἐκ μὲν τοῦ Σὴμ Ἑβραῖοι, ἐκ δὲ Χὰμ &c.

Vigesimo quintò, & quidem à fol. 144 pag. 1 usque ad fol. 159 pag. 2, *Joannis* cognomine Νηστευτοῦ sive *Jejunatoris, Patriarchæ Constantinopolitani, Filij Obedientiæ* dicti, *Opus Pœnitentiale*, cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Νηστευτοῦ, ἤτοι ἐπώνυμον Τέκνον ὑπακοῆς, διάφοροι διαφοραὶ τῶν ἐξομολογουμένων. Διάφοροι διαφοραὶ περὶ ἐξαγορεύσεως τῶν ἐξομολογουμένων κρύφια ἁμαρτήματα καὶ τῶν τούτους ἀναδεχόμενων. Οὐ δεῖ τὸν ἐξομολογούμενον κρύφια πλάσματα, ἀνθρώποι μὴ ὡς ἀνθρώπῳ, ἀλλ' ὡς αὐτῷ· ἐξομολογεῖσθαι τῷ Θεῷ. Οὐ δεῖ &c. Τοῦ αὐτοῦ Πρόλογος. Τῆς θείας καὶ παναγάθου τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μακαρείας χρηστότητος πάντοτε καὶ πανταχοῦ καὶ κατὰ πάντα εὐεργετούσης ἡμᾶς διὰ οἰκείαν ἀγαθότητα, &c. Plura de hoc *Opere Pœnitentiali* vide Libri *quarti* horum Commentariorum pag. 196.

CCL-

CCLXXXIV.

Ducentesimus octogesimus quartus (1) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *membranaceus* antiquus & optimæ notæ in *quarto*, constátque folijs *trecentis quadraginta quatuor*, & ad V. CL. *Sebastianum Tengnagelium*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

(1) *Fuit is olim extra numerum.*

Primò, & quidē à fol. 1 pag. 1 usq; ad fol. 310 pag. 1, *anonymi cujusdam Autoris Opus pro Ecclesiâ Latinâ contra Græcam, ex Scripturâ Sacrâ, & Apostolicis atque Synodicis Constitutionibus, ut & ex variorum Sanctorum Patrum aliorúmq; Scriptorum Ecclesiasticorum, tùm Græcorum, tùm Latinorum, Operibus collectum*; cujus principium sine ullâ aliâ inscriptione sive titulo est hoc: Ἀπαγγελῶ τὸ ὄνομα Κυρίου τοῖς ἀδελφοῖς μου, καὶ τῶν θαυμασίων αὐτοῦ ποιήσω τὴν αἴνεσιν· εἰ γὰρ καὶ τὸ τῆς ἀνθρωπίνης ἰσχύος μέτρον &c. Eidem *Operi* inserta etiam est celeberrima illa, multorum doctorum Virorum contrarijs opinionibus agitata & divexata, *Donatio Imp. Constantini Magni*; de quâ quid ipse sentiam, alio post hac commodiori tempore & loco indicabo, nempe cùm in Continuatione hujus *Catalogi* ad *Codices manuscriptos Historicos Ecclesiasticos Græcos*, ijsque insertam *S. Sylvestri I Papæ Vitam* pervenero. Interim autem hoc tantùm obiter nunc moneo, suprà memoratam *Imp. Constantini Magni Donationem* in Codice hoc MSto *Cæsareo* prorsùs eodem modo exstare, ut eam V. CL. *Marquardus Freherus græcè & latinè* cum amplissimo *Commentario* A. 1610 typis Gotthardi Voegelini in quarto edidit, & *Jacobo Magnæ Britanniæ Regi* dedicavit. Principium illius tàm in Codice hoc MSto *Cæsareo*, quàm in jam memoratâ editione impressâ est hoc: Δέον ἐκρίναμεν μετὰ πάντων τῶν Σατραπῶν ἡμῶν καὶ πάσης τῆς Συγκλήτου, καὶ &c.

Secundò, & quidem à fol. 311 pag. 1 usque ad fol. 319 pag. 1, *Germani Patriarchæ Constantinopolitani Oneirocriticum*, sive, *Interpretatio Somniorum secundùm ordinem alphabeti*. Ipsa tituli græci verba cum principio *Oneirocritici* sunt hæc: Ὀνειροκριτικὸν τοῦ Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως κυροῦ ΓΕΡΜΑΝΟΥ. Ἀρχὴ τοῦ α. Ἀνδρὶ πλακεὶς (2) ὀφειλοῦντι, εὔθετον τόδε. Ἀρθεὶς (3) νέων, γίνωσκε (4) γῆν νέην ξένην. Ἄστρα βλέπειν κάλλιστον ἀνθρώποις πέλει. Ἄπιν κρατῶν τις, &c. Similia quidem duo *Oneirocritica* sub *Astrampsychi* & *Nice-*

(2) *In Rigaltianâ Oneirocritici* Nicephori *editione pro* ὀφειλοῦντι *legitur* ὀφειλοῦντι. *& paulo pòst pro* τόδε *legitur* τόδε. (3) *In Rigaltianâ & Meursianâ* Astrampsychi *&* Nicephori *editionibus pro* νέων *legitur* νόον. (4) *In Rigaltianâ & Meursianâ* Astrampsychi *editionibus pro* γῆν νέην ξένην *legitur* γῆν καινὴν ξένην. *In Oneirocritici autem* Nicephori *editione Rigaltianâ legitur* τὴν γαῖαν ξένην.

Nicephori Patriarchæ Constantinopolitani nominibus edidit *græcè* & *latinè* Vir doctissimus *Nicolaus Rigaltius* cum *Artemidori* & *Achmetis Oneirocriticis* Lutetiæ Parisiorum typis Claudij Morelli A. 1603 in quarto; posteáque etiam *Joannes Meursius Astrampsychi Oneirocriticon græcè* & *latinè* edidit in *Mantissâ Romæ Luxuriantis*, sive, *Libri singularis de Luxu Romanorum veterum*, primùm quidem A. 1605 Hagæ-Comitis, secundùm autem A. 1631 Hafniæ in quarto editi; sed *tertium* hoc ejusdem generis *Oneirocriticon*, quod in Codice hoc MSto *Cæsareo* tribuitur *Germano Patriarchæ Constantinopolitano*, duobus suprà memoratis aliquanto auctius est, ijsque emendandis & illustrandis beneficio *variantium lectionum* valdè potest inservire.

Tertiò, & quidem à fol. 322 pag. 1 usque ad fol. 344 pag. 1, *Psalmi aliquot Davidici græcè & latinè*; item *Symbolum Fidei Latinorum græcè tantùm*, in quo notabile est verba καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ à Græculo quodam schismatico erasa esse; ut manifestè apparet ex spatio eorum vacuo.

CCLXXXV.

(1) Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos ducentesimus trigesimus septimus.

Ducentesimus octogesimus quintus (1) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *chartaceus* mediocriter antiquus in *quarto*, constátque folijs *viginti novem*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus *Constantinopoli*. Continentur eo *Michaelis Pselli quinque Carmina versibus politicis ad Imp. Constantinum Monomachum*: quorũ *primum in Inscriptiones sive Titulos Psalmorum Davidicorum* inscribitur atque incipit hoc modo: Τοῦ ὑπερτίμου κυροῦ Μιχαὴλ τοῦ Ψελλοῦ πρὸς τὸν Βασιλέα Μονομάχον. Ὀυκ ἔστι τὸ Ψαλτήριον Δέσποτά μου βιβλίον, Ὡς οἱ πολλοὶ νομίζουσι πάντως ἐξ ἀγνωσίας, Ἀλλ' ἦν τὸ πρὶν δεκάχορδον ὄργανον ὡς κιθάρα, &c; *secundum de Psalmorum Davidicorum compositione & usu, & de eorundem translatione ex Hebraicâ in linguam Græcam per Septuaginta duos Interpretes*: Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτὸν Βασιλέα. Θεοπάτωρ Βασιλεὺς Δαβὶδ ὁ ψαλμογράφος, Νομοθετῶν καὶ Προφητῶν καὶ στρατηγῶν τὸ κλέος, &c; *tertium de Dogmatibus Fidei Christianæ*: Τοῦ αὐτοῦ. Δέχου καὶ τὸν θεμέλιον τῶν καθ' ἡμᾶς δογμάτων. Θεὸν δεσπότην γίνωσκε σωμάτων ἀσωμάτων, Ἄχρονον, ἀτελεύτητον, τῶν ὅλων ὑποστάτην, &c; *quartum de* (2) *Nomocanone Photij Patriarchæ Constantinopolitani, & de Concilijs Generalibus*

(2) Vide Gulielmi Voelli & Henrici Justelli *Tomum secundum* Bibliothecæ Juris Canonici Veteris, *Lutetiæ Parisiorum A. 1661 apud Ludovicum Billaine duobus Tomis in folio græcè & latinè edita, pag. 789.*

bus atque Provincialibus, ex quorum Canonibus is collectus est: Τοῦ αὐτοῦ. Ἔχε μοι γνῶσιν, Δέσποτα, καὶ τοῦ Νομοκανόνου. Σύνθετος βίβλος πέφυκε νόμων τε καὶ κανόνων, Κανόνων μὲν συνοδικῶν καὶ νόμων διαφόρων, Τῶν νεαρῶν δὲ μάλιστα πανσόφων θεσπισμάτων, &c; *quintum de Septem Concilijs Oecumenicis contra diversas hæreses celebratis:* Γίνωσκε καὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἱερῶν Συνόδων, Ὁπόσαι κατὰ δυσσεβῶν ἐκροτήθησαν, Ἄναξ· Ἑπτὰ πᾶσαι πεφύκασι, πρώτη δ' ἡ ἐν Νικαίᾳ, &c.

CCLXXXVI.

Ducentesimus octogesimus sextus (1) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *chartaceus* mediocriter antiquus in *quarto*, constátque nunc folijs *septendecim*. Continentur eo *Claudij Guisij, Cardinalis Lotharingiæ, Interrogationes duodecim de orthodoxâ Fide pro Latinis & Zachariæ Sacerdotis Cretensis Responsiones totidem pro Græcis.* Ipsa tituli græci verba cum *Interrogatione primâ* & *Responsionis primæ* principio sunt hæc: Ἐρωτήσεις ιβ´ τοῦ αἰδεσιμοτάτου Καρδιναλίου τῆς (2) Λωρίνης κυροῦ Κλαυδίου τῆς Γουίσης, καὶ ἀνταποκρίσεις πρὸς ταύτας Ζαχαρίου ἱερέως τοῦ Κρητός. Περὶ τῆς πρώτης ἐρωτήσεως ἤγουν τῆς εὐχαριστίας. Ἐρώτησις α´. Ἆρα πιστεύουσιν οἱ Ἕλληνες τὴν τοῦ ἄρτου καὶ οἴνου οὐσίαν μεταβάλλεσθαι εἰς τὸ σῶμα καὶ τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ, μόνων τῶν τοῦ ἄρτου συμβεβηκότων χωρὶς τῆς οὐσίας ὑποκειμένης σωζομένων; Ἀπόκρισις. Πιστεύοντες ὁμολογοῦμεν, ὅτι ὁ ἄρτος μεταβάλλεται εἰς τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ, καὶ ὁ οἶνος ὁμοίως εἰς τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ, οὐ σωζομένων τῶν συμβεβηκότων τοῦ ἄρτου οὔτε τῆς οὐσίας αὐτοῦ, ἀλλὰ θείᾳ οὐσίᾳ μεταστοιχειοῦται· καὶ ἄκουσον μαρτυρίαν τοῦ μεγάλου Πατρὸς Χρυσοστόμου &c.

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* trecentesimus vigesimus secundus.

(2) Λωρίνη *ex Gallico* Lorraine, *hoc est,* Lotharingia.

CCLXXXVII.

Ducentesimus octogesimus septimus (3) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *chartaceus* mediocriter antiquus in *quarto*, constátq; folijs *octoginta quinq;*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus *Constantinopoli*. Continetur eo *anonymi cujusdam Autoris Liber de Hæresibus, ob nescio quot foliorum defectum fine mutilus, & ab Adamo nunc tantùm pertingens usq; ad Origenem. Procemium* ejus ad nescio quem amicum sine ullâ inscriptione sive titulo incipit his verbis: Θεῷ καὶ θεοφιλέσιν ἀνδράσι τίς ἂν ἀξία προσαγωγὴ γένοιτο· ὁ μὲν γὰρ, τὸ ἀ-

κρό-

(3) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* ducentesimus trigesimus sextus.

κρότατον ὂν ἁπάντων τῶν ἐφετῶν, οὐδενὸς τῶν ὄντων ἐφίεται, ἐπεὶ καὶ ἐξ αὐτοῦ καὶ δι᾽ αὐτοῦ τὰ πάντα τὸ εἶναι εἰλήφασιν· ὁ δὲ, &c. In eodẽ *Proœmio* ipse *Autor* indicat se *extorrem patriâ & egenum habitâsse juxta Nicæam Bithyniæ Metropolim.* Meminit deinde ibidem *Theodoreti Episcopi Cyrensis* & *Euthymij Zigabeni*, tanquam eorum, qui ante se idem argumentum tractaverint, nempe *Theodoretus* in *Panario*, *Euthymius* autem in *Panopliâ dogmaticâ*; & porrò subjungit, quâ ratione ac methodo ipse post illos materiam hanc tractaturus sit. Quo finito *Proœmio*, orditur ipsam *Narrationem* his verbis: Ἀδὰμ ὁ πρῶτος πλασθεὶς ἀπὸ γῆς ὑπὸ Θεοῦ, καὶ λαβὼν τὸ ζωογόνον ἐμφύσημα, ἔσχεν ἐκ μιᾶς τῶν αὐτοῦ πλευρῶν τὴν Εὔαν ἑαυτῷ ὁμοίαν· βιώσας δὲ Ἀδὰμ ἔτη ἐννακόσια τριάκοντα, γεγέννηκε Κάϊν μετὰ τὴν παράβασιν τῆς ἐντολῆς, &c.

CCLXXXVIII.

(1) Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos ducentesimus-primus.
(2) Obijt is A. C. 1448 d. 31 Octobris.
(3) Obijt is A. C. 1439 d. 9 Iunij Florentiæ in Concilio.

Ducentesimus octogesimus octavus (1) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est chartaceus *antiquus* & bonæ notæ in *quarto*, sed principio mutilus, constatque nunc folijs *ducentis quadraginta tribus*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 240 pag. 1, *anonymi cujusdam Autoris*, qui seculo post Christum *decimo quinto*, sub *Imp.* (2) *Joanne Palæologo* & *Patriarchâ Constantinopolitano* (3) *Josepho* vixit, *Loci Communes Theologici, in Capita triginta divisi*; simul & ejusdem *Loci Communes Philosophici in Capita ducenta divisi*; qui utrique uno communi nomine ab ipso metaphoricè appellantur Κῆπος sive *Hortus*. *Index Capitum* universi Operis, *Proœmio* nunc deficienti subjunctus, inscribitur atque incipit his verbis: Πίναξ τῶν κεφαλαίων ὧδε ταύτης τῆς βίβλου. Α', Περὶ Θεοῦ· Β', Περὶ ὅρου· Γ, Περὶ Τριάδος· &c. Sequitur deinde *Protheoria*, sive *succinctus totius Syntagmatis Conspectus* hoc modo: Προθεωρία τοῦδε τοῦ παντὸς συντάγματος. Ἐμοὶ τὸ θεῖον κριτήριον δεδοικότι &c; & paulo post: τὸ δὲ μετὰ χεῖρας τουτὶ βιβλίον ΚΗΠΟΣ ὠνόμασα, ὅτι καθάπερ Κῆπος παντοίοις φυτοῖς καὶ βοτάναις καὶ ἄνθεσι ὡραΐσαι νοητοῖς· ἁγίων ῥήσεσι λέγω, γνώμαις σοφῶν, &c. Ipsius demùm *primi Capitis Theologici titulus* cum *principio* est talis: Περὶ Θεοῦ, τῶν Θεολογικῶν κεφαλαίων α'. Τριὰς ὑπερούσιε καὶ ὑπέρθεε, καὶ ὑπεράγαθε τῆς Χριστιανῶν ἔφορε θεοσοφίας ἴθυνον ἡμᾶς ἐπὶ τὴν τῶν μυστικῶν λογίων ὑπεράγνωστον καὶ ὑπερ-

ὑπερφανῆ καὶ ἀκροτάτῳ κορυφῶ, ἔνθα &c; & paulo pòst: Θεὸς ἦν μὲν ἀεὶ, καὶ ἔστι, καὶ ἔσται· μᾶλλον δὲ, ἔστιν ἀεί· τὸ γὰρ ἦν καὶ ἔσται, τοῦ καθ' ἡμᾶς χρόνου τμήματα &c. Quod porrò ad *Imp. Joannem Palæologum* & *Josephum Patriarcham Constantinopolitanum* attinet, horum *prior* in *Capite Philosophico centesimo* nuncupatur ὁ ΝΥΝ βασιλεύων Ἰωάννης ὁ Παλαιολόγος, ὅς ἐστιν ἕβδομος τοῦ αὐτοῦ γένους, *posterior* autem in *Capite Philosophico nonagesimo nono* vocatur ὁ ΝΥΝ Πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως Ἰωσήφ.

Secundò, & quidem à fol. 240 pag. 2 usque ad fol. 243 pag. 2, *ex Symeonis Sethi Translatione græcâ Apologorum Indicorum, Cylile & Dimne, seu Stephanites & Ichnelates inscriptorum, Tmema sive Segmentum primum*, cujus principium: Τῶν Ἰνδῶν ὁ Βασιλεὺς Ἀβεσσαλὼμ ἤρετό τινα τῶν περὶ αὐτὸν Φιλοσόφων λέγων· βούλομαι &c. Plura de his *Apologis Indicis*, eorúmque varijs *Translationibus* ex linguâ *Indicâ* in *Persicam, Arabicam & Græcam*, vide apud V. CL. *Leonem Allatium* in Diatribâ de *Symeonum* Scriptis pag. 183 & 184, & apud R.P. *Petrum Possinum* S. J. in *Glossario* ad *Georgij Pachymeris Historiam Imperij Michaelis Palæologi* sub voce Ἰχνηλάτης, & in ejusdem *Prolegomenis*, præfixis eorundem *Apologorum editioni latinæ*, quæ jam memoratæ *Pachymeris* Historiæ sub titulo *Speciminis Sapientiæ Indorum veterum* subjuncta est.

CCLXXXIX.

Ducentesimus octogesimus nonus (1) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *chartaceus* mediocriter antiquus in *quarto*, constatque folijs *centum octoginta*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus *Constantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 17 pag. 1, *Georgij* (2) *Calybæ*, qui A.C. 1522 Vrbis *Rhodi* per *Turcas* expugnationi interfuit, *Oratio in Transfigurationem Christi*, cujus titulus & principium: Γεωργίου εὐτελοῦς καὶ ἐσχάτου τοῦ Καλύβα ἐπίτομος ἔκθεσις εἰς τὴν ἁγίαν τοῦ Χριστοῦ μεταμόρφωσιν Αὐγούστου ς΄· Δεῦτε σήμερον ὦ θεοσύλλεκτοι σύστημα(?), τὴν ἱερὰν ἀναπτύξαντες βίβλον, τὸ θεῖον φημὶ Εὐαγγέλιον· &c.

Secundò, & quidem à fol. 17 pag. 2 usque ad fol. 154 pag. 2, ejusdem *Georgij Calybæ* Ἐρωταποκρίσεις sive *Quæstiones & Responsiones quinquaginta de varijs materijs Theologicis*, quarum *Indicem*, ut in

(1) *Fuit is olim inter Codices MSStos Theologicos Græcos* centesimus nonagesimus octavus.

(2) *Hujus* Georgij Calybæ *à Leone* Allatio *nulla fit mentio in Diatribâ de* Georgijs *& eorū scriptis.*

in ipso Codice MSto exstat, cum *versione latinâ* hîc exhibeo. Πίναξ σὺν Θεῷ ἁγίῳ τῶν Ἐρωταποκρίσεων. Ά, Περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος, sive, *de Processione Spiritûs Sancti*; β', Περὶ τῆς παραβολῆς τοῦ ἀσώτου, sive, *de Parabolâ filij prodigi*; γ', Περὶ τοῦ ἀπέρχονται αἱ ψυχαὶ, sive, *de eo, Quò discedant animæ*; δ', Περὶ τοῦ Καθαρτηρίου πυρὸς, sive, *de Purgatorio igne*; ἑ, Περὶ τῆς πρώτης καὶ δευτέρας εἰσόδου, sive, *de primo & secundo Introitu Mystagogiæ, sive, sacræ Liturgiæ*; ς', Περὶ τοῦ, στῶμεν καλῶς, sive, *de verbis sacræ Liturgiæ, Stemus* (1) *honestè*, vel, ut ipse *Georgius Calybes* rectiùs interpretatur, στῶμεν ἑδραίως, hoc est, *stemus firmè*; ζ, Περὶ τῶν τιμίων δώρων, sive, *de* (2) *venerandis donis quæ offeruntur in sacrâ Liturgiâ*; ή, Περὶ ἀζύμου καὶ ἐνζύμου, sive, *de pane infermentato & fermentato in sacrâ Liturgiâ*; θ', Περὶ τοῦ, τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις, sive, *de verbis*: (3) *Sancta sanctis*; ί, Περὶ τοῦ τῆς παραβάσεως ξύλου, sive, *de Ligno transgressionis in Paradiso*; ιά, Περὶ τοῦ, πότερον τρεπτοὶ εἰσὶν οἱ Ἄγγελοι, ἢ μὴ, sive, *de Angelis, utrum mutabiles sint, nec ne*; ιβ', Περὶ τῆς πλάσεως Ἀδὰμ καὶ τῆς Εὔας, sive, *de creatione Adami & Evæ*; ιγ', Περὶ τοῦ Ἀρχαγγέλου Γαβριὴλ, sive, *de Archangelo Gabriele*; ιδ', Περὶ τοῦ, ἔλαβον γυναῖκες ἐξ ἀναστάσεως τοὺς νεκροὺς αὐτῶν, sive, *de verbis S. Pauli ex capite undecimo Epistolæ ad Hebræos: Acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos*; ιέ, Περὶ τοῦ, διατί ἐγένετο ὁ ἄνθρωπος, sive, *de eo, cur homo creatus sit*; ις', Περὶ τῆς ἀποκαταστάσεως τῶν ψυχῶν, sive, *de restitutione animarum*; ιζ, Περὶ πορνείας, sive, *de Fornicatione*; ιή, Περὶ τοῦ Ἀβραὰμ, sive, *de Abrahamo*; ιθ', Περὶ τοῦ Ζαχαρίου, sive, *de Zachariâ patre S. Joannis Baptistæ*; κ', Περὶ τοῦ, φωνὴ Κυρίου διακόπτοντος φλόγα πυρὸς, sive, *de illo Davidis ex Psalmo vigesimo octavo: Vox Domini intercidentis flammam ignis*; κά, Περὶ τοῦ, εἰ ἔστιν ὁ κόσμος ἀΐδιος, sive, *de eo, an mundus sit æternus*; κβ', Περὶ τοῦ θεοδόχου Συμεῶνος, sive, *de Symeone, qui Christum ulnis suis suscepit*; κγ', Περὶ Ἰωάννου τοῦ Θεολόγου, sive, *de S. Joanne Apostolo & Evangelistâ, cognomine Theologo*; κδ', Περὶ Ἰούδα τοῦ προδότου, sive, *de Judâ proditore*; κέ, Περὶ τῆς ἀπολαύσεως τῶν ἁγίων, sive, *de voluptate Sanctorum*; κς', Περὶ τοῦ ἁγίου λῃστοῦ, sive, *de sancto latrone*; κζ, Περὶ τῆς τοῦ διαβόλου οὐσίας, sive, *de essentiâ Diaboli*; κή, Περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου ἡλικίας, sive, *de hominis ætate*; κθ', Περὶ τοῦ, πῶς φασὶ τὸν ἄνθρωπον

(1) *Ita vox* καλῶς *latinè versa legitur in* Sacrâ Missâ S. Joannis Chrysostomi *insertâ* Euchologio Græcorũ, *à* R.P. Jacobo Goar *Lutetiæ Paris. A.* 1647 *græcè & latinè edito in folio. Vide ibi pag.* 75.

(2) *Vide ibid. pag.* 74.

(3) *Vide ibid. pag.* 81 *&* 146.

τον μικρὸν κόσμον, sive, de eo, *Quâ ratione homo dicatur parvus Mundus*; λ', Περὶ τῶν πέντε αἰσθήσεων τοῦ ἀνθρώπου, sive, *de quinque sensibus hominis*; λά, Περὶ τῆς Θάμαρ καὶ τοῦ Ἰούδα, sive, *de Thamar & Juda*; λβ', Περὶ τοῦ ῥαπίσαντος τὸν Χριστὸν, sive, *de eo, qui Christo impegit colaphum*; λγ', Περὶ τοῦ, τί γέγονε τὸ μεταληφθὲν βρῶμα τοῦ Χριστοῦ μετὰ τὴν ἀνάστασιν, sive, *de eo, Quid factum sit de cibo, quem Christus sumpsit post resurrectionem*; λδ', Περὶ τῶν πέντε ταλάντων, sive, *de quinque Talentis*; λέ, Περὶ τῆς τοῦ Πιλάτου γυναικὸς, sive, *de Pilati uxore*; λς', Περὶ τοῦ, καὶ πᾶσα παράβασις καὶ παρακοὴ ἔλαβεν ἔνδικον μισθαποδοσίαν, sive, *de verbis S. Pauli ex capite secundo Epistolæ ad Hebræos: Et omnis prævaricatio & inobedientia accepit justam mercedis retributionem*; λζ', Περὶ τοῦ δικαίου Νῶε καὶ τῶν τότε ἀνθρώπων, sive, *de justo Noe & hominibus tunc viventibus*; λή Περὶ τοῦ πατραλοίου Χὰμ, sive, *de Chamo patris sui derisore*; λθ', Περὶ Ἰωάννου καὶ Ἰακώβου, sive, *de SS. Apostolis Joanne & Jacobo*; μ', Περὶ προσώπου καὶ ὑποστάσεως, sive, *de differentiâ inter personam & substantiam*; μά Περὶ τοῦ Θωμᾶ, sive, *de S. Thomâ Apostolo*; μβ', Περὶ τοῦ παραδείσου, sive, *de Paradiso*; μγ', Περὶ ἐλεημοσύνης καὶ εὐχῆς, sive *de Eleemosynâ & Oratione*; μδ', Περὶ τῆς διακοσμήσεως τῆς γῆς, sive, *de ornatu Mundi*; μέ, Περὶ τοῦ Σολομῶντος, sive, *de Salomone*; μς', Περὶ τῶν τεσσάρων θηρίων, ὧν εἶδεν ὁ Προφήτης Δανιὴλ, sive *de quatuor animalibus, quæ vidit Propheta Daniel*; μζ', Περὶ Φιλίππου καὶ τοῦ παρ' αὐτοῦ βαπτισθέντος εὐνούχου, sive, *de Philippo & de Eunucho ab illo baptizato*; μή, Περὶ τοῦ, εἰ γνωρίζομεν ἀλλήλους ἐκεῖ, sive, *de eo, an homines in alterâ vitâ se invicem cognituri sint*; μθ', Περὶ τῆς τοῦ δικαίου Ἰὼβ καυχήσεως, sive, *de justi Jobi gloriatione*; ν', Περὶ τῶν ἑπτὰ τῆς Ἐκκλησίας μυστηρίων, sive, *de septem Ecclesiæ Sacramentis*. Finito hoc *Indice* sequitur titulus *primæ Quæstionis* cum principio *Responsionis* hoc modo: Τοῦ αὐτοῦ ἀποκρίσεις πρὸς τινα φιλόχριστον αὐτὸν ἐρωτῶντα. Ἐρώτησις ά. Πολλῶν κατηγόρων τῆς ἀληθείας ἀκήκοα λεγόντων, ὅτι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ἔχει τὴν ἐκπόρευσιν· σὺ δὲ τί περὶ τούτου φῄς; Ἀπόκρισις. Τοῦτο ὡς βλάσφημον καὶ αἱρετικὸν ἡ καθολικὴ ἐκκλησία ἀποβάλλεται· ὁ γὰρ Κύριος ἡμῶν καὶ Θεὸς οὐχ' οὕτως φησὶν, ἀλλ' ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς &c. *Capiti* demùm *quinquagesimo* sive *ultimo* cohæret totius Opusculi *Epilogus*; cujus principium:

 Μέ-

Μέχρι ὧδε κατέληξε τὸ ὑδαμινὸν τουτὶ τῶν ἀποκρίσεων πόνημα· καὶ εἰ μὲν ὀνήσιμόν τι &c. Ibidem paulo pòst fit mentio *Expugnationis Vrbis Rhodi* his verbis: Ἡ γὰρ τῆς δυστυχοῦς Ῥόδου ἅλωσις καὶ πολιορκία ἀθρόον τῶν προσόντων καὶ ὧν εἴχομεν βίβλων ἡμᾶς ἐγύμνωσε, καὶ μόλις ἐκ τῶν τοῦ Ἄγαρ (1) μονειμονες ἐρρύσθημεν σωθέντες φυγῇ συνεργείᾳ τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς· ἀλλ' ἔγνων &c. In fine ejusdem *Epilogi* exstat hæc *subscriptio*: Ἔρρωσθε οἱ ἀναγινώσκοντες. Τετερμάτωται τουτὶ τὸ πυξίδιον χειρὶ καὶ λόγῳ γραφὲν Γεωργίου ἁμαρτωλοῦ τοῦ Καλύβα καὶ φιλαμαρτήμονος. Vnde patet Codicem hunc propriâ ipsius *Georgij Calybæ* manu esse exaratum.

(1) *In margine ibidem adscriptum est hoc Scholion*: Μονείμων λέγεται ὁ ἓν ἱμάτιον ἔχων, *hoc est*, Μονείμων dicitur, qui unicam tantùm habet vestem; seu propriè unicum pallium.

Tertiò, & quidem à fol. 155 pag. 1 usque ad fol. 176 pag. 2, ejusdem *Georgij Calybæ Epistolæ septendecim ad diversos*; quarum *prima* inscribitur atque incipit his verbis: Τοῦ αὐτοῦ Ἐπιστολαί. Φίλτατε ἀδελφὲ, ὑγιαίνοις &c. Iisdem Epistolis permixtæ etiam sunt *sex aliæ Epistolæ diversorum ad* eundem *Georgium*, nempe cujusdam *Antonij, Joannis Abramij, Exarchi, Joannis Nathanaelis, Nicolai,* & *Mathusalæ Monachi*.

Quartò, & quidem à fol. 177 pag. 2 usque ad fol. 180 pag. 1, ejusdē *Georgij Calybæ Excerpta quædam miscellanea*, inter quæ præcipuum obtinet locū *Imp. Constantini Magni Donatio, S. Sylvestro I Papæ facta*, cujus titulus cum principio est ibi talis: Ἐκ τοῦ νόμου. Ὁ μέγας Κωνσταντῖνος. Θεσπίζομεν σὺν πᾶσι τοῖς Σατράπαις καὶ τῇ Συγκλήτῳ τῆς ἡμετέρας βασιλείας, τὸν Ῥώμης Ἐπίσκοπον καὶ διάδοχον τοῦ κορυφαίου τῶν Ἀποστόλων καὶ κυρίου μου Πέτρου πλείονα τῆς βασιλείας ἔχειν ἐξουσίαν &c. Plura de hâc *Donatione* vide suprà pag. 237, ubi agitur de Codice CCLXXXIV num. 1.

CCXC.

Ducentesimus nonagesimus (2) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *membranaceus* pervetustus & optimæ notæ in *quarto*, sed in principio & fine mutilus, constátque nunc folijs *centum octoginta quatuor*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus *Constantinopoli*. Continentur eo *S. Joannis Chrysostomi Epistolæ ducentæ viginti*, quarum *duæ priores ad Olympiadem Diaconissam* omnino desunt, *tertia* autem *ad eandem* maximâ parte priori est mutila, atque incipit nunc his verbis: - - - (3) τῶν ἠδικηκότων· ἀλλ' ἀπαλλάξας ἑαυτὸν τῶν

(2) *Fuit is olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos* centesimus quadragesimus quintus.

(3) *Vide Operum* S. Joannis Chrysostomi *editionem græcam Savilianam Tom. VII pag. 79 versu 11*.

ἐγκλη-

ἐγκλημάτων. Ultima demum five ducentefima decima ad Pæanium infcribitur atque incipit hoc modo: σ ί. Παιανίῳ. (1) Σφόδρα με ἀνεπτέρωσας &c. Operæ pretium autē fuerit, has *S. Joannis Chryfoftomi Epiftolas* diligenter conferri cum ijs, quas *Henricus Savilius* Tomo feptimo Operū ipfius à pag. 51 ufq; ad pag. 209 inferuit. Forfan enim in hoc Codice MSto *Cæfareo* quædā latitant hactenùs nondum editæ.

CCXCI.

Ducentefimus nonagefimus primus (2) Codex manufcriptus *Theologicus Græcus* eft *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in *quarto*, fed in principio & fine mutilus, conftátque nunc folijs *trecentis undecim*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipfe folitâ propriæ manûs infcriptione teftatur, olim fuit comparatus *Conftantinopoli*: Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 ufque ad fol 300 pag. 1, *S. Ifidori Pelufiotæ Epiftolæ mille de Interpretatione Sacræ Scripturæ*, quarum *quinq; priores* omninò defunt, *fexta* autem *ad Urfenuphium* dimidiâ parte priori eft mutila, atque incipit nunc his verbis: - - - (3) ἀλλ' ἵνα μὴ παντελῶς φαντασθῶμεν &c. *Ultima* demum five *millefima ad Lampetium Epifcopum* infcribitur atque incipit hoc modo: (4) Λαμπετίῳ Ἐπισκόπῳ διὰ τὰ περὶ Ζώσιμον. Ἀλγῶ μὲν ἢ αὐτὸς κομιδῆ &c. Operæ pretium autem fuerit has *S. Ifidori Pelufiotæ Epiftolas* accuratè conferri cum editionibus impreffis doctiffimi Jurisconfulti *Conradi Rittershufij* A. 1606 typis Commelinianis græcè & latinè in folio, & R.P. *Andreæ Schotti* S.J. Antverpiæ typis Martini Nutij A. 1623 græcè in octavo, & Francofurti ad Mœnum apud Guilhelmum Fitzerum typis Matthæi Kempfferi A. 1629 græcè & latinè in folio. Forfan enim in hoc Codice MSto *Cæfareo* quædam latitant hactenùs nondum editæ.

Secundò, & quidem à fol. 301 pag. 1 ufque ad fol. 306 pag. 2, *S. Bafilij Magni Epiftolæ duæ ad S. Gregorium Nazianzenum*, quarum *prima* infcribitur atque incipit his verbis: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου τοῦ μεγάλου ἐπιστολὴ πρὸς τὸν ἅγιον Γρηγόριον τὸν Θεολόγον. (5) Ἐπέγνων σου τὴν ἐπιστολὴν, ὥσπερ οἱ τοὺς τῶν φίλων παῖδας &c; *fecunda* autem, Τῷ αὐτῷ. Ὁ ἐφυλὴν εἶναι λέγων τὴν τῶν ὄντων εὕρεσιν &c.

Tertiò, & quidē à fol. 306 pag. 2 ufq; ad fol. 308 pag. 2, *Imp. Juliani Apoftatæ Epiftola ad S. Bafiliū Magnū*, cujus titulus & principiū: Ἐπιστολὴ Ἰουλιανοῦ τοῦ Παραβάτου πρὸς τὸν μέγαν Βασίλειον. Τὸ ἔμφυτον ἐκ-

(1) *Vide ibid Tom. VII pag. 183, ubi ea inter Epiftolas ad diverfos eft* centefima feptuagefima quarta.

(2) *Fuit is olim inter Codices MStos Philofophicos & Philologicos Græcos* feptuagefimus nonus.

(3) *Vide Epiftolarū* S. Ifidori Pelufiotæ *editionem græco-latinam Commelinianā anni 1606 in folio, à* Conrado Rittershufio *adornatam, lib. 1 epift. 6, pag. 2.*

(4) *Vide ibid. lib. 3 epift. 200.*

(5) *Vide Operum S.* Bafilij Magni *edit. græco-latinā Parifinā Tom. II pag. 781.*

ἐκπαιδεύθη καὶ γαληνὸν καὶ φιλάνθρωπον μέχρι τοῦ παρόντος ἐπιδεικνύμενος, &c; & *S. Basilij Magni Epistola responsoria*, quæ inscribitur atque incipit his verbis: Τοῦ μεγάλου Βασιλείου πρὸς τὸν Παραβάτην Ἰουλιανόν. Μικρά σοι τὰ τῆς παρούσης ἀνδραγαθήματα &c. Exstant quidem hæ *duæ Epistolæ* Tomo secundo Operum *S. Basilij Magni* editionis græco-latinæ Parisinæ pag. 994 & 996, sed *posterior* earum, nempe *S. Basilij Magni*, est ibi magnâ parte in fine mutila, desinitque hoc modo: καὶ ἐπ' ἀπληστίᾳ μὴ πολιτεύεσθαι. καὶ τὰ ἑξῆς. In Codice autem hoc MSto *Cæsareo* exstat eadem *integra*, & continuatio illa, quæ in jam memoratâ Parisinâ editione indicatur per formulam, καὶ τὰ ἑξῆς, sive, *& cætera*, incipit ibi his verbis: Ἀπήγγειλε δέ μοι καὶ τοῦτο Λαῦσος ὁ περίβλεπτος Τερβοῦνος, ὁ γνήσιός σοι περὶ τὰ ἑαυτοῦ δασμῶν, ὥς γυνή τις &c.

Quartò, & quidem à fol. 310 pag. 1 usque ad fol. 311 pag. 2, *anonymi cujusdã Autoris Chronologia ImperatorumRomanorum* lacera & mutila, quæ nunc ab *Imp. Augusto* pertingit usque ad *Imp. Leonem Iconomachum* cognomine *Chazarum*, *Imp. Constantini Copronymi filium*, incipitque his verbis: Αὔγουστος ἐβασίλευσεν ἔτη ιϛ· τὰ δὲ πάντα, ἔτη νζ. &c.

CCXCII.

Ducentesimus nonagesimus secundus (1) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *chartaceus* antiquus in *quarto*, constátque foliis *trecentis sedecim*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus *Constantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 20 pag. 1, *S. Isidori Pelusiotæ Epistolæ nonaginta tres de Interpretatione Sacræ Scripturæ*, quarum *prima* ad *Palladium Diaconum* inscribitur atque incipit hoc modo: Ἐπιστολὴ τοῦ ἁγίου Ἰσιδώρου πρός τινα ἐρωτήσαντα αὐτὸν τὸ τοῦ μεγάλου Παύλου ῥητὸν, τὸ, εἴ τις ἐπισκοπῆς ὀρέγεται. (2) Οἱ μὴ συνιέντες τὴν γνώμην τὴν Ἀποστολικὴν &c; *ultima* autẽ ad *Lycanã*: Λυκαίνῃ. (3) Εἰ τῇ χρείᾳ ἐγκαρτερεῖς, &c. Notandum autem est, inter has Epistolas *unam* esse, quam inter *Epistolas Isidori*, à V. CL. *Conrado Rittershusio* & R. P. *Andreâ Schotto* editas, non reperi; nempe *duodecimam* ad *Thalelæum Monachum*, cujus titulus & principium: Θαλελαίῳ μοναχῷ. Ἂν τῇ σκηνῇ τῶν θεάτρων ἁρμόδιον, τίς σε οὐ κωμῳδήσει, &c.

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos* sexagesimus octavus.
(2) *Vide Epistolarũ* S. Isidori Pelusiotæ *editionem græco-Latinã* Rittershusianam *lib.* 3 *epist.* 216.
(3) *Vide ibid. lib.* 1 *epist.* 179.

Secun-

Secundò, & quidem fol.20 pag.2 & fol.21 pag.1, *anonymi cujusdam Autoris Observationes quædam miscellaneæ:* nempe Imò, *Observatio Geographica* de denominationibus nonnullorum locorum à *plantis*; IIdò, *Observatio Physico-Medica* de *Ampotide*, quatenùs propriè quidem (1) Reciprocationem maris significat, metaphoricè autem ab Hippocrate usurpatur pro (2) revocatione humorum corporis humani ab externis partibus ad internas; IIItiò, *Observatio Geographica* de *Æthiopibus*, desumpta ex *Eustathij Archiepiscopi Thessalonicensis Expositione Græcâ in Dionysij Alexandrini Periegesin* sive *Poema de Situ Orbis*; IVtò, *Observatio Theologica* de *Anathematismo* sive *Excommunicatione*.

(1) *Vide* Suidam v. Ἄμπωτις. (2) *Vide* Joan. Gorræi *Definit. Medicar. lib.* 1, v. Ἀμπωτις.

Tertiò, & quidē à fol. 21 pag. 2 usq; ad fol. 23 pag. 1, *Gregorij Archiepiscopi Bulgariæ Epistolæ tres*, quarū *prima* inscribitur atq; incipit his verbis: Τοῦ Βουλγαρίας κυρίου Γρηγορίου Ἐπιστολή. Ἠπόμην ἂν μακροτέρων γραμμάτων &c; *secunda*, Τοῦ αὐτοῦ. Σοφώτατε οὐχ' ἧττον δὲ τούτου φίλτατέ μοι μέγα Λογοθέτα &c; *tertia*, Πολλὰ κἀγαθά σοι γένοιντο ποθεινότατέ μοι παίδων καὶ τιμιώτατε, &c.

Secundò, & quidem à fol. 77 pag. 2 usq; ad fol. 83 pag. 1, *alia duo Cantica ad Christum Servatorem sine Acrostichide & nomine Autoris;* quorum *primum* inscribitur atque incipit his verbis: Κανὼν εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν παρακλητικὸς ἅμα καὶ κατανυκτικός. Ὠδὴ ά. Οἴμοι, τί κλαύσω, &c; *secundum* autem hoc modo: Ἀκολουθία εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν περὶ νήψεως. Ἰησοῦ γλυκύτατε, ψυχῆς ἐμῆς θυμηδία; &c. Κανὼν ἦχος β', Ὠδὴ ά. Ἰησοῦ γλυκύτατε Χριστὲ, Ἰησοῦ μακρόθυμε, &c.

Tertiò, & quidem à fol. 83 pag. 1 usq; ad fol. 87 pag. 1, *Joannis Mauropodis, Metropolitæ Euchaitorum, Canon sive Canticum ad S. Angelum Custodem;* cujus titulus & principium: Κανὼν τοῦ Μαυρόποδος εἰς τὸν φύλακα Ἄγγελον, οὗ ἡ ἀκροστιχὶς· Τὸν Ἄγγελον μέλπω σε τὸν φύλακά μου, ᾠδὴ μοναχοῦ Ἰωάννου. Ὠδὴ ά. Τὸν ἄγρυπνον φύλακα τῆς ἐμῆς ψυχῆς καὶ προστάτην τῆς ζωῆς μου καὶ ὁδηγὸν, &c.

Quartò, & quidem à fol. 88 pag. 1 usq; ad fol. 314 pag. 2, ejusdem *Joannis Mauropodis, Metropolitæ Euchaitorum*, *Canones* sive *Cantica* (1) *sexaginta septem ad Beatissimam Virginem Deiparam*, quorum unumquodq; peculiarem suam habet *Acrostichidem*, & itidem, ut quælibet *Ode nona*, nomine *Joannis* insignita est. *Primus* illorum *Canonum* inscribitur atque incipit hoc modo: Κανόνες παρακλητικοὶ τῆς ὑπεραγίας Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου. ποίημα Ἰωάννου μοναχοῦ τὸ ἐπίκλην Μαυρόποδος, τοῦ ἐν ὑστέροις χρόνοις χρηματίσαντος Ἀρχιερέως Εὐχαΐτων, οὗ τὸ ὄνομα ἐντέτακται τῇ ἀκροστιχίδι ἑκάστης ἐννάτης ᾠδῆς. Κανὼν πρῶτος, οὗ ἡ ἀκροστιχὶς αὕτη· Ἀπάρχομαί σοι τῶν ἐμῶν λόγων, Κόρη, ὁ τλήμων Ἰωάννης. Ὠδὴ ά. Ἅγιον εὑρὼν σε ἱερὸν, ὁ ἐν ἁγίοις ἐπαναπαυόμενος ἅγιος Θεὸς ἡμῶν, ὑπεραγία Θεοτόκε, ᾤκησε &c.

Quintò, & quidem à fol. 315 pag. 1 usque ad fol. 355 pag. 1, ejusdem *Joannis Mauropodis, Metropolitæ Euchaitorum*, *Canones* sive *Cantica undecim ad S. Joannem Baptistam, Christi Præcursorem*, quorum

(1) Hippolytus Maraccius *in suâ Bibliothecâ Marianâ satis tantùm mentionem* Canonum octo. *Unde patet reliquos quinquaginta novē ipsi fuisse incognitos. Plura hâc de re vide suprà pag.* 33.

quorum unum quodq; peculiarem suam habet *Acrostichidem*, quæ itidem, ut *Ode nona*, nomine *Joannis* insignita est. *Primus* illorum *Canonum* inscribitur atq; incipit hoc modo: Κανόνες εἰς τὸν ἅγιον Ἰωάννην τὸν Πρόδρομον. ποίημα Ἰωάννου μοναχοῦ τοῦ Μαυρόποδος, τοῦ ἐν ὑστέροις χρόνοις χρηματίσαντος Ἀρχιερέως Εὐχαΐτων, οὗ τὸ ὄνομα ἐντέτακται ἐν ἑκάστῃ ἐνάτῃ ᾠδῇ. Κανὼν πρῶτος, οὗ ἡ ἀκροστιχὶς αὕτη· Πρῶτον φέρω μέλισμά σοι τῷ Προδρόμῳ, ἔπος Ἰωάννου. Ὠδὴ α΄. Πηλίνῃ σε γλώσσῃ ῥυπαρᾷ &c.

Sextò, & quidem à fol. 356 pag. 1 usq; ad fol. 371 pag. 2, *variorum Autorum* (1) *varij Canones* sive *varia Cantica ecclesiastica*: inter quæ *nominibus suorum Autorum* expresse insignita sunt, (2) *Theodoriti Canon catanycticus ad Christum Servatorem*, cujus principium: Παντοκράτωρ Χριστὲ, Πατρὸς ἀνάρχου παῖ μονογενὲς, &c; *Nicephori Xanthopuli Hymnus encomiasticus in Beatissimam Virginem Deiparam*, inscriptus Χαιρετισμὸς, *ordine alphabetico*, cujus principium, Χαῖρε ἀνωτέρα τῶν νοερῶν &c; ejusdem *Nicephori Troparia duo in Beatissimam Virginem Deiparam ordine alphabetico*, quorum *primum* incipit his verbis, Ἄχραντε Παρθένε, Μῆτερ Θεοῦ, πάσης ἀνθρωπίνης βοηθείας ἀπολυθεὶς, &c, *secundum* autem, Ἄχραντε Παρθένε, Μῆτερ Θεοῦ, ἡ δεδοξασμένη ὑπὲρ πᾶσαν φύσιν βροτῶν, &c; *Theophanis Canon paracleticus ad Beatissimam Virginem Deiparam*, cujus principium: Πολλοῖς συνεχόμενος πειρασμοῖς, πρός σε καταφεύγω σωτηρίαν ἐπιζητῶν, ὦ Μῆτερ τοῦ Λόγου καὶ Παρθένε &c; *Theodori Monachi Canon catanycticus ad Christum Servatorem*, cujus principium, Ὥσπερ ἐξ τάφου σεαυτὸν ἐξήγειρας θείᾳ δυνάμει σου, οὕτω κἀμὲ &c; *Michaelis Pselli Canon ad Christum exagoreuticus simul & paracleticus*, cujus principium, Ἀδεῶς Σῶτερ μου &c; (3) *Cosmæ Episcopi Majumensis Canon paracleticus ad Christum*, cujus principium, Πένθος μοι δώρησαι Λόγε καθαρτικὸν &c; *Josephi Studitæ Canon de secundo Adventu Christi*, cujus principium, Χαίρει χορὸς τῶν σῶν ἁγίων Κύριε &c.

(1) *Hi Canones recentiori manu in chartâ scripti & Joannis Mauropodis suprà memoratis Canonibus, in membranâ exaratis, tegumenti loco partim præfixi, partim subjuncti sunt.*

(2) *Ita ibi in Acrostichide istius Canonis scriptum est, nempe* Θεοδωρίτου, *non autem* Θεοδωρήτου, *Incipit litera Iota hoc modo:* Ἴδε Χριστὲ τὴν θλίψιν τῆς ψυχῆς μου *&c.*

C C C.

Trecentesimus (4) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *membranaceus* pervetustus & optimæ notæ in *folio*, constátq; folijs *centum octoginta quatuor*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ pro- priæ

(3) *Vide Leon. Allat. Dissertat. 1 de Libris Ecclesiasticis Græcorum pag. 73, 81 & 82.* (4) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* centesimus quadragesimus secundus.

priæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continetur eo *Menæum Græcorum* (1) *ab initio menſis Martij uſq; ad finem menſis Auguſti cum antiquis Notis Muſicis.* Principium ejus eſt tale: Μὴν Μάρτιος ἡμέρας ἔχων λά. ἡ ἡμέρα ἔχει ὥρας ιβ΄, καὶ ἡ νὺξ ὥρας ιβ΄. Μηνὶ Μαρτίῳ ά· μνήμη τῆς ἁγίας ὁσιομάρτυρος Εὐδοκίας. Στιχηρὰ ἦχος δ΄. Ἔδωκας σημείωσιν. Πρότερον ἀσκήσασα, καὶ τῆς σαρκὸς τὰ σκιρτήματα &c. Differt autem manuſcriptum hoc *Menæi* exemplar multis modis à *Menæo* impreſſo Venetijs typis Joannis Petri Pinelli A. 1648 in folio, & ad illud emendandum atque ſupplendum plurimùm conferet. Cæterùm qui ante *Augerium Busbeckium* hujus præſtantiſſimi Codicis manuſcripti poſſeſſores fuerint, indicatur ibi in fine *duabus* longè recentiorum manuum inſcriptionibus; quarum *prima*: Ἠγοράσθη τὸ παρὸν Μηναῖον καὶ ἐσαχόθη διὰ συνδρομῆς καὶ ἐξόδου τοῦ ἐντιμοτάτου Ἄρχοντος κυροῦ Ἰωάννου τοῦ Σπανοπούλου καὶ Ζυπάνου τοῦ ἀπὸ τῆς Βλαχείας. *Altera* autem eſt hæc: Μηνὶ Αὐγούστῳ κέ τοῦ (2) ϛϡνή ἐπινεμήσεως ιγ΄, βασιλεύοντος κυροῦ (3) Κωνσταντίνου τοῦ εὐσεβεστάτου, Γεράσιμος Ἱερομόναχος. Notandum deniq; eſt, in principio ejuſdem Codicis MSti exſtare *folium unicum chartaceum*, *Augerij Busbeckij* propriâ manu inſignitum, cujus primâ paginâ continetur *principium Orationis S. Germani Archiepiſcopi Conſtantinopolitani in Beatiſſimam Virginem Deiparam, quando triennis à parentibus in Templo oblata eſt.* Inſcribitur, atq; incipit fragmentum illud iſtius *Orationis* hoc modo: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Γερμανοῦ Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως λόγος εἰς τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον, ὅτε προσηνέχθη ἐν τῷ ναῷ τριετίζουσα. Ἰδοὺ καὶ πάλιν ἑορτὴ ἑτέρα καὶ πανήγυρις φαιδρὰ τῆς Μητρὸς τοῦ Κυρίου· ἰδοὺ πρόοδος τῆς ἀμωμήτου νύμφης &c. Eadem *Oratio* exſtat integra græcè & latinè Tomo primo Auctarij Magnæ Bibliothecæ Veterum Patrum græco-latinæ Pariſinæ, Pariſijs A. 1648 in folio editi, à columnâ 1411 uſq; ad colum. 1424.

CCCI.

Trecenteſimus primus (4) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* pervetuſtus, perelegans & optimæ notæ in *quarto*, conſtátq; folijs *centum ſexaginta ſeptem*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli.* Continetur eo *Menæi Græcorum menſis Martius*, incipiens à *Canone* in honorem & memoriam *S. Mar-*

(1) *Eſt hæc* Menæi Græcorum pars dimidia poſterior. *Quæ autem ejuſdem* Menæi *manuſcripti* pars prior dimidia *ab initio menſis Septembris uſq; ad finē menſis Februarij devenerit, & ubi nunc ea latitet, id mihi prorſus eſt incognitū.*

(2) *Anno Mundi* 6958, *ſive anno Chriſti* 1450. *Indictione decimâ tertiâ.*

(3) *Is eſt* Imp. Cōſtantinus Palæologus *qui A.* C. 1448 *cœpit imperare, & A.* 1453 *d.* 29 *Maij perijt; quo die* Conſtantinopolis *à* Turcarum *Imperatore Muhammedo IIdo capta eſt.*

(4) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* ducenteſimus octogeſimus tertius.

Martyris Eudociæ his verbis: (1) Πρότερον ἀσκήσασα, καὶ τῆς σαρκὸς τὰ σκιρτήματα &c.

(1) *Vide proximè præcedentem Codicem MStum CCCmum fol. 1 pag. 1.*

CCCII.

Trecentesimus secundus, (2) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* pervetuſtus, perelegans & optimæ notæ in *quarto*, conſtátq; folijs *ducentis tredecim*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Constantinopoli*. Continetur eo *Menæi Græcorum menſis Majus*, incipiens à *Canone* in honorem & memoriam *Jeremiæ Prophetæ* his verbis: Κύριε, σὺ πρὸ τοῦ πλασθῆναι προέγνως Ἱερεμίαν τὸν ἔνδοξον, &c.

(2) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* ducentesimus octogesimus quartus.

CCCIII.

Trecentesimus tertius (3) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* pervetuſtus & optimæ notæ in *folio*, conſtátq; nunc folijs *ducentis ſexaginta quatuor*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Constantinopoli*. Continentur eo hæc:

(3) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* centesimus trigesimus nonus.

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſq; ad fol. 172 pag. 2, *Hymnologium Græcorum*, continens *Hymnos in omnia Festa totius anni, cum antiquis Notis muſicis, Menæi* & *Menologij* inſtar in duodecim menſes digeſtos, ab initio menſis Septembris uſq; ad finem menſis Auguſti. *Titulus* Operis cum principio *primi diei menſis Septembris* ob unius aut duorum foliorum defectum deeſt; *ſecundus* autem *dies* ejuſdem menſis inſcribitur atq; incipit hoc modo: Μηνὶ τῷ αὐτῷ β΄ τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Μάμαντος· ἦχος β΄. Νεόφυτον καθάπερ ἐλαίας &c. Notabile porrò eſt eidem Hymnologio inſerta eſſe *Troparia Sophronij Archiepiſcopi Hieroſolymitani, in vigiliâ Natalis Christi cantari ſolita*; quorum *Titulus* ſive *Inſcriptio* eſt (4) ibi talis: Τροπάρια ψαλλόμενα τῇ παραμονῇ τῶν Χριστοῦ γενῶν εἰς τὰς ὥρας· ποίημα Σωφρονίου Ἱεροσολύμων.

(4) *Vide ibi fol. 75 pag. 2.*

Secundò, & quidem à fol. 173 pag. 1 uſque ad fol. 223 pag. 1, Στιχηρὰ ſive *Cantica cum antiquis Notis Muſicis, à Dominicâ Publicani & Pharisæi uſq; ad Festum Omnium Sanctorum cantari ſolita*, quorum *primum* incipit: Μὴ προσευξώμεθα φαρισαϊκῶς ἀδελφοί, &c.

Tertiò, & quidem à fol. 223 pag. 1 uſq; ad fol. 264 pag. 2, *Sophronij Archiepiſcopi Hieroſolymitani Horologium magnæ Paraſceves*

cum

cum antiquis Notis musicis; cujus titulus & principium: Σὺν Θεῷ Σύνταξις τῶν ᾠδῶν τῆς μεγάλης παρασκευῆς· ποίημα Σωφρονίου Ἀρχιεπισκόπου Ἱεροσολύμων. Ὥρα α΄, ψαλμὸς ε΄. Τὰ ῥήματα &c.

CCCIV.

Trecentesimus quartus (1) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *membranaceus* antiquus & optimæ notæ in *quarto*, constátq; folijs *trecentis viginti quinq;*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus *Constantinopoli*. Continentur eo hæc:

(1) Fuit & olim inter Codices MSStos Theologicos Græcos centesimus quadragesimus tertius.

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usq; ad fol. 184 pag. 2, idem illud *Hymnologium cum antiquis Notis musicis*, quod exstat in proximè præcedenti Codice CCCIIItio, & *Menæi* ac *Menologij* instar in *duodecim menses* digestum est.

Secundò, & quidem à fol. 185 pag. 1 usque ad fol. 325 pag. 1, Στιχηρὰ sive *Cantica cum antiquis Notis musicis à Dominicâ Publicani & Pharisæi usq; ad Festum Omnium Sanctorum*, quorum *primum* incipit: Μὴ προσευξώμεθα φαρισαϊκῶς ἀδελφοί, &c. Subjuncta etiam ijsdem sunt *alia varia Cantica Ecclesiastica*, inter quæ *Troparium S. Joannis Damasceni*, cujus titulus: (2) Τροπάριον τῶν ἀναβαθμῶν· ποίημα Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ. Item (3) Στιχηρὰ ἑωθινὰ sive *Cantica matutina*. Notabile porrò est, *Codicem hunc* esse scriptum manu *Joannis Citrij* cognomine *Dalassini* anno Mundi secundùm supputationem Ecclesiæ Constantinopolitanæ 6729, sive, anno Christi 1221, Indictione nonâ; ut ibidem folij 321 pag. 1 indicatur his verbis: Ἐτελειώθη ἡ παροῦσα δέλτος μηνὸς Φεβρουαρίῳ ἡμέρα εἰκάδι, ἐπινεμήσει θ΄ τοῦ ἔτους ͵ς ψ κ θ΄ χειρὶ ἐμοῦ τοῦ τάλανος καὶ πτωχοῦ καὶ ἀγνωστοῦ τοῦ ἀπὸ Κίτρου ἱερέως Ἰωάννου τοὔνομα, οὗ τὸ ἐπίκλην Δαλασσηνὸς ὑπάρχει.

(2) Vide ibi fol. 300 pag. 2.

(3) Vide ibid. fol. 307 pag. 1.

CCCV.

Trecentesimus quintus (4) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *membranaceus* pervetustus & optimæ notæ in *quarto* constátq; nunc folijs *quinquaginta uno*. Continetur eo ejusdem *Hymnologij cum antiquis Notis musicis*, quod in duobus proximè præcedentibus Codicibus CCCIVto & CCCVto exstat, & in *duodecim menses* digestum est. *Pars media* (5) à die 24 Decembris, sive *Vigiliâ Nativitatis Christi* usque ad diem 21 Maij, quo celebratur memoria *Imp. Constantini Magni* & matris ipsius *Helenæ*.

(4) Fuit & olim inter Codices MSStos Theologicos Græcos trecentesimus quintus.

(5) Vide Cod. CCCIIItij à fol. 73 pag. 2 usq; ad fol. 132 pag. 1.

CCCVI.

CCCVI.

Trecentesimus sextus (1) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *chartaceus* mediocriter antiquus in octavo, constátq; nunc folijs *nonaginta octo*, & A.C. 1665 ex *Archiducali Bibliothecâ Arcis Ambrasianæ juxta Oenipontem* in *Augustissimam Bibliothecam Cæsaream Vindobonensem* à me translatus est. Continetur eo *Liber Ecclesiasticus Græcorum cum antiquis Notis musicis*, *Octoechus* inscriptus, & maximam partem à *S. Joanne Damasceno* compositus; cujus titulus & principiũ: Ἀρχὴ σὺν Θεῷ ἁγίῳ τῆς Ὀκτωήχου σὺν τοῖς (2) κεκραγαρίοις καὶ τοῖς ἑωθινοῖς αὐτῶν. Τῷ σαββάτῳ ἑσπέρας, εἰς τὸ Κύριε ἐκέκραξα· στιχηρὰ ἀναστάσιμα· ἦχος α. Ἄρχεται ὁ δεξιὸς χορός. Κύριε ἐκέκραξα &c. Στιχηρὰ ἀναστάσιμα· ἦχος ά. Τὰς ἑσπερινὰς ἡμῶν εὐχὰς &c. Antiquissima editionum græcarum *Octoechi* impressarum, quas hactenùs in *Augustissimâ Bibliothecâ Cæsareâ* reperi, prodijt Venetijs A. 1523 in octavo, eidémque *Imago S. Joannis Damasceni* præfixa est. In Operum autem *S. Joannis Damasceni* editione *Billianâ* Parisinâ anni 1619 in folio, à pag. 599 usque ad pag. 623, exstant ex *octo* illis *Tonis*, sive *Sonis*, quos *Octoechus* continet, tantùm *duo*, nec nisi *latinè*. Plura de *Octoecho* vide apud doctissimũ *Leonem Allatiũ* in Dissertatione primâ *de Libris Ecclesiasticis Græcorũ* à pag. 64 usq; ad pag. 68.

(1) *Fuit is olim extra numerum.*

(2) *Vide* Leon. Allat. *Dissert. 1 de Lib. Eccles. Græcor.* pag. 103, *ubi* κεκραγάρια *interpretantur* Cantica clamatoria.

CCCVII.

Trecentesimus septimus (3) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in *folio*, constátque folijs *ducentis octoginta octo*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus *Constantinopoli*. Continetur eo *Liber Ecclesiasticus Græcorum*, *Octoechus* inscriptus, & maximam partem à *S. Joanne Damasceno* compositus; cujus titulus & principium: Τῷ σαββάτῳ ἑσπέρας, εἰς τὸ Κύριε ἐκέκραξα. Στιχηρὰ ἀναστάσιμα, ἦχος ά. Τὰς ἑσπερινὰς ἡμῶν εὐχὰς &c. In fine ejusdem Codicis exstat subscriptio, quâ indicatur, scriptum eum esse anno Mundi secundùm supputationem Ecclesiæ Constantinopolitanæ 6899, sive anno Christi 1391, Indictione decimâ quartâ.

(3) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* centesimus quadragesimus.

CCCVIII.

Trecentesimus octavus (4) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in *quarto*, constátque folijs *trecentis quadraginta uno*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus *Constan-*

(4) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* centesimus sexagesimus.

ſtantinopoli. Continetur eo *Series ordinationis univerſi Officij Eccleſiaſtici, conſtructa & antiquis Notis muſicis adornata à Magiſtro Joanne Cucuzele.* Ipſa tituli græci verba cũ principio primi Cantici ſunt hæc: Βιβλίον σὺν Θεῷ ἁγίῳ περιέχον τὴν ἅπασαν ἀκολουθίαν τῆς ἐκκλησιαστικῆς τάξεως, συνταχθεῖσαν παρὰ τοῦ Μαΐστορος κυροῦ Ἰωάννου τοῦ Κουκουζέλη. Δεῦτε προσκυνήσωμεν &c. Vbi obiter notandum eſt, eundem illum Libri hujus concinnatorem *Joannem Cucuzelem* compoſuiſſe etiam ſeparatim Τέχνην ψαλτικὴν καὶ σημάδια ψαλτὰ μετὰ πάσης χειρονομίας καὶ συνθέσεως, ſive, *Artem pſalticam cum varijs Canticorum exemplis & adjunctis Notis Muſicis.* Quod Opus *bis* exſtat *manuſcriptum*, in *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ;* ut accuratiùs, volente Deo, poſthac indicabo, cùm in Continuatione hujus Catalogi pervenero ad *Codices manuſcriptos Philoſophicos Græcos*, & ſpeciatim quidem ad eos, qui ad *Artem muſicam* pertinent. Interim nunc hoc tantùm prævìè moneo, *Joannem* hunc *Cucuzelem* diverſum eſſe à *Joaſapho* cognominato *Cucuzele Juniore*, cujus *Leo Allatius* in Diſſertatione primâ *de Libris Eccleſiaſticis Græcorum*, pag. 99 & 100, meminit his verbis: *Hirmos ejuſmodi ſive Cantus initiales, Notis etiam muſicalibus à* (1) *JOSAPHATO CVCVZELE, digeſtos, habes in Bibliothecâ Barberinâ ſub hoc titulo:* Εἱρμολόγιον τοῦ ὅλου ἐνιαυτοῦ, καθὼς ψάλλεται εἰς τὸ ἅγιον ὄρος· ἐκαλλωπίσθη δὲ παρὰ τοῦ ἐν ἱερομονάχοις εὐτελοῦς ἸΩΆΣΑΦ τοῦ ΝΈΟΥ ΚΟΥΚΟΥΖΗΛΗ. Hoc eſt: *Hirmologium totius anni, ut cani ſuevit in Monte ſancto. Id verò adornatum paululùm eſt ab humili Hieromonacho* (2) *JOSAPHATO CVCVZELE JVNIORE.* Hucuſque *Allatius.*

CCCIX.

Trecenteſimus nonus (3) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt partim *membranaceus*, partim chartaceus, antiquus & bonæ notæ in *quarto*, conſtátque nunc folijs trecentis decem, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli.* Continetur eo poſt *Theophanis Melodi Canonem paraleticum ad Chriſtum Servatorem* cujus principium: Ἡ παντουργὸς καὶ συμφυὴς &c, & poſt alia nonnulla *Cantica Eccleſiaſtica miſcellanea*, ut & poſt *brevem Catalogum Metropolitanarum atq; Epiſcopalium Sedium Orientalium, Liber Eccleſiaſticus Græcorum,* (4) *Octoechus* inſcriptus, & maximam partem à *S. Joanne Damaſceno* compoſitus, cujus titulus & principium: Τροπολόγιον ἤτοι Ὀκτώηχος περιέχουσα τὰ τε στιχηρὰ καὶ ἰδιόμελα τῶν

(1) *Immò* IOASAPHO, *ut legitur in contextu græco.*
(2) *Immò* IOASAPHO, *ut legitur in contextu græco.*
(3) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos cêteſimus-quinquageſimus-nonus.*
(4) *Vide ſuprà pag. 272 ubi agitur de Codd. CCCVIto & CCCVIIImo.*

ὀκτὼ ἤχων, τοὺς μακαρισμοὺς, τὰ ἑωθινὰ, καὶ λοιπὴν πᾶσαν ἀκολουθίαν συνήθως ψαλλομένην. Στιχηρὰ ἀναστάσιμα εἰς τὸ Κύριε ἐκέκραξα· ἦχος α΄. Τὰς ἑσπερινὰς ἡμῶν εὐχὰς &c. Quo finito Libro, ſequitur anonymi cujuſdam Autoris *Canon Paſchalis* ab anno Mundi ſecundùm ſupputationē Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ 6794, ſive anno Chriſti 1286 uſq; ad annū Mundi 6827 ſive annū Chriſti 1319. Item (1) *Anthologiū Eccleſiaſticum*, in *duodecim menſes* diviſum, quo continentur Officia, quæ per totum annum in Domini noſtri Jesu Chriſti, Beatiſſimæ Virginis Deiparæ, & reliquorum celebrium Sanctorum ſolennitatibus ſolent decantari. *Primum Canticum primi diei menſis Septembris* incipit his verbis: Ὁ καιροὺς καρποφόρους καὶ ὑετοὺς οὐρανόθεν παρέχων τοῖς ἐπὶ γῆς, &c. Ultimum denique in eodem Codice obtinent locum *Canones aliquot paracletici* (2) *Joannis cognomine Mauropodis*, primùm *Monachi*, deinde autem *Archiepiſcopi Euchaitorum*; quorum unumquodq; peculiarem ſuam habet *Acroſtichidem*, quæ itidem, ut quælibet *Ode nona*, nomine *Joannis* inſignita eſt. *Primi Canonis ad Chriſtum Acroſtichis* cum *principio* eſt talis: Πρῶτον φέρω μέλισμά σοι Θεοῦ Λόγε μοναχὸς Ἰωάννης. Πάντα ἐκ μὴ ὄντων κατ' ἀρχὰς &c.

(1) *Vide* Leon. Allat. *Diſſertat.* 1 *de Libris Eccleſiaſt. Græcorum pag.* 89, 90 & 104.

(2) *Vide ſuprà pag.* 266 & 267. *ubi agitur de Cod.* CCXCIXno.

CCCX.

Trecenteſimus decimus (3) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* pervetuſtus & optimæ notæ in octavo, conſtátque nunc folijs *ducentis ſeptuaginta tribus*. Continentur eo *Joſephi Melodi Canones* ſive *Cantica ſacra quadraginta octo*, quorum unumquodque peculiarem ſuam habet *Acroſtichidem*, quæ itidem, ut quælibet *Ode nona*, nomine *Joſephi* inſignita eſt *Primi Canonis Acroſtichis* cum *principio* eſt talis: Τῇ β΄ Κανὼν κατανυκτικὸς, οὗ ἡ ἀκροστιχὶς αὕτη· Τῶν πλασμάτων μου τὸν ῥύπον πλῦνον, Λόγε, Ἰωσήφ. Τῶν ἁμαρτιῶν μου τὴν πληθὺν &c.

(3) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* centeſimus quinquageſimus ſecundus.

CCCXI.

Trecenteſimus undecimus (4) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in *quarto*, conſtátque nunc folijs *centum octoginta quinq;*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus Conſtantinopoli. Continetur eo (5) *Anthologij Eccleſiaſtici Græcorum menſis November*, cum (6) ſubjunctâ (7) *Joannis Diaconi Ma-*

(4) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* centeſimus quadrageſimus quintus.

gnæ

(5) *Vide ſuprà, ubi agitur de Cod.* CCCIX (6) *Vide ibi fol.* 176 *pag.* 2. (7) *Ejuſdem* Joannis Oratio encomiaſtica in S. Joſephum Hymnographum *ſive* Melodum *memoratur á* Leone Allatio *in Diatribâ de Symeonum Scriptis pag.* 97.

gnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ, cognomine *Eugenici*, *Oratione encomiasticâ in S. Martyrem Jacobum Persam*; cujus titulus & principium: Ἰωάννου Διακόνου τοῦ Εὐγενικοῦ ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον μεγαλομάρτυρα καὶ θαυματουργὸν Ἰάκωβον τὸν Πέρσην. Εἶτα πεπονηκὼς μέν τις καὶ κάμνων τῷ σώματι, ἰατρῷ τινὶ προσελθὼν, &c.

CCCXII.

Trecentesimus duodecimus (1) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in *quarto*, constátque nunc folijs *ducentis triginta sex*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus *Constantinopoli*. Continetur eo (2) *Anthologij Ecclesiastici Græcorum mensis Januarius*, cujus *dies primus* ob defectum unius vel duorum foliorum in principio est mutilus; *secundus* autem inscribitur atq; incipit hoc modo: Μηνὶ τῷ αὐτῷ β΄· προεόρτια τῶν φώτων, καὶ μνήμη τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Σιλβέστρου Πάπα Ῥώμης. Στιχηρὸν· ἦχος δ΄. Ὁ ἑωσφόρος προτρέχων τοῦ ἡλίου, ὁ λύχνος τῆς χάριτος, &c.

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos centesimus quinquagesimus octavus.*

(2) *Vide suprà pag. 274 ubi agitur de Cod. CCCIXno.*

CCCXIII.

Trecentesimus decimus tertius (3) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in *quarto*, constátque nunc folijs *centum octoginta septem*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim pertinuit. Continetur eo *Joannis Zonaræ Expositio in S. Joannis Damasceni Canones anastasimos*; cujus titulus & principium: Ἰωάννου μοναχοῦ τοῦ Ζωναρᾶ ἐξήγησις εἰς τοὺς κανόνας Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ. Ὠδὴ α΄, ἦχος α΄. Ὁ Κανών. Τὸ κείμενον. Σοῦ ἡ τροπαιοῦχος δεξιὰ &c. Ἑρμηνεία. Σοῦ, ὦ ἀθάνατε, ἡ τροπαιοῦχος δεξιὰ θεοπρεπῶς ἐν ἰσχύϊ δεδόξασται, ὅπερ οὐδὲν ἄλλον ἐστὶν, ἢ ὃ εἶπε Μωυσῆς ἐν τῇ ᾠδῇ αὐτοῦ· ἡ δεξιά σου Κύριε &c.

(3) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* trecentesimus decimus septimus.

CCCXIV.

Trecentesimus decimus quartus (4) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est chartaceus antiquus in *octavo*, constátque folijs *centum nonaginta sex*. Continetur eo *Joannis Zonaræ Expositio in S. Joannis Damasceni Canones anastasimos*, & quidem eodem planè modo ut in proximè præcedenti Codice CCCXIIItio.

(4) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* trecentesimus nonus.

CCCXV.

Trecentesimus decimus quintus (5) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *membranaceus* pervetustus perelegans & optimæ

(5) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* centesimus trigesimus octavus.

notæ in *folio*, conſtátque nunc folijs *ducentis quinquaginta novem*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſque ad fol. 191 pag. 2, *Theodori Prodromi Expoſitio in Sanctorum Patrum Coſmæ Epiſcopi Majumenſis & Joannis Damaſceni Canones ſive Cantica Eccleſiaſtica, in præcipuis ſacris ſolennitatibus cantari ſolita.* Ipſa *tituli græci* verba cum principio *Expoſitionis primi Canonis* ſunt hæc: Τοῦ Φιλοσόφου Θεοδώρου τοῦ Προδρόμου ἐξήγησις εἰς τοὺς ἐν ταῖς θείαις καὶ δεσποτικαῖς ἑορταῖς μελουργηθέντας κανόνας παρὰ τῶν ἁγίων καὶ σοφῶν μελῳδῶν Κοσμᾶ καὶ Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ. Ὁ Χριστὸς βροτὸς γινόμενος ἤγουν ἄνθρωπος θνητὸς, ἦν καὶ Θεὸς ὁ αὐτὸς, &c.

Secundò, & quidem à fol. 192 pag. 1 uſque ad fol. 206 pag. 1, *S. Joannis Damaſceni Oratio de mortuis in fide, quòd juventur Miſſis & beneficijs vivorum.* Ipſa *tituli græci* verba cum principio *Orationis* ſunt hæc: Ἰωάννου μοναχοῦ πρεσβυτέρου, τοῦ ταπεινοῦ Δαμασκηνοῦ, λόγος περὶ τῶν ἐν πίστει κεκοιμημένων, ὅπως αἱ ὑπὲρ αὐτῶν γινόμεναι λειτουργίαι καὶ εὐποιίαι τούτοις τὰ μέγιστα ὀνίνησιν. (1) Τὰ τῶν βρωμάτων ἡδέα καὶ τίμια &c.

(1) Vide Operum S. Joannis Damaſceni editionem Pariſ. A. 1619 pag. 579; ſed ibi Oratio hæc exſtat tantùm latinè.

Tertiò, & quidem à fol. 206 pag. 1 uſque ad fol. 219 pag. 2, *Epitome græca quatuor Librorum latinorum Joannis Caſſiani Romani ad Caſtorem Epiſcopum de Inſtitutis & Regulis Cœnobiorum Ægypti & Orientis.* Ipſa *tituli græci* verba cum principio *Præfationis* exhibui jam ſemel Libri *quarti* horum Commentariorum pag. 167 in recenſione Codicis manuſcripti Theologici Græci CLXVti, num. 4, ideóque ea hîc non repeto; uti nec cætera, quæ ibidem contra *Gennadium Maſſilienſem* & *Joannem Trithemium* de *Joannis Caſſiani Patriâ, Vitâ* & *Scriptis* ſolidè diſſerui.

Quartò, & quidem à fol. 219 pag. 2, uſque ad fol. 247 pag. 1, *Epitome græca ſeptem priorum Collationum Sanctorum Anachoretarum Scetenſium, latinè conſcriptarum à Joanne Caſſiano Romano ad Leontium Epiſcopum.* Ipſa *tituli græci* verba cum principio *Præfationis* ſunt hæc: Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Λεόντιον περὶ τῶν κατὰ τὴν (2) Σκῆτιν. Τὸ χρέος, ὅπερ ἐπηγγειλάμην τῷ μακαριωτάτῳ Πάπᾳ Κάστορι &c. Plura & accuratiora de hoc Opuſculo vide Libri *quarti* horum Commentariorum pag. 166, 167 & 168.

Quin-

(2) Duplex celeberrimæ hujus Ægyptiacæ eremi in antiquis Codicibus MStis Græcis exſtat appellatio, nempe Σκήτη, cujus genitivus Σκήτης, & Σκῆτις, cujus genitivus Σκήτεως.

Quintò, & quidem à fol. 247 pag. 1 usque ad fol. 259 pag. 2, *Georgij Rhetoris, Archiepiscopi Nicomediæ, Homilia sive Oratio in Beatissimam Virginem Deiparam, & in illud Evangelij S. Joannis, Stabant apud crucem* J E S V *Mater ipsius & soror Matris ipsius, ut & in Sepulturam Christi, habita Sabbato Sancto.* Ipsa *tituli græci* verba cum principio *Orationis* sunt hæc: Γεωργίου Ἀρχιεπισκόπου Νικομηδείας, τοῦ Ῥήτορος, εἰς τὴν ἁγίαν Θεοτόκον, καὶ εἰς τὸ ῥητὸν τοῦ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγελίου τὸ φάσκον, Εἱστήκεισαν παρὰ τῷ σταυρῷ τοῦ Ἰησοῦ ἡ μήτηρ αὐτοῦ καὶ ἡ ἀδελφὴ τῆς μητρὸς αὐτοῦ· καὶ εἰς τὴν θεόσωμον ταφὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τῷ ἁγίῳ Σαββάτῳ. Πρὸς ὑψηλοτάτην ἡμῖν ἀναδραμὼν ὁ λόγος περιωπὴν &c. Plura de hâc *Oratione* vide Libri *quarti* horum Commentariorum pag. 21 & 22.

CCCXVI.

Trecentesimus decimus sextus (1) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *chartaceus* mediocriter antiquus in *quarto*, constátq; folijs *centum triginta octo*. Continetur eo *Theodori Prodromi Expositio in Sanctorum Patrum Cosmæ Episcopi Majumensis & Joannis Damasceni Canones sive Cantica Ecclesiastica, in solennitatibus* (2) *Dominicis cantari solita*. Ipsa *tituli græci* verba cum principio *Præfationis ad* (3) *Orphanotrophum*, quæ in proximè præcedenti Codice CCXVIto non exstat, sunt hæc: Τοῦ Φιλοσόφου κυροῦ Θεοδώρου τοῦ Προδρόμου ἐξήγησις εἰς τοὺς ἐν ταῖς ἱεραῖς δεσποτικαῖς ἑορταῖς ἐκτεθέντας κανόνας παρὰ τῶν ἁγίων καὶ σοφῶν ποιητῶν Κοσμᾶ καὶ Ἰωάννου. Προοίμιον εἰς τὸν Ὀρφανοτρόφον. Ἔοικας, ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ, περὶ τὴν τῶν ἐν ταῖς δεσποτικαῖς καὶ δημοτελέσιν ἑορταῖς μελουργηθέντων ᾀσμάτων &c. Quo finito *Proœmio*, sequitur *Expositio primi Canonis in Exaltationem S. Crucis* hoc modo: (4) Ἡ ἀκροστιχὶς Σταυρῷ πεποιθὼς, ὕμνον ἐξερεύγομαι. Δίκαιος ὢν ὄντως ὁ μελῳδὸς, εἰκότως καὶ ὡς λέων πέποιθε κατὰ τὴν γραφὴν, &c.

CCCXVII.

Trecentesimus decimus septimus (5) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *chartaceus* antiquus in *octavo*, constátque nunc folijs *octoginta tribus*. Continetur eo *Theodori Prodromi Expositio in Sanctorum Patrum Cosmæ Episcopi Majumensis & Joannis Damasceni Canones sive Cantica Ecclesiastica in solennitatibus Dominicis cantari solita.* Principium *Expositionis primi Canonis* est tale: Ἡ ἀκροστιχὶς.

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos centesimus quadragesimus septimus.*
(2) *Vide Lib. IV horum Commentariorum pag.* 205.
(3) *De munere & dignitate* Orphanotrophi *vide* R.P. Jacobi Goar O. P. *Notas in* Georgij Codini *Librum de Officijs Magnæ Ecclesiæ & Aulæ Constantinopolitanæ.*

(4) *Vide proximè præcedentem Codicem* CCCXVtum *fol.* 179 *pag.* 1. (5) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* trecentesimus vigesimus sextus.

σιχὶς· Χριςὸς βροτωθεὶς &c. Ἀπὸ δὲ Ἀποςόλυ ἡ τῆς ἀκροςιχίδ☉ ταύτης χρῆσις ἐιλήφθη τῷ μελωδῷ, &c.

CCCXVIII.

(1) Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos trecentesimus octavus.

Trecentesimus decimus octavus (1) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *membranaceus* pervetustus & optimæ notæ in *quarto*, sed tàm in principio & fine, quàm passim alibi, valdè mutilus, constátq; nunc folijs *centum octoginta septem*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus *Constantinopoli*. Continentur eo *Sanctorum Patrum Cosmæ Episcopi Majumensis & Joannis Damasceni varij Canones sive Cantica Ecclesiastica cum Expositione singulis Troparijs particulatim subjunctâ.* In ejusdem Codicis folio quodam *chartaceo* exstat recentiori manu exaratus *Catalogus Metropolitarum & Episcoporum Peloponnesi* hoc modo: Ὁι Μητροπολῖται τῆς Πελοποννήσυ. Ὁ Κορίνθυ· ὁ Μονεμβασίας· &c. Ὁι Ἐπίσκοποι τῆς Πελοποννήσυ. Ὁ Δαμαλῶν· &c.

CCCXIX.

(2) Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos centesimus sexagesimus primus.

Trecentesimus decimus nonus (2) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *membranaceus* pervetustus & optimæ notæ in *folio*, constátq; nunc folijs *centum triginta quinq;*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus *Constantinopoli*. Continentur eo *S. Joannis Damasceni Canones anastasimi sive de Resurrectione Christi cum Expositione amplissimâ.* Eorum *primus* cum subjuncta *Expositione* incipit hic verbis: Ἵππον καὶ ἀναβάτlω εἰς θάλασσαν &c. Ἑρμlωεία. Ἐκ τῆς ᾠδῆς ὁ ειρμὸς ὀ κατὰ τlὼ ἔννοιαν μόνον, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὰ ῥήματα· ἐκεῖθεν γὰρ &c. Τετράδιον. Σὲ ἡ ἀκανθηφόρ☉ Ἑβραίων συναγωγὴ &c. Ἑρμlωεία. Ἐκ τεσσάρων βίβλων τῆς θεοπνεύςυ γραφῆς συντέθειται τὸ Τετράδιον τῦτο τῷ σοφῷ Ἰωάννη· ἐκ τῆς βίβλυ τῦ μεγαλοφωνοτάτυ Ἡσαΐυ, &c.

CCCXX.

(3) Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos centesimus decimus octavus.

Trecentesimus vigesimus (3) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *chartaceus* antiquus in folio, constátq; nunc folijs *ducentis quadraginta novem*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usq; ad fol. 134 pag. 1, *Gregorij Archiepiscopi Metropoleos Corinthi Expositio in Canones sive Cantica Ecclesiastica Festorum Dominicorum totius anni, ut & in Triodia & Canones Magnæ Hebdomadis & Festorum Beatissimæ Virginis Deiparæ.* Ipsa *tituli græci* verba cum principio *Expositionis primi*

Cano-

Canonis in exaltationem S. Crucis, sunt hæc: Γρηγορίου Ἀρχιεπισκόπου τῆς Μητροπόλεως Κορίνθου ἑρμηνεία εἰς τοὺς κανόνας τῶν δεσποτικῶν ἑορτῶν τοῦ ὅλου χρόνου, τῶν τριῳδίων καὶ κανόνων τῆς μεγάλης ἑβδομάδος καὶ τῶν ἑορτῶν τῆς Θεοτόκου. Μηνὶ Σεπτεμβρίῳ ιδ'. Κανὼν εἰς τὴν παγκόσμιον ἑορτὴν τῆς ὑψώσεως τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ ποίημα Κοσμᾶ μοναχοῦ, φέρων ἀκροστιχίδα στίχον ἰαμβικὸν τόνδε· Σταυρῷ πεποιθὼς, ὕμνον ἐξερεύγομαι. (1) Τὸ δὲ ἐξερεύγομαι ψαλμικόν ἐστι· ἧς ἡ ἑρμηνεία καὶ ὁ σκοπὸς εὐσύνοπτος ἄγαν ἐστί. Τῷ τιμίῳ γὰρ καὶ σεβασμίῳ σταυρῷ θαρρῶν, &c. Plura de hoc *Gregorio Metropolitâ Corinthi*, qui aliàs etiam appellatur *Georgius*, ut & de *Expositione Canonum*, quæ Codice hoc manuscripto *Cæsareo* continetur, vide apud *Leonem Allatium* in Diatribâ de *Georgijs* & eorum Scriptis à pag. 416 usque ad pag. 420; ubi etiam *Joannis Jacobi Frisij* & R. P. *Antonij Possevini* varios insignes errores, circa eundem *Codicem MStum Cæsareum* in *Bibliothecâ Universali Gesnerianâ* & *Apparatu Sacro* commissos, luculenter detegit & refutat.

(1) *Vide suprà Cod. CCCXVIII fol. 179 pag. 1; ubi eadem Expositio attribuitur* Theodoro Prodromo.

Secundò, & quidem à fol. 134 pag. 2. usque ad fol. 177 pag. 1, *S. Maximi Monachi & Martyris Loci communes Sententiarum, ex varijs sacris & profanis Autoribus collecti, & in Capita septuaginta unum divisi*; quorum titulus & principium: Γνῶμαι εὐαγγελικαὶ καὶ διαφόρων ἁγίων καὶ σοφῶν ἀνδρῶν. Κεφάλαιον α' περὶ βίου, καὶ ἀρετῆς, καὶ κακίας. &c. Plura de hisce *Locis Communibus* vide Libri *quarti* horum Commentariorum pag. 213, ubi agitur de Codice MSto Theologico Græco CXCVto.

Tertiò, & quidem fol. 177 pag. 2, *Symeonis Monachi Fragmentum historicum de Baptismate Sanctorum duodecim Apostolorum, desumptum ex S. Sophronij Patriarchæ Hierosolymitani Hypomnematibus sive Commentarijs.* Ipsa *Tituli græci* verba cum principio *Fragmenti* sunt hæc: Περὶ τοῦ Βαπτίσματος τῶν ἁγίων Ἀποστόλων εὑρημένη ἐν τῇ βίβλῳ τοῦ Μοναχοῦ Συμεὼν οὕτως. Ἐρευνήσαντες φιλοπόνως, πῶς καὶ παρὰ τίνος ἐβαπτίσθησαν οἱ Ἀπόστολοι, εὕρομεν ἐν τοῖς Ὑπομνήμασι τοῦ ἁγίου ΣΩΦΡΟΝΙΟΥ καὶ ἄλλα πολλὰ μνήμης ἄξια, πρὸς δὲ τούτοις καὶ ταῦτα &c. Plura de hoc Fragmento historico vide Libri *tertij* horum Commentariorum pag. 52, 53 & 54.

Quartò, & quidem à fol. 178 pag. 1 usque ad fol. 179 pag. 2, *Apophthegmata quædam miscellanea*, quorum principium: Ὡραῖον ὁ φιλόσοφος εἴρηκεν· ὅπερ σὺ μισεῖς &c. Ubi obiter notandum est, ita

ibi

ibi bis scriptum legi, nempe Ὡρίων cum spiritu aspero, non autem Ὠρίων, uti legitur apud *Suidam* Lexicographum. Opinor enim hoc loco intelligendum esse *Orionem* Θηβαῖον τῆς Αἰγύπτου sive *Thebanum Ægyptium*, quem jam citatus *Suidas* refert scripsisse Συναγωγὴν γνωμῶν ἤγουν Ἀνθολόγιον πρὸς Εὐδοκίαν τὴν γυναῖκα Βασιλέως Θεοδοσίου τοῦ μικροῦ βιβλίοις γ', hoc est, *Collectionem Sententiarum sive Florilegium ad Eudociam Imp. Theodosij Junioris uxorem, in tres libros divisum.* Nec alius videtur esse *Orion* quem idem *Suidas* refert fuisse *Grammaticum Alexandrinum*, & præter *Florilegium* scripsisse *Collectionem vocabulorum Atticorum*, *Etymologicon*, & *Encomium Imp. Hadriani.*

Quintò, & quidem à fol. 179 pag. 2 usque ad fol. 182 pag. 2, *Menandri Comici Sententiæ paræneticæ ordine alphabetico*, quorum titulus & principium: Μενάνδρου τοῦ σοφοῦ Παραινέσεις κατὰ στοιχεῖον. Ἀρχὴ τοῦ Α. Ἀρχὴν νόμιζε τὸν Θεὸν φοβεῖσθαι. Ἅπαντα ἀφανίζει γῆρας &c. Vide etiam suprà pag. 112, ubi agitur de Cod. CCXLIVto, num. 13.

Sextò, & quidem à fol. 182 pag. 2 usque ad fol. 196 pag. 1, *S. Epiphanij, Constantiæ sive Salaminis in Cypro Insulâ Episcopi, Physiologus*, sive *Excerpta ex* Libris *Aristotelis*, *Physiologi* sive *Exploratoris naturæ animalium*, cum *Expositione & Applicatione Theologicâ.* Ipsa *tituli græci* verba cum principio *Libri* sunt hæc: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἐπιφανίου Ἐπισκόπου Κύπρου ἐκ τῶν Ἀριστοτέλους, Φυσιολόγου τῶν ζώων. Ἀρξώμεθα λαλῆσαι περὶ τοῦ λέοντος, τοῦ βασιλέως τῶν θηρίων ἤτοι ζώων. καὶ γὰρ ὁ Ἰακὼβ εὐλογῶν τὸν Ἰούδαν ἔλεγε· (1) Σκύμνος λέοντος Ἰούδα, ἐκ βλαστοῦ υἱέ μου ἀνέβης. ἀναπεσὼν, ἐκοιμήθης ὡς λέων, καὶ ὡς σκύμνος· τίς ἐγερεῖ αὐτόν; Ὁ Φυσιολόγος ἔλεξε περὶ τοῦ λέοντος, ὅτι τρεῖς φύσεις ἔχει. πρώτη αὐτοῦ φύσις ἐστὶν αὕτη· ὅταν περιπατῇ ἐν τῷ ὄρει καὶ ὀδεύῃ, ἔρχεται αὐτοῦ ὀσμὴ τοῦ κυνηγοῦ, καὶ τῇ οὐρᾷ αὐτοῦ καλύπτει τὰ ἴχνη αὐτοῦ, ἵνα μὴ ἀκολουθῶν τοῖς ἴχνεσι ὁ κυνηγὸς, εὕρῃ αὐτοῦ τὴν μάνδραν, &c. Edidit quidem hunc *S. Epiphanij* Librum primus græcè & latinè cum Notis suis *Consalus Ponce de Leon Hispalensis* Romæ apud Zannettum A. 1587 in quarto, eademq; editio *Operibus S. Epiphanij*, à P. R. *Dionysio Petavio* S. I. Lutetiæ Parisiorum A. 1622 duobus Tomis in folio editis, à Tomi secundi pag. 185 usq; ad pag. 224 inserta est; sed discrepat illa multis modis à manuscripto hoc exemplari *Cæsareo*, ejusq; beneficio valdè potest emen-

(1) Genes. cap. 49 vers. 9.

emendari & suppleri, ut vel ex solo suprà exhibito *Titulo* & *principio* qualitercunque videre est. Ex eodem *Titulo* manifestè etiam apparet, per *Physiologum* non esse intelligendum alium quàm *Aristotelem*, cujus etiamnunc exstant *de Historiâ animalium Libri decem, de Partibus animalium Libri quatuor, de Generatione animalium Libri quinque,* & ejusdem generis nonnulli alij.

Septimò, & quidem à fol. 196 pag. 1 usque ad fol. 229 pag. 1, *S. Gregorij Nazianzeni Carmina varia cum adjunctâ anonymi cujusdam Autoris* Ἑρμηνείᾳ sive *Explanatione*. Primum inter ea obtinent locum *Sententiæ distichis jambis constantes*, quarum principium: (1) Ἀρχῆς καλῆς κάλλιστον εἶναι καὶ τέλος, &c.

(1) *Vide Operum S. Gregorij Nazianzeni edit. græco-lat. Tom II pag. 153.*

Octavò, & quidem fol. 229 pag. 1 & 2, *Joannis Monachi Metaphrasis metrica sancti Symboli*, cujus titulus & principium: Ἰωάννου Μοναχοῦ μετάφρασις τοῦ Συμβόλου. Πιστεύω Θεὸν εἰς ἕνα καὶ Πατέρ' αὐτογένεθλον, &c. Vide etiam suprà pag. 224 & 225, ubi agitur de Cod. CCLXXVIImo, num. 3.

Nonò, & quidem fol. 229 pag. 2 & fol. 230 pag. 1, *Æsopi Admonitio ad Linum discipulum;* cujus titulus & principium: Αἰσώπου πρὸς Λῖνον μαθητὴν αὐτοῦ νουθεσία. Ἐπάκουσον τῶν ἐμῶν λόγων, τέκνον Λῖνε, δι' ὧν καὶ πρότερον παιδευθεὶς &c.

Decimò, & quidem fol. 230 pag. 1, *Platonis Præcepta de ijs, quæ fugiendâ sunt in vitâ;* quorum titulus & principium: Πλάτωνος. Ὅσα σε δεῖ φοβεῖσθαι, ὑποδείξω σοι τέκνον ἐμόν. Φοβοῦ ἄνδρας ἐν χερσὶ τὸν ξιφηφόρους· Φοβοῦ δυνάστας καὶ βιαίους ἐν πόλει· Φοβοῦ γλῶσσαν γυναικὸς αὐθεστάτης· &c.

Vndecimò, & quidem à fol. 230 pag. 1 usque ad fol. 243 pag. 1, *Sapientia Jesu filij Sirach.*

Duodecimò, & quidem à fol. 243 pag. 1 usque ad fol. 249 pag. 2, Γνῶμαι κατ' ἐκλογὴν τῶν Παροιμιῶν καὶ τοῦ Ἐκκλησιαστοῦ, καὶ ἐκ τοῦ Ἰὼβ· hoc est: *Sententiæ selectæ ex Proverbijs Salomonis & Ecclesiaste, & ex Libro Jobi.* Principium earum est: Ἄφρονα ἀναιρεῖ ὀργή, &c.

CCCXXI.

Trecentesimus vigesimus primus (2) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in *quarto*, constátque folijs *centum sexaginta uno*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

(2) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos cẽtesimus septuagesimus primus.*

Primò, & quidē à fol. 1 pag. 1 usq; ad fol. 3 pag. 1, *Hymni Triadici* sive *Cantica Ecclesiastica de Sanctâ Trinitate*; quorū *primus* inscribitur atque incipit hoc modo: Ὕμνοι τριαδικοὶ· ἦχος α. Σωματικαῖς μορφώσεσι τῶν ἀσωμάτων δυνάμεων &c.

Secundò, & quidem à fol. 4 pag. 1 usque ad fol. 154 pag. 2, *Psalterium Davidicum* cum *Eusebij Pamphili Prolegomenis de Diapsalmate* & cum *ejusdem Hypothesibus* sive *Argumentis singulorum Psalmorum.* Exstant etiam ibidem *Marci Monachi Versus jambici in Psalterium*, quorum principium: Ἡ Δαβιτικὴ τῶν μελισμάτων χάρις &c. In fine autem *Psalterij* exstant *varia Cantica Veteris & Novi Testamenti*, quæ plerumque etiam in alijs antiquis Codicibus manuscriptis Græcis *Psalterij Appendix* sunt, ut Libri *tertij* horū Commentariorum pag. 24, 27, 34, 37 & 38 videre est.

Tertiò, & quidem à fol. 155 pag. 1 usque ad fol. 161 pag. 2, *Acoluthia* sive *Officium Ecclesiasticum in defunctos seculares*, cujus titulus & principium: Ἀκολουθία εἰς κοιμηθέντας κοσμικούς. Τῶν ἁγίων ὁ χορὸς εὗρε πηγὴν τῆς ζωῆς, &c. Notandum autem est, *Officium* hoc prorsùs diversum esse ab altero ejusdem generis *Officio funebri*, quod exstat in *Euchologio Græcorum*, à R. P. *Jacobo Goar* O. P. Parisijs græcè & latinè A. 1647 in folio edito, à pag. 583 usque ad pag. 587, & inscribitur ibi his verbis: Ἀκολουθία νεκρώσιμος εἰς κοσμικοὺς ἄνδρας.

CCCXXII.

(1) *Fuit ù olim inter Codices MStos Theologicos Græcos cētesimus sexagesimus secundus.*

Trecentesimus vigesimus secundus (1) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in *quarto*, constátque nunc folijs *octoginta*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus *Constantinopoli.* Continentur eo *Nicephori Callisti Xanthopuli Synaxaria in præcipua Triodij Festa, quibus uniuscujusq; eorum indicatur origo, qualitas, & dispositionis ratio.* Ipsa *tituli græci* verba cum principio *Præfationis de compositione Triodij* sunt hæc: Νικηφόρου Καλλίστου τοῦ Ξανθοπούλου Συναξάρια εἰς τὰς ἐπισήμους τοῦ Τριῳδίου ἑορτάς, μίαν ἑκάστην αὐτῶν αἰτιολογοῦντα, πῶς ποτὲ τὸ κατ' ἀρχὰς γέγονε, καὶ δι' ἣν αἰτίαν, ὡς νῦν ἔχουσι, παρὰ τῶν ἁγίων καὶ θεοφόρων Πατέρων ἡμῶν ἐτάχθησαν μετά τινων ἐπισάξεων μερικῶν· ἀρχόμενα ἀπὸ τοῦ Τελώνου καὶ Φαρισαίου, καὶ καταλήγοντα μέχρι τῶν Ἁγίων πάντων. Ὀφείλει τοίνυν τὸ τοῦ Μηναίου Συναξάριον ἐν τῇ ἑβδόμῃ, ὡς ἔθος, πρῶτον ἀναγινώσκε-

νώσκεσθε, μετέπειτα δὲ τὰ παρόντα. ἐρεῖς οὖν μετὰ τὴν ἐκείνου ἀνάγνωσιν οὕτως.

Ὁ Δημιουργὸς τῶν ἄνω καὶ τῶν κάτω,
Τρισάγιον μὲν ὕμνον ἐκ τῶν ἀγγέλων,
Τριώδιον δὲ καὶ παρ' ἀνθρώπων δέχου.

Κατὰ δὲ τὴν παροῦσαν ἡμέραν σὺν Θεῷ καὶ τοῦ Τριωδίου ἀρχόμεθα· ὁ πολλοὶ μὲν τῶν ἁγίων καὶ θεοφόρων μυσταγωγῶν ἡμῶν Πατέρων ἄριστα, καὶ ὡς ἔχειν, ὑπὸ τοῦ ἁγίου κινούμενοι Πνεύματος, συνθέμενοι ἐμελούργησαν, πρῶτος δὲ πάντων &c. Plura de *Triodio Græcorum*, & de his *Nicephori Callisti Xanthopuli Synaxarijs*, vide apud doctissimum *Leonem Allatium* in Dissertatione primâ *de Libris Ecclesiasticis Græcorum* à pag. 69 usque ad pag. 77, & in Dissertatione secundâ à pag. 113 usque ad pag. 228.

CCCXXIII.

Trecentesimus vigesimus tertius (1) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *chartaceus* in *octavo*, in principio & fine mutilus, constátque nunc folijs *ducentis viginti tribus*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus *Constantinopoli*. Continetur eo Liber Ecclesiasticus Græcorum *Octoechus* inscriptus, & maximam partem à *S. Joanne Damasceno* compositus, cujus (2) suprà jam aliquoties est facta mentio.

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* trecentesimus undecimus.

(2) *Vide suprà pag. 6, 272 & 273.*

CCCXXIV.

Trecentesimus vigesimus quartus (3) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in *quarto*, constátque folijs *centum nonaginta tribus*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus *Constantinopoli*. Continentur eo *varij Canones* sive *Cantica Ecclesiastica*; ut & *Acoluthiæ quædam* sive *Officia Ecclesiastica*. *Primus* illorum *Canonum in S. Georgium Martyrem* habet autorem *Philotheum Patriarcham Constantinopolitanum*, & inscribitur atque incipit hoc modo: (4) Κανὼν εἰς τὸν ἅγιον μεγαλομάρτυρα καὶ τροπαιοφόρον Γεώργιον· ἦχος α', ᾠδὴ α'. Φιλοθέου. Ἀναστάσεως ἡμέραν καταπίδόντες λαμπρὰν &c. *Secundus* autem *Canon in S. Demetrium Martyrem*, quem *Alexius Metropolita Nicææ* composuit, inscribitur atque incipit his verbis: (5) Στιχηρὰ προσόμοια εἰς τὸν μέγαν Δημήτριον· ποίημα τοῦ πανιερωτάτου μητροπολίτου Νικαίας κυροῦ Ἀλεξίου. ἦχος α'. Δεῦτε τῶν πιστῶν τὸ πλήρωμα &c. Κανὼν, ᾠδὴ α', ἦχος τέταρτος.

(3) *Fuit is olim extra numerum.*

(4) *Vide ibi fol. 1 pag. 1.*

(5) *Vide ibid. fol. 6 pag. 1.*

Τὴν γλῶτταν μου τράνωσον &c. Exſtant etiam ibi *Marci Archiepiſcopi Epheſini* cognomine *Eugenici Cantica duo in S. Trinitatem*, quorum *primum* inſcribitur atque incipit hoc modo: (1) Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Μάρκου Ἀρχιεπισκόπου Ἐφέσου τοῦ Εὐγενικοῦ εἰς τὴν ἁγίαν καὶ ὁμοούσιον Τριάδα, καὶ τὸν αὐτῆς ἕνα τὸν δι' ἡμᾶς σαρκωθέντα Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ εἰς τοὺς ἀσωμάτους, καὶ εἰς τοὺς ἁγίους ἅπαντας, Στιχηρά. Μέγα τὸ εὐσεβὲς κήρυγμα &c. Item ejuſdem *Marci Archiepiſcopi Epheſini Canones octo in Beatiſſimam Virginem Deiparam*, quorum unuſquiſque peculiarem ſuam habet *Acroſtichidem*, quæ, itidẽ ut quælibet *Ode nona*, nomine *Marci* inſignita eſt. *Primus* eorum inſcribitur atque incipit hoc modo: (2) Κανὼν πρῶτος, οὗ ἡ ἀκροστιχίς. Ἀπάρχομαί σοι τῶν ἐμῶν λόγων, Κόρη, Μάρκος. Ὠδὴ α΄, ἦχος α΄. Ἀρχόμενοι σήμερον τοῦ τελευταίου &c. Quod porrò ad *Acoluthias* ſive *Officia Eccleſiaſtica*, eodem Codice comprehenſa, attinet, eorum *primum* eſt *Philothei Patriarchæ Conſtantinopolitani Officium in Gregorium Palamam Archiepiſcopum Theſſalonicenſem* unà cum inſerto *Synaxario Vitæ ipſius*. Ipſa tituli græci verba cum principio *Officij* ſunt hæc: (3) Ἀκολουθία εἰς τὸν ἐν ἁγίοις Πατέρα ἡμῶν καὶ ὁμολογητὴν Γρηγόριον Ἀρχιεπίσκοπον Θεσσαλονίκης· πόιημα τοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως Φιλοθέου, καὶ ψάλλεται κυριακῇ δευτέρᾳ τῶν νηστειῶν. Εἰς τὸ Κύριε ἐκέκραξα Στιχηρὸν ἦχος β΄. Ποίοις εὐφημιῶν ᾄσμασιν &c. Quid autem *de ſanctitate Gregorij Palamæ*, & *de hoc Philothei in laudem ipſius compoſito Officio Eccleſiaſtico* judicandum ſit, vide ſuprà pag. 195, 196 & 197, ubi agitur de Codice CCLXV, num. 3; & apud *Leonem Allatium* in Diſſertatione ſecundâ *de Libris Eccleſiaſticis Græcorum* à pag. 193 uſque ad pag. 219. *Secundum Officium Eccleſiaſticum*, quod in eodem Codice exſtat, eſt *Acoluthia in Joſephum Hymnographum*, cujus etiam *Synaxarium Vitæ* eidem inſertum eſt. Ipſa tituli græci verba cum principio *Officij* ſunt hæc: (4) Ἀκολουθία εἰς τὸν ὅσιον Πατέρα ἡμῶν Ἰωσὴφ τὸν ὑμνογράφον. Ἔχων ἐν καρδίᾳ σου &c. *Tertium Officium Eccleſiaſticum* ibidem exſtans eſt *Acoluthia in Septimam Synodum Oecumenicam*, cujus titulus & principium: (5) Κυριακῇ μετὰ τὴν ια΄ τοῦ Ὀκτωβρίου ψάλλεται ἡ Ἀκολουθία τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς ζ΄ Συνόδου. Εἰς τὸ Κύριε ἐκέκραξα Στιχηρόν. Τὸν ἐν σαρκὶ ὀφθέντα Ἰησοῦν &c. *Quartum Officium Eccleſiaſticum* ibidem exſtans eſt *Acoluthia in ſex priora Concilia Oecumenica*, cujus titulus & principium:

(1) Ku-

(1) Vide ibi fol. 40 pag. 1.

(2) Vide ibi fol. 47 pag. 1.

(3) Vide ibi fol. 72 pag. 1

(4) Vide ibi fol. 87 pag. 2.

(5) Vide ibi fol. 100 pag. 2.

(1) Κυριακῇ μετὰ τὴν ις΄ μνήμη τῶν ἁγίων Πατέρων τῶν ἐν Χαλκηδόνι χλ΄, καὶ μνήμη τῶν ἐν Νικαίᾳ τιή, καὶ τῶν ἐν τῇ βασιλευούσῃ πόλει ρν΄, καὶ τῶν ἐν Ἐφέσῳ σ΄, καὶ τῶν ἐν τῇ πέμπτῃ Συνόδῳ ρξέ, καὶ τῶν ἐν τῇ ἕκτῃ ρο΄. Δεῖ γινώσκειν, ὅτι, εἰ γένηται ἐν κυριακῇ ἤγουν τῷ σαββάτῳ ἑσπέρας ἡ ἀκολουθία τῶν ἁγίων Πατέρων, ψάλλεται ὁ ἅγιος τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, εἰ δὲ &c. Inserta etiam est eidem *Officio Synaxarium* sive *Narratio compendiaria* de ijsdē *sex Synodis Generalibus*; cujus inscriptio: Συναξάριον τῶν ἁγίων καὶ οἰκουμενικῶν ἐξ Συνόδων. Exstat demùm in eodem Codice etiam *Thomæ Monachi Canon catanycticus*, cujus titulus & principium: Κανὼν κατανυκτικὸς, οὗ ἡ ἀκροστιχίς· Μέσης με νυκτὸς ἐξανάστησον Λόγε, Θωμᾶ. Ὠδὴ α΄, ἦχος πλ. β΄. Μεσονύκτιον πρὸς &c. (1) *Vide ibi fol. 112 pag. 1.*

CCCXXV.

Trecentesimus vigesimus quintus (2) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in *quarto*, constàtque folijs *trecentis quatuor*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus *Constantinopoli*. Continentur eo hæc: (2) *Fuit is olim extra numerum.*

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 206 pag. 2, *Typicum S. Sabæ*, sive, *Ordo recitandi officij Ecclesiastici per totum annum, secundùm consuetudinem ab illo institutam & præscriptam*. Ipsa *tituli græci* verba cum principio Libri sunt hæc: Τυπικὸν τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἀκολουθίας τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις ἁγίας Λαύρας τοῦ ὁσίου καὶ θεοφόρου Πατρὸς ἡμῶν Σάββα· αὕτη δὲ ἡ ἀκολουθία γίνεται καὶ ἐν ταῖς λοιπαῖς τῶν ἐν Ἱεροσολύμοις ἁγίων μονῶν. Εἴδησις τοῦ μικροῦ ἑσπερινοῦ. Περὶ τοῦ δύναι τοῦ ἥλιον, ἤγουν περὶ ὥραν δεκάτην τῆς ἡμέρας, &c. Plura de hoc *Typico S. Sabæ* vide apud *Leonem Allatium* in Dissertatione primâ *de Libris Ecclesiasticis Græcorum* à pag. 4 usque ad pag. 16.

Secundò, & quidem à fol 207 pag. 1 usque ad fol. 263 pag. 1, *Marci Hieromonachi Declaratio dubiorum in Typico occurentium, divisa in Capita nonaginta quinque*. Titulus ejus cum principio est talis: Μάρκῳ ἁμαρτωλῷ Ἱερομονάχῳ σύνταγμα ποιηθὲν εἰς τὰ ἀπορούμενα τοῦ Τυπικοῦ. Κεφάλαιον α΄. Μηνὶ Σεπτεμβρίῳ α΄, περὶ τῆς Ἰνδίκτου καὶ τοῦ ὁσίου Συμεὼν, εἰ τύχωσιν ἐν κυριακῇ. Χρὴ εἰδέναι, ὅτι εἰ &c.

Tertiò, & quidem à fol. 264 pag. 1 usque ad fol. 304 pag. 2, *Hirmologium Græcorum, continens omnes Octoechi Hirmos sive Can-*

tus initiales. Titulus ejus cum principio est talis: Ἀρχὴ σὺν Θεῷ. Οἱ εἱρμοὶ τῶν ὀκτὼ ἤχων. Ἦχος α΄, Ὠδὴ α΄. Σοῦ ἡ τροπαιοῦχος δεξιὰ &c. In fine autem legitur hæc subscriptio: Τέλος τοῦ εἱρμολογίου. Plura de *Hirmologio* vide apud *Leonem Allatium* in Dissertatione primâ *de Libris Ecclesiasticis Græcorum* à pag. 98 usque ad pag. 102. Quod denique ad *ætatem* hujus *Codicis* attinet, ea indicatur folij 263 paginâ primâ, utpote ubi legitur, eum scriptum esse *manu Athanasij Hieromonachi* anno Mundi secundùm supputationem Ecclesiæ Constantinopolitanæ 6967, sive anno Christi 1459. Ipsa verba græca sunt hæc: Θεοῦ τὸ δῶρον, Ἀθανασίου ἱερομονάχου πόνος, ἔτους ϛ϶ξζ, Ἰουλίου κέ, ἰνδικτιῶνος ζ.

CCCXXVI.

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos cẽtesimus quadragesimus quartus.*

Trecentesimus vigesimus sextus (1) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *membranaceus* pervetustus & optimæ notæ in *folio*, constátque nunc folijs *centum quatuordecim*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim pertinuit. Continetur eo *Typicum Ecclesiasticum*, sive, *Ordo Officij Ecclesiastici per totum annum*; sed est illud ibi tàm in principio, quàm in fine mutilum.

CCCXXVII.

(2) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos cẽtesimus septuagesimus octavus.*

Trecentesimus vigesimus septimus (2) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in *quarto*, constátq; nunc folijs *trecentis octo*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usq; ad fol. 28 pag. 1, *Schematologium Græcorum, continens totum ordinem sumendi habitûs monastici.* Ipsa *tituli græci* verba cum principio Libri sunt hæc: Σχηματολόγιον, ἔχον τὴν πᾶσαν ἀκολουθίαν. Εὐλογεῖ ὁ ἱερεὺς, καὶ ἀρχόμεθα τὸ, Βασιλεῦ οὐράνιε, &c. Post integra deinde *sex* folia sequitur *Officium Magni & Angelici habitûs*, hoc modo: Ἀκολουθία τοῦ μεγάλου καὶ ἀγγελικοῦ σχήματος. Ἀφ' ἑσπέρας φέρονται τὸ ἱμάτιον καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ μέλλοντος (3) μεγαλοσχημῆσαι &c. Est autem hoc *Schematologium* non minima pars *Euchologij* sive *Ritualis Græcorum*; ut videre est in *Euchologio*, à R. P. *Jacobo Goar* O. P. Parisijs A. 1647 græcè & latinè in folio edito, à pag. 468 usq; ad pag. 519. Magna tamen inter editionem illam impressam & Codicem hunc manuscriptum *Cæsareum* est differentia, eáq; vel ex solis suprà exhibitis principijs primo apparet intuitu.

(3) Μεγαλοσχημῆσαι *pro* μεγαλοσχηματίζεσθαι *hoc est*, λαβεῖν τὸ μέγα σχῆμα, *ut legitur in* Euchologio à R. P. Goar *edito, pag.* 499.

Secun-

Secundò, & quidem à fol. 29 pag. 1 usque ad fol. 308 pag 2, *Euchologium* sive *Rituale Græcorum, continens Ritus & Ordines variorũ Officiorum Ecclesiasticorum cũ Benedictionibus & Orationibus, cuilibet personæ, statui vel tempori congruis.* Ipsa *tituli græci* verba cum principio *Orationum Lucernarij* sunt hæc: Ἀρχὴ σὺν Θεῷ· Εὐχολόγιον περιέχον τὴν ἅπασαν ἀκολουθίαν. Εὐχαὶ τοῦ λυχνικοῦ· εὐχὴ α. Κύριε οἰκτίρμον καὶ ἐλεήμον &c. Vide suprà memoratum R. P. *Goar Euchologium* impressum pag. 35; nec dubium est, quin tota illa editio beneficio hujus Codicis manuscripti *Cæsarei* valdè possit suppleri.

CCCXXVIII.

Trecentesimus vigesimus octavus (1) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in *quarto*, constátq; folijs *octoginta quinq;*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim fuit comparatus *Constantinopoli.* Continentur eo *Acoluthiæ quædam* sive *Officia Ecclesiastica* (2) *Euchologij Græcorum;* quorum *primum de Sancto Oleo extremæ Vnctionis per septem Sacerdotes faciendo*, inscribitur atq; incipit hoc modo: Ἀκολουθία τοῦ ἁγίου ἐλαίου τῶν ἑπτὰ ἱερέων. Συναχθέντες δὲ οἱ ἑπτὰ πρεσβύτεροι ἐν ἐκκλησίᾳ ἢ ἐν οἴκῳ, προτίθεται ἐν τῷ μέσῳ τετράπους, καὶ ἐπάνω αὐτοῦ σκεῦος τι, &c. Vide suprà citatum R. P. *Jacobi Goar Euchologium* pag. 428; sed ibi *Officium* illud, ex Codice quodam MSto *Bibliothecæ Barberinæ* desumptum, ab hoc Codicis MSti *Cæsarea Officio* longè discrepat. Exstat etiam in (3) eodem Codice MSto *Cæsareo* alia *Acoluthia Sancti Olei;* cujus titulus & principium: Ἀκολουθία τοῦ ἁγίου ἐλαίου ὑπὲρ τῶν κεκοιμημένων, ψαλλομένη ὑπὸ ἑπτὰ ἱερέων. Εὐλογοῦντος τοῦ πρώτου τῶν ἱερέων, ψάλλεται τὸ, ὁ κατοικῶν ἐν βοηθείᾳ· πληρωθέντος δὲ τούτου &c.

(1) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos cẽtesimus quadragesimus octavus.*

(2) *Vide proximè præcedentem Codicem CCCXXVIImũ.*

(3) *Vide ibi fol. 49 pag. 1.*

CCCXXIX.

Trecentesimus vigesimus nonus (4) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *chartaceus* antiquus & bonæ notæ in *quarto*, constátque folijs *centum & tribus*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim pertinuit. Continetur eo *Liber Ecclesiasticus Græcorum*, Πραξαπόστολος vulgò appellatus, quòd potior majórque illius pars ex *Actibus Apostolorum* & *Epistolis S. Pauli* concinnata sit. Insertum etiam eidem est *Menologium*, sive, *Commemoratio sacrarum Solennitatum & præcipuorum Sanctorum totius anni secundùm duodecim menses.* Plura de hoc *Praxapostolo*

(4) *Fuit is olim inter Codices MStos Theologicos Græcos* ducentesimus undecimo.

lo vide apud *Leonem Allatium* in Dissertatione primâ *de Libris Ecclesiasticis Græcorum* à pag. 46 usque ad pag. 52.

CCCXXX.

(1) *Fuit is olim extra numerum.*

Trecentesimus trigesimus (1) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *membranaceus* pervetustus & optimæ notæ in *quarto*, sed in principio & fine mutilus, constátque nunc folijs *octoginta septem*, & ad V. CL. *Sebastianum Tengnagelium*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim pertinuit. Continetur eo *Liber Ecclesiasticus Græcorum*, vulgò Πραξαπόστολος appellatus; de quo vide plura in recensione proximè præcedentis Codicis CCCXXIXni.

CCCXXXI.

(2) *Fuit is olim extra numerum.*

Trecentesimus trigesimus primus (2) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *membranaceus*, pervetustus, perelegans & optimæ notæ in quarto, sed in principio & fine mutilus, constátque nunc folijs *triginta quatuor*, & ad V. CL. *Sebastianum Tengnagelium*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim pertinuit. Continetur eo *Euchologij Græcorum pars haud exigua*, complectens cùm alia nonnulla, tùm inprimis *Preces Officij Sanctæ Pentecostes*, quarum titulus & principium: Εὐχαὶ τῆς γονυκλισίας τῆς ἁγίας Πεντηκοστῆς. Μετὰ τὴν εἴσοδον καὶ τὸ προκείμενον λέγει ὁ Διάκονος· Ἔτι καὶ ἔτι κλίναντες τὰ γόνατα, τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν. Καὶ ἡμῶν κλινάντων, ὁ Ἱερεὺς ἀπὸ τοῦ βήματος ἐκφωνεῖ. Ἄχραντε, ἀμίαντε, ἄναρχε, &c. Vide *Euchologium Græcorum* à R. P. *Goar* editum pag. 753 & 754.

CCCXXXII.

(3) *Fuit is olim inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Græcos* ducentesimus sexagesimus quintus.

Trecentesimus trigesimus secundus, (3) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *chartaceus* antiquus & lectu perdifficilis, constátque nunc folijs *trecentis sex*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipse solitâ propriæ manûs inscriptione testatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

(4) *Vide R. P.* Benedicti Pererij *S. I. doctissimos Commentarios in Genesin, Tomi primi libro quinto, in Disputationis de quartâ Excellentiâ status Innocentiæ, id est, de corporis immortalitate, Quæstione tertiâ,* Verum Adam ante peccatum dici debeat fuisse mortalis, an immortalis.

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 15 pag. 1, *Nicephori Gregoræ Dialogus* (4) *de statu primi hominis ante lapsum*. Principium hujus *Dialogi*, quasi de industriâ erasum, haud ampliùs est legibile, quòd autem *Nicephorus Gregoras* ejus autor sit, indicatur ibi in margine primi folij his verbis: Γρηγορᾶ σύγγραμμα; item in antiquâ schedulâ operculo Codicis extrinsecus adglutinatâ, ubi hæc leguntur: Γρηγορᾶ σύγγραμμα, καὶ Μονῳδίαι διάφοροι, καὶ εἰς Ὅμηρον. *Argumentum* porrò ejusdem *Dialogi* proponitur ibidem non multo post

poſt principium hâc *Interrogatione*: Τίνα δήποτε ἀρχὴ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον τὴν ἀρχὴν ἐποίησεν, ἤτοι θνητὸν ἢ ἀθάνατον; cui ſubjungitur hæc *Reſponſio*: Οὐδέτερον, ὦ βέλτιστε· οὔτε γὰρ καθάπαξ θνητὸν, οὔτ᾽ ἂν ἀθάνατον ὅγε λόγος ὁ τῆς δημιουργίας ἐκεῖνον ἐποίησε, φύσιν δέ τινα χωριστικὴν ἑκατέρων &c. Clauditur denique totus *Dialogus* his verbis: οὕτως εἰπόντες τὸν σύλλογον διελύσαμεν. De cæterò, quantùm *Nicephorus Gregoras Dialogis* more *Platonico* ſcribendis delectatus ſit, ipſe ſatis declarat, dum Hiſtoriæ Byzantinæ libro undecimo, de *Barlaamo Calabro* agens, refert ſe de illius adventu ex *Italiâ* in *Vrbem Conſtantinopolitanam* & rebus ibi geſtis peculiarem ſcripſiſſe *Dialogum*, cujus titulus fuerit *Florentius*, ſive, *de Sapientiâ*. Ipſa ejus verba græca ſunt hæc: Τόδ᾽ ὅπως, ἔξεστιν ἀκούειν τοῖς βουλομένοις ἐντυγχάνειν τῷ Διαλόγῳ, ὃν ἐγὼ ταῖς τῶν πλείστων καὶ σοφωτέρων δεήσεσιν εἴξας ξυγγέγραφα, πλατύτερον πάντα διεξελθὼν ἐν αὐτῷ. τούτου δὲ ἡ μὲν ἐπιγραφὴ, Φλωρέντιος ἢ περὶ Σοφίας. ἡ δὲ ἀρχή· Πόθεν ἡμῖν ὁ καλὸς Φλωρέντιος διὰ χρόνου καταίρει εἰς τὸ τῶν Κερκυραίων ἐπίνειον; τύχῃ ἀγαθῇ, ὦ φίλε Κριτόβουλε, Σαλαμινία καὶ Πάραλος αἱ μάλιστα τῶν Ἀθηναίων ταχυναυτοῦσαι τριήρεις δεκαταίους ἡμᾶς Ἀθήνηθεν ἥκουσιν, ἄγουσαι πρέσβεις ἐς τὴν τῶν Κερκυραίων βουλὴν, ἀγγελοῦντας ἅττα ἀκηκοὼς καὶ αὐτὸς οὐκ ἂν οἶμαι ἔχοις ὅπως οὐχὶ θαυμάσαις. πέπλασται γὰρ ἐν τῷ Διαλόγῳ καὶ ἠλλοίωται ἡμῖν τάτε τῶν προσώπων καὶ τῶν πραγμάτων ὀνόματα, καὶ ἀντὶ μὲν Βυζαντίων, ἡ τῶν Ἀθηναίων εἰσάγεται πόλις· ἀντὶ δὲ τῶν Ῥωμαϊκῶν ἡγεμόνων, Ἡρακλεῖδαι καὶ Κεκροπίδαι· ἀντὶ δὲ Νικηφόρου, Νικαγόρας· καὶ τὰ ἑξῆς δῆλα τοῖς συνετῶς ὁρῶσιν. Hoc eſt, *Hieronymo Wolfio* interprete: *Quo pacto autem id acciderit, cuivis ex eo Dialogo cognoſcere licet, quem ego plurimorum doctorum rogatu conſcripſi, in eoq; cuncta copioſiùs expoſui. Inſcribitur autem Florentius, ſive, de Sapientiâ; & hoc habet initium: Vnde nobis Florentius ad Corcyræum navale appellit inſolens? Quod felix & fauſtum ſit, Critobule, Salaminia & Paralus celerrimæ Athenienſium triremes decimo poſt die quàm è portu ſolvimus, nos huc Legatos advexerunt Athenis, ea Corcyræorum Senatui nunciaturos, quæ & ipſe ubi audieris, non admirari non poteris. Confícta enim ſunt à nobis in Dialogo & immutata & rerum & perſonarum nomina, ac loco Byzantiorum poſita eſt Athenienſium Vrbs; pro Romanis Principibus Herculidæ & Cecropidæ; pro Nicephoro Nicagoras; & ſic reliqua*

liqua non obscura erunt animum advertentibus. Hæc de *Dialogo* suo contra *Barlaamum* scripto ipse *Nicephorus Gregoras.*

Secundò, & quidem à fol. 15 pag. 1 usque ad fol. 57 pag. 2, ejusdem *Nicephori Gregoræ Epistolæ variæ*, quarum *prima* inscribitur atque incipit hoc modo: Τῷ Γαβρᾶ. Χθὲς τὴν τοῦ Θεοῦ βίβλον ἀνέχων ἐπὶ τῶν χειρῶν, &c.

Tertiò, & quidem à fol. 58 pag. 1 usque ad fol. 65 pag. 2, ejusdem *Nicephori Gregoræ Oratio ad Imp. Andronicum Palæologum Seniorem, quâ gratias illi agit ob singularem humanitatem sibi ægrotanti exhibitam.* Ipsa tituli græci verba cum principio *Orationis* sunt hæc: Προσφωνητικὸς εἰς τὸν μέγιστον Αὐτοκράτορα τῶν Ῥωμαίων Ἀνδρόνικον, Δούκαν, Ἄγγελον, Παλαιολόγον, περὶ τῆς ἐνδείξεως τούτῳ φιλανθρωπίας, ἡνίκα καὶ τὸ ἡμέτερον τῇ νόσῳ ταλαιπωρούμενον ἐπεσκέψατο· ὃν οὔπω καθαρῶς ἀπαλλαγέντες τοῦ πάθους, αὐτίκα ἀμειβόμενοι, κατὰ δύναμιν καὶ τὸν παρόντα λόγον εἰς εὐχαριστίαν ἐκπεπονήκαμεν. Ἐμοὶ μὲν πόῤῥωθεν σκοπουμένῳ, μέγιστε Βασιλεῦ, τὸ τῶν σῶν ἀρετῶν πέλαγος, &c.

Quartò, & quidem à fol. 66 pag. 1 usque ad fol. 69 pag. 1, ejusdem *Nicephori Gregoræ Dissertatio de Prærogativâ Beatissimæ Virginis Deiparæ super Seraphim*; cujus titulus & principium: Ἐπίλυσις περὶ τοῦ, τί ποτε χάριν ὁ ὑμνῳδὸς ἐνδοξοτέραν τῶν Σεραφὶμ τὴν Θεοτόκον ὑμνήσας, διὰ τῆς προσθήκης αὖθις τοῦ ἀσυγκρίτως ἀσύγκριτον τὸ συγκεκριμένον ἐποίησε, καὶ πρὸς τίνα δὲ δόξαν ὁρῶν, ταύτῃ τὸν ὕμνον ἐξύφηνεν. Οὐκ ἀπεικὸς οἶμαι ἀπορεῖν &c.

Quintò, & quidem à fol. 69 pag. 1 usque ad fol. 70 pag. 1 ejusdem *Nicephori Gregoræ Prologus in Narrationem de Susannâ*; cujus titulus & principium: Πρόλογος εἰς τὸ κατὰ τὴν Σωσάνναν διήγημα. Οὐκ ἔμελλεν οἶμαι οὐδὲ τὸ τῶν γυναικῶν φῦλον χωρὶς ὑποδείγματος &c.

Sextò, & quidem à fol. 70 pag. 1 usque ad fol. 73 pag. 2, ejusdem *Nicephori Gregoræ variæ Precationes sacræ ad Christum & Beatissimam Virginem Deiparam.*

Septimò, & quidem à fol. 74 pag. 1 usq; ad fol. 81 pag. 2, ejusdem *Nicephori Gregoræ Dissertatio contra simulatores Sapientiæ*; cujus titulus & principium: Ὅτι οἱ πρὸς ὁποτέραν σοφίαν ἐσχολακότες, οὐ δικαίως ἂν σοφοὶ λέγοιντο, ὑπόκειται δὲ μᾶλλον τῇ ἀληθείᾳ τῆς ὄντως σοφίας. Μέγα μὲν ἀνθρώποις σοφία &c. Annexa eidem Dissertationi

tioni in fine est *Epistola ad* (1) *Principem Philosophorum*, cujus titulus & principium: Τῷ Ὑπάτῳ τῶν Φιλοσόφων. Εἰ σὺ μὲν ὁ τοσοῦτος ἐν ἀνθρώποις ἥρως &c.

(1) De hoc titulo & dignitate vide Lib. IV horum Commentar. pag 323 & 325.

Octavò, & quidem à fol. 82 pag. 1 usque ad fol 86 pag. 1, ejusdem *Nicephori Gregoræ Ecphrasis* sive *Descriptio Resurrectionis Christi*; cujus titulus & principium: Ἔκφρασις τῆς ἀναστάσεως τοῦ Χριστοῦ. Πάνυ μοι δοκεῖ τῶν ἀτοπωτάτων εἶναι, παῖδας μὲν ἑλλήνων φιλοτιμεῖσθαι τῆς κακοδαίμονος αὐτῶν πλάνης ἑορτάς τε καὶ θέατρα, &c.

Nonò, & quidē à fol. 86 pag. 1 usq; ad fol. 126 pag. 1, ejusdē *Nicephori Gregoræ Prologus encomiasticus in Homerū, & Narratio errorū Vlyssis cū Explicatione morali*. *Prologus* inscribitur atq; incipit his verbis: Πρόλογος διὰ βραχέων ἐγκωμιαστικὸς εἰς τὸν Ὅμηρον, ὅπως τε καὶ μεθ᾽ οἵας τῆς γνώμης τὰ κατὰ τὸν Ὀδυσσέα ἐπραγματεύσατο. Γρηγορᾶ. Ποιηταὶ μὲν καὶ Ῥήτορες, καὶ ὅσοι τὸν φιλόσοφον εἵλοντο βίον, &c. Sequitur deinde *Narratio errorum Vlyssis* hoc modo: Αἱ πλάναι τοῦ Ὀδυσσέως. Πρῶτος οὗτος πλάνης ἀγὼν καὶ συμφορῶν ἀρχὴ γέγονεν ἐκ Τροίας &c. *Explicationis* denique titulus cum principio est talis: Ἐπίτομος διήγησις εἰς τὰς καθ᾽ Ὅμηρον πλάνας τοῦ Ὀδυσσέως μετά τινος θεωρίας ἠθικωτέρας φιλοπονηθεῖσα, καὶ τὸ τοῦ μύθου σαθρὸν ὡς οἷόν τε θεραπεύουσα τῆς τῶν νέων ἕνεκεν ὠφελείας. Προθεωρία. Οὐκ ἀλόγως οἶμαι πάντα τῇ ποιήσει ἐκτέθειται, ὅσα τινὲς &c.

Decimò, & quidem à fol. 125 pag. 2 usque ad fol. 131 pag. 1, ejusdem *Nicephori Gregoræ Monodia* sive *Oratio funebris in obitum Calliergi*; cujus titulus & principium: Μονῳδία ἐπὶ τῇ τελευτῇ τοῦ φιλτάτου μοι Καλλιέργου. Ὦ Θετταλῶν πόλις, τίνα κατὰ Ῥωμαίων κοινὴ πρότερον, καὶ νῦν δὲ κατ᾽ ἐμοῦ τὴν ἔχθραν ἀνῃρημένη, &c. Vbi obiter notandum est, videri hunc esse illum *Calliergum*, cujus ipse *Imp. Andronicus Palæologus Senior* in *Epistolâ* suâ, quæ apud *Imp. Joannem Cantacuzenum* Historiæ Byzantinæ lib. 1 cap. 48 pag. 145 edit. græco-lat. Paris. exstat, tanquam *Legati sui* meminit. Sed ibi pro Καλλιέργου perperàm legitur Κατέργου.

Vndecimò, & quidem à fol. 131 pag. 2 usque ad fol. 135 pag. 2, ejusdem *Nicephori Gregoræ Oratio parænetica ad Imperatricem super obitu* (2) *Theolepti Episcopi Philadelphiensis*. Ipsa tituli græci verba cum principio *Orationis* sunt hæc: Τῇ Βασιλίσσῃ παραινετικὸς ἐξ

(2) Vide de eo Historiam Byzantinam Imp. Joannis Cantacuzeni *lib. 1 cap. 14 & 19*, & Georgij Pachymeris *Historiam Imperij Andronici Palæologi Senioris lib. 2 cap. 3, & sæpiùs alibi*.

αὐτοσχεδίως συντεθειμένος ἐπὶ τῇ τελευτῇ τοῦ Φιλαδελφείας κυροῦ Θεολήπτου. Βασίλισσα, τὸ μέγα ἐν γυναιξὶ καὶ πρᾶγμα καὶ ὄνομα, Βασίλισσα, τὸ ἱερὸν τοῦ Χριστοῦ καὶ θεῖον κειμήλιον, &c.

Duodecimò, & quidem fol. 135 pag. 2 & fol. 136 pag. 1, *Excerpta quædam ex Eusebij Pamphili Historiâ Ecclesiasticâ*, quorum principium: Ὁ τὴν ἐκκλησιαστικὴν ἱστορίαν συνταξάμενος Εὐσέβιος ὁ τοῦ Παμφίλου φησὶν ἐν τετάρτῳ τῆς αὐτοῦ πραγματείας, ὅτι τοῦ ἁγιωτάτου καὶ μακαριωτάτου Ἐπισκόπου τῆς Σμυρναίων ἐκκλησίας Πολυκάρπου, τὸ διὰ πυρός τε καὶ ξίφους ὑπὲρ Χριστοῦ διαγωνισαμένου στάδιον, &c.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 136 pag. 1 usque ad fol. 137 pag. 2, *Nicephori Gregoræ Epistolæ tres*, quarum *prima* inscribitur atque incipit: Τῷ Κρήτης. Ἡ μὲν δὴ βίβλος &c.

Decimo quartò, & quidem à fol. 138 pag. 1 usque ad fol. 145 pag. 2, *Matthæi Episcopi Joniæ & Asiatidis Epistola ad Magnum Chartophylacem Magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ S. Sophiæ*; cujus titulus & principium: Τῷ τιμιωτάτῳ καὶ λογιωτάτῳ μεγάλῳ τῆς μεγάλης τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίας Χαρτοφύλακι Ματθαῖος ταπεινὸς Ἐπίσκοπος Ἰωνίας καὶ Ἀσιάτιδος γῆς ἐν Κυρίῳ χαίρειν. Φθάνοντος τῆς πόλεως ἐξιόντες, &c.

Decimo quintò, & quidem à fol. 146 pag. 1 usque ad fol. 150 pag. 1, *Nicephori Gregoræ Monodia sive Oratio funebris ad Imperatricem super obitu fratris ipsius Joannis Chumni*. Ipsa tituli græci verba cum principio Orationis sunt hæc: Μονῳδία ἐπὶ τῷ Χούμνῳ κυρῷ Ἰωάννῃ ἀποτελαμένη πρὸς τὴν θειοτάτην Βασίλισσαν, μετὰ βραχείας τινὸς παραινέσεως παραμυθουμένη τὸ ἄλγος. Ἀθληταὶ μὲν καὶ πύκται καὶ σταδιοδρόμοι &c.

Decimo sextò, & quidem fol. 150 pag. 2 & fol. 151 pag. 1, ejusdem *Nicephori Gregoræ Precatio ad Christum, in ingressu in Urbem Ephesinam*; cujus titulus & principium: Εὐχὴ ἐκφωνηθεῖσα ἐπὶ τῇ εἰς τὴν Ἔφεσον εἰσόδῳ ἡμῶν. Ὁ Θεὸς ὁ αἰώνιος, ἡ ἀκατάλυτος ἐξουσία, &c.

Decimo septimò, & quidē à fol. 152 pag. 1 usq; ad fol. 245 pag. 2, ejusdem *Nicephori Gregoræ Excerpta ex duodecim Minorū & quatuor Majorū Prophetarū Vaticinijs cum Explicatione*. *Prologus* hujus Operis *encomiasticus in Prophetas* inscribitur atq; incipit his verbis: Πρόλογος

γ© ἐγκωμιαςικὸς εἰς τὸν θεασεσίας καὶ μακαρίας Προφήτας ἐπὶ τῇ παρ' ἡμῶν σὺν Θεῷ φιλοπονηθείσῃ τῶν καιριωτάτων αὐτῶν ῥήσεων συλλογῇ μετὰ τῆς προσηκούσης αὐταῖς ἐξηγήσεως. Πάντων μὲν ἐγὼ θείων λόγων ἀνδρῶν &c. Sequitur deinde ipſa illa *Sylloge* ſive *Collectio ſelectorum Locorum Propheticorum* cum adjuncta *Explicatione* hoc modo: Ἀρίςη συλλογὴ τῶν προφητικῶν καὶ ῥήσεων καὶ ἐξηγήσεων σὺν Θεῷ παρ' ἡμῶν φιλοπονηθεῖσα. Ὡσηὲ ἑρμηνεύεται σωζόμενο© ὅτ© ἦν &c.

Decimo octavò, & quidem à fol. 246 pag. 1 uſque ad fol. 277 pag. 2, ejuſdem *Nicephori Gregoræ Collectio inſignium quorundam Locorum ex Libro Jobi cum Explicatione*. Ipſa tituli græci verba cum principio Collectionis ſunt hæc: Ἀρίςη ἐκλογὴ θείων τινῶν ῥήσεων τοῦ μακαρίου καὶ γενναίου Ἰὼβ, συμβαλλομένη παντὶ Χριςιανῷ εἰς ὠφέλειαν. Καὶ ἐγένετο ὡς ἡ ἡμέρα αὕτη, καὶ ἰδοὺ ἦλθον οἱ Ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ παραςῆναι ἐνώπιον τοῦ Κυρίου, &c.

Decimo nonò, & quidem à fol. 278 pag. 1 uſque ad fol. 293 pag. 2, ejuſdem *Nicephori Gregoræ Epiſtolæ tres*, quarum *prima* ad anonymum quendam familiarem incipit his verbis: Περὶ ςρατηγοῦ τινὸς φαύλου κακῶς τῆς πόλεως διατιθέντ©, &c; *ſecunda* ſine ullâ inſcriptione, Τὸ μὲν πρὸς ἄνδρα &c; *tertia* ad (1) *Gabrami*, Τῷ Γαβρᾷ. Οἶδα τὸν ὁ περὶ πολλῶν παρ' ἡμῖν &c. (1) Vide ſuprà pag. 290

Vigeſimò, & quidem à fol. 294 pag. 1 uſque ad fol. 298 pag. 1, *Catonis Diſticha parænetica ad filium, à* (2) *Maximo Planude*, cujus tamen nulla ibi fit mentio, *ex latinâ in græcam linguam translata, & in quatuor* Βιβλία *ſive Libellos diviſa.* Titulus eorum cum principio *Procemij proſaici* eſt ibi talis: Παραινέσεις. Ἀναπολήσας ἐγὼ κατὰ νοῦν, ὡς πλεῖςοι δὴ τῶν ἀνθρώπων &c. Βιβλίον πρῶτον. Εἰ ὁ Θεὸς νόος ἐςὶ, ὡς τῶν λογίων πυθόμεσθα, &c. Plura de his Diſtichis, eorúmque Autore & translatione græcâ vide ſuprà pag. 215, ubi agitur de Codice CCLXVIImo num. 34. (2) Vide ſuprà pag. 215.

Vigeſimo primò, & quidem à fol. 298 pag. 2 uſque ad fol. 300 pag. 1, *Leonis Protoſecretarij Oratio ad Imp. Andronicum Palæologum Juniorem*, cujus titulus & principium: Τοῦ Πρωτασηκρῆτις κυροῦ Λέοντ© πρὸς τὸν Βασιλέα κυρὸν Ἀνδρόνικον Παλαιολόγον τὸν Νέον. Οὐ παλινῳδίαν ᾄδων, ὦ Βασιλεῦ, &c.

Vigeſimo ſecundò, & quidem à fol. 301 pag. 1 uſque ad fol. 305

 pag.

pag. 2, *anonymi cujusdam Autoris*, seu *Nicephori Gregoræ* seu *Maximi Planudis, Dissertatio de antiquis & novis Philosophis*, cujus titulus & principium: Περὶ τῶν ἐπιλαμβανομένων οὐκ ὀρθῶς καὶ νέων καὶ παλαιῶν σοφῶν. Λόγος ἐξαναστάντας τινὰς τῶν ὡς οὗτοι φασὶ βρενθυόμενοι τῶν πάντα εἰδότων &c.

Vigesimo tertiò, & quidē fol. 306 pag. 1, *Precatio sacra in ponēdo fundamēto novæ alicujus domus aut Vrbis;* cujus titulus & principium: Εὐχὴ ἐπὶ θεμελίῳ οἴκου καὶ πόλεως. Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ τὴν νοερὰν καὶ αἰσθητὴν κτίσιν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος παραγαγών, &c. Aliam ejusdem argumenti *Precationem* vide in *Euchologio Græcorum*, à R. P. *Jacobo Goar* edito, pag. 604 & 605.

CCCXXXIII.

(1) *Fuit is olim extra numerum.* *Trecentesimus trigesimus tertius* (1) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *chartaceus* mediocriter antiquus in *quarto*, constátque folijs *viginti quatuor*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 usque ad fol. 4 pag. 2, *Manuelis Peloponnesij Diatriba* sive *Dissertatio ad Gerasimum Hieromonachum* & *Hieropsalten de Cantico in honorem Beatissimæ Virginis Deiparæ*, quod incipit his verbis: Θεαρχίῳ νεύματι &c. Ipsa tituli græci verba cum principio *Dissertationis* sunt hæc: Τοῦ μεγάλου Ῥήτορος κυροῦ Μανουὴλ τοῦ ἐκ Πελοποννήσου λόγος πρὸς τὸν Ἱεροψάλτην κυρὸν Γεράσιμον Ἱερομόναχον περὶ τοῦ, Θεαρχίῳ νεύματι· οὗ τινῶν ῥητῶν ἐπελαμβάνετο ὁ λογιώτατος κυρὸς Ματθαῖος ὁ Καμαριώτης. Τιμιώτατε καὶ αἰδεσιμώτατε Πάτερ, δεῖν ᾠήθην οὕτω γραφῇ ἐκθέσθαι, ἅπερ εἰρεῖν σῇ προσῆκεν ἐπηγγειλάμην τιμιότητι, ὡς ἔχω γνώμης περὶ τοῦ στιχηροῦ τοῦ πρὸς τὴν ὑπερεχίαν ἡμῶν Δέσποιναν Θεοτόκον, οὗ ἡ ἀρχὴ, Θεαρχίῳ νεύματι· &c.

Secundò, & quidem à fol. 5 pag. 1 usque ad fol. 8 pag. 2, *Michaelis Glycæ Epistola ad Alypium Monachum inclusum de Assumptione Beatissimæ Virginis Deiparæ;* cujus titulus & principium: Τῷ τιμιωτάτῳ μοναχῷ κυρῷ Ἀλυπίῳ τῷ ἐγκλείστῳ περὶ τοῦ πῶς ἡ μετάστασις τῆς ἀεὶ παρθένου γέγονε, καὶ εἰ ἀληθῶς ἐκ τάφου ἐγήγερται κατὰ τὴν ἐκ νεκρῶν τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν ἔγερσιν. Περὶ δὲ τῶν συμβεβηκότων τῇ ἀειπαρθένῳ τοῦ Κυρίου Μητρὶ κατάγε τὴν αὐτῆς κοίμησιν &c. Plura de hâc *Michaelis Glycæ Epistola* vide suprà pag. 154, ubi ea est inter *Epistolas* ipsius *Theologicas vigesima*.

Quar-

Tertiò, & quidem à fol. 9 pag. 1 uſque ad fol. 14 pag. 2, *Pſalmi aliquot Davidici*, quorum *primus*, qui ſecundùm Hebræos eſt *ſeptuageſimus octavus*, ſecundùm Græcos autem & Latinos *ſeptuageſimus ſeptimus*, incipit his verbis: Προσέχετε λαός μου τὸν νόμον μου &c.

Quartò, & quidem à fol 9 pag. 1 uſque ad fol. 24 pag. 2. *Imp. Leonis Philoſophi ſeu Sapientis Odarium catanycticum anacreonticum ordine alphabetico*; cujus titulus & principium: Ὠδάριον κατανυκτικόν· ποίημα κυροῦ Λέοντος Φιλοσόφου καὶ Βασιλέως κατὰ ἀλφάβητον· στίχοι ἀνακρεόντιοι. Ἄρα τίς γῆθεν ἀέρας &c, Item *Conſtantini Siculi Carmen Anacreontium alphabeticum ſuper periculo parentum & fratrum ſuorum in mari*; cujus titulus & principium: Στίχοι ἀνακρεόντιοι κατὰ ἀλφάβητον Κωνσταντίνου Φιλοσόφου τοῦ Σικελοῦ, κινδυνευσάντων τῶν γονέων αὐτοῦ καὶ ἀδελφῶν ἐν τῇ θαλάσσῃ. Ἀπὸ μουσικῶν μελάθρων &c.

CCCXXXIV.

Trecenteſimus trigeſimus quartus (1) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* mediocriter antiquus in *folio*, conſtátq; nunc folijs *ſexaginta*, & ad V. CL. (2) *Sebaſtianum Ericium* olim pertinuit. Eſt autem hic unus ex illis *Codicibus manuſcriptis Græcis*, qui hoc ipſo anno 1672 auſpicio ac liberalitate *Sacratiſſimi Potentiſſimiq; Imperatoris* LEOPOLDI I ab Illuſtriſſimo & Reverendiſſimo Domino Abbate (3) *Dominico Federici*, pro S. Cæſ. Majeſtate apud Sereniſſimam Rempublicam Venetam Reſidente, *Venetijs* empti, atque inde in *Auguſtiſſimam Bibliothecam Cæſaream* tranſlati ſunt. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 uſque ad fol. 10 pag. 2, anonymi cujuſdam Autoris *Homiliæ quatuor*; quarum *prima in Beatiſſimam Virginem Deiparam* inſcribitur atque incipit his verbis: Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον. Ὥσπερ παράδεισος ἄλλος, ἀγαπητοί, πολυανθὴς καὶ εὐώδης ἡ τῶν θείων καὶ εὐαγγελικῶν ῥημάτων ἀκρόασις ἐστὶ, καὶ ἐξ αὐτῶν &c; *ſecunda de ſacrâ Synaxi & vitâ continente*: Ὁμιλία περὶ συνάξεως τῆς ἐν τῇ θεία λειτουργία, καὶ περὶ σώφρονος βίου. Ἀεὶ μὲν ἡ τοῦ ἁγίου Πνεύματος χάρις διὰ πάσης τῆς τοῦ Θεοῦ γραφῆς &c; *tertia, Quod Deus non ſit autor mali*: Ὁμιλία εἰς τὸ, ὅτι ὁ Θεὸς ἀναίτιος ἐστὶν εἰς τὰ κακά. Ἔδει μὲν πάντας ἡμᾶς, ἀδελφοὶ, πεπαγιωμένους εἶναι τῇ πίστει &c; *quarta in Sanctum Baptiſma, & de Compunctione*: Ὁμι-

(1) *Fuit is olim extra numerum.* (2) *Hic eſt ille* Sebaſtianus Ericius *ſive* Erizzo *qui ſibi magnam nominis celebritatem comparavit eruditiſſimo* Cômmentario Italico de antiquis Numiſmatibus; *cujus exemplar adſervatur in* Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ *impreſſum Venetijs apud Ioannem Variſcum A. 1568 in quarto, &, quod obſervatu digniſſimum eſt*, autographis Joannis Sambuci Annotationibus marginalibus *paſſim illuſtratum & auctum*. (3) *Vide etiam Lib. IV horum Commentar. pag. 326.*

Ὁμιλία εἰς τὸ ἅγιον Βάπτισμα, καὶ περὶ κατανύξεως. Κατελθὼν ὁ Θεὸς καὶ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐπὶ τῆς γῆς &c.

Secundò, & quidem à fol. 10 pag. 2 usque ad fol. 12 pag. 2, *S. Joannis Chrysostomi Oratio in illud, Ecclesia Christi secundùm Beatum Paulum est corpus ipsius Christi.* Ipsa tituli græci verba cum principio *Orationis* sunt hæc: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου λόγος εἰς τὸ, ἡ ἐκκλησία τοῦ Χριστοῦ κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον σῶμά ἐστιν αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ. Ὅταν γὰρ ἴδῃς τὸν Κύριον τεθυμένον καὶ κείμενον, καὶ τὸν Ἱερέα ἐφεστῶτα τῷ θύματι καὶ ἐπευχόμενον &c.

Tertiò, & quidem à fol. 13 pag. 1 usque ad fol. 26 pag. 2, anonymi cujusdam Autoris *Homiliæ octo*: quarum *prima de Congregatione in Ecclesiâ Dei, & de vitâ continente* inscribitur atque incipit his verbis: Ὁμιλία περὶ ἀθροίσεως τῆς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ, καὶ περὶ σώφρονος βίου. Ἀεὶ μὲν ἡ τοῦ ἁγίου Πνεύματος χάρις διὰ πάσης τῆς τοῦ Θεοῦ γραφῆς &c; *secunda de Conversatione Deo gratâ, & de timore atque observatione præceptorum*: Ὁμιλία περὶ πολιτείας εὐαρεστούσης Θεῷ, καὶ περὶ φόβου καὶ τηρήσεως ἐντολῶν. Τῶν ἀνόμων ἐλλήνων τοὺς ἰδίους υἱοὺς καὶ τὰς θυγατέρας τοῖς Θεοῖς αὐτῶν θυσάντων, &c; *tertia de Conversatione Deo gratâ & vitâ rectâ*: Ὁμιλία περὶ θεαρέστου πολιτείας καὶ βίου ὀρθοῦ. Εἰ δὲ πόλις μὲν καὶ πατρὶς ἡ ἄνω Ἱερουσαλὴμ, &c; *quarta de Amore erga pauperes*: Ὁμιλία περὶ φιλοπτωχείας, καὶ τοῦ μὴ τρυφᾶν εἰς κόρον. Τῶν ἐπιγείων χρημάτων ὁ ἄστατος πλοῦτος &c; *quinta, Quòd quisque peccata sua patribus spiritualibus confiteri, & cordis sui arcana iisdem revelare debeat*: Ὁμιλία εἰς τὸ, ὅτι χρὴ ἕκαστον ἐξαγγέλλειν τὰς ἁμαρτίας πατράσι πνευματικοῖς καὶ τὰ τῆς καρδίας κρυπτά. Ἀπὸ τῶν παραδόσεων τῶν οἰκουμενικῶν διδασκάλων &c; *sexta de revelandis & non reticendis pravis suis cogitationibus*: Ὁμιλία εἰς τὸ, ὅτι χρὴ ἀποκαλύπτειν τοὺς πονηροὺς λογισμοὺς, καὶ μηδαμῶς παρακατέχειν αὐτούς· ἄτοπον γάρ. Ἀγαπητοὶ ἀδελφοὶ, ἐμοὶ μὲν τὸ λέγειν πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀγάπην τὸ κατὰ δύναμιν, οὐκ ὀκνηρὸν, ὑμῖν δὲ πάλιν τὸ ἀκούειν &c; *septima de Patientiâ*: Ὁμιλία περὶ ὑπομονῆς, καὶ μὴ ἐκκακεῖν ἐν ταῖς θλίψεσιν. Τὸ τῆς φύσεως ἡμῶν χαμερπὲς καὶ πρὸς τὰς ἡδονὰς ἔκλυτον &c; *octava in Nativitatem Christi, & de Temperantiâ*: Ὁμιλία ἐν τῇ ἁγίᾳ γεννήσει τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ περὶ σωφροσύνης. Ὥσπερ γὰρ εἰς ἀμπελῶνά τις εἰσελθὼν, καὶ τὰς ἀμπέλους ἰδὼν κομώσας &c.

Quar-

Quartò, & quidem à fol. 26 pag. 2 usq; ad fol. 28 pag. 2, *Africani Narratio de ijs, quæ in Perside contigerunt per incarnationem Christi.* Ipsa tituli græci verba cum principio Narrationis sunt hæc: Διήγησις Ἀφρικανοῦ περὶ τῶν ἐν Περσίδι γενομένων διὰ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἐκ Περσίδος ἐγνώσθη ἀπ' ἀρχῆς ὁ Χριστός· οὐδὲν γὰρ λανθάνει τοὺς ἐν αὐτῇ νομομαθεῖς ἅπαντα φιλοπονοῦντας. ὅσα γὰρ &c.

Quintò, & quidem à fol. 29 pag. 2 usq; ad fol. 34 pag 1, (1) *Joannis Calecæ Patriarchæ Constantinopolitani Homiliæ duæ*; quarum *prima in Evangelium Dominicæ post Nativitatem Christi* inscribitur atq; incipit his verbis: (2) Κυριακῇ μετὰ τὴν Χριστοῦ γέννησιν. Ἀναχωρησάντων τῶν Μάγων, ἰδοὺ Ἄγγελος Κυρίου φαίνεται κατ' ὄναρ τῷ Ἰωσὴφ, &c. Τοὺς Μάγους ὁ Θεὸς πρῶτον δι' ἀστέρος εἰς τὴν πίστιν ἐχειραγώγησε, &c; *secunda in Evangelium Dominicæ ante Epiphaniam*: (3) Κυριακῇ πρὸ τῶν φώτων. Ἀρχὴ τοῦ Εὐαγγελίου Ἰησοῦ Χριστοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, ὡς γέγραπται ἐν τοῖς Προφήταις· Ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω τὸν Ἄγγελόν μου &c. Τὸν ὕστερον καὶ τὸν τελευταῖον τῶν Προφητῶν Ἰωάννην τὸν Πρόδρομον &c.

(1) *Plura de eo vide suprà pag.* 187.
(2) *Vide suprà pag.* 189, *ubi hæc est Homilia quinquagesima quarta.*
(3) *Vide suprà pag.* 190, *ubi hæc est Homilia quinquagesima quinta.*

Sextò, & quidem à fol. 35 pag. 1 usq; ad fol. 60 pag. 2, *Vita S. Antonij Abbatis conscripta à S. Athanasio Archiepiscopo Alexandrino*; cujus titulus & principium: Μηνὶ τῷ αὐτῷ ιζ. Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ἀντωνίου. Ἀγαθὴν ἅμιλλαν ἐνεστήσασθε πρὸς τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ μοναχοὺς, &c. Eadem *Vita* exstat *græcè* & *latinè* inter *Opera S. Athanasij*, Parisijs A. 1627 duobus Tomis in folio edita, Tomi primi paginâ 451 & deinceps usq; ad pag. 505; item *latinè* tantùm *Evagrio Presbytero Antiocheno interprete* in *Syntagmate de Vitis Patrum*, à R. P. *Heriberto Rosweydo* S. I. Antverpiæ typis Plantinianis A. 1628 in folio edito, à pag. 35 usq; ad pag. 74 cum subjunctis jam memorati R. P. *Rosweydi* doctissimis *Annotationibus*. Primus autem omnium eandem *Vitam* græcè cum Interpretatione suâ latinâ & Notis è Codice MSto *Boico* in lucem edidit *David Hoeschelius Augustanus* Augustæ Vindelicorum typis Davidis Franckij A. 1611 in quarto.

CCCXXXV.

Trecentesimus trigesimus quintus (4) Codex manuscriptus *Theologicus Græcus* est *chartaceus* mediocriter antiquus in *folio*, in principio & fine mutilus, constátque nunc folijs *octo*, & ad V. C. L. (5) *Sebastianum Ericium* olim pertinuit. Est autem hic quoq; unus ex

(4) *Fuit is olim extra numerum.*
(5) *Vide suprà pag.* 295 *in margine.*

ex illis *Codicibus manuſcriptis Græcis*, qui hoc ipſo anno 1672 auſpicio & liberalitate *S. Caſ. Majeſtatis Venetijs* empti, atq; inde in *Auguſtiſſimam Bibliothecam Cæſaream* tranſlati ſunt. Continentur eo anonymi cujuſdam Autoris *Homiliæ quinq;*: quarum *prima* caret principio; *ſecunda* autem *de Timore Dei* inſcribitur atq; incipit his verbis: Ὁμιλία εἰς λιτανίαν περὶ φόβου Θεοῦ. Τοὺς ἀγωνιζομένους ἀιωνητῶς τῶν ἀλλοφύλων ταῖς φάλαγξιν, &c; *tertia de Invidiâ, & quòd alijs ignoſcere debemus errores, quos ipſi commiſimus*: Ὁμιλία περὶ φθόνου, καὶ ὅτι δεῖ συγχωρεῖν τοῖς πέλας τὰ παρ' ἑαυτῶν ἐπλαισμένα. Ἀγαθὸς ὁ Θεὸς, καὶ ἀγαθῶν τοῖς ἀξίοις παρεκτικὸς πονηρὸς δὲ ὁ διάβολος &c; *quarta, Quomodo Deus averſetur peccantes:* Ὁμιλία εἰς λιτανίας, ὅπως ἀποστρέφεται ὁ Θεὸς τοὺς ἁμαρτάνοντας. Καλὸν τὸ παρατιθέναι καὶ παραβάλλειν τὰ σωματικὰ τοῖς πνευματικοῖς, ἀδελφοὶ, &c; *quinta de Compunctione & Confeſſione*: Ὁμιλία περὶ κατανύξεως καὶ ἐξομολογήσεως. Χρὴ γινώσκειν, ἀγαπητοὶ ἀδελφοὶ, ὅτι, ὁπόταν ὑποσυρῇ ἡ ψυχὴ ταῖς ἀλόγοις ἐπιθυμίαις, &c.

CCCXXXVI.

(1) *Fuit & olim extra numerum.* (2) *Vide ſuprà pag. 295 in margine.*

Trecenteſimus trigeſimus ſextus (1) Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* mediocriter antiquus in *quarto*, conſtátque folijs *centum ſexaginta novem*, & ad V. CL. (2) *Sebaſtianum Ericium*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Inſcriptio illa eſt talis: *Liber Sebaſtiani Ericij A.F.* Eſt autem hic quoq; unus ex illis *Codicibus manuſcriptis Græcis*, qui hoc ipſo anno 1672 auſpicio & liberalitate *S. Caſ. Majeſtatis Venetijs* empti, atq; inde in *Auguſtiſſimam Bibliothecam Cæſaream* tranſlati ſunt. Continentur eo *Nicolai Cabaſilæ, Archiepiſcopi Theſſalonicenſis, Libri quinq; de Vitâ in Chriſto*, & quidem eodem ordine ac modo, ut ijdem exſtant (3) ſuprà in Codice CCLXVIto, num. 2. Vide etiam (4) ibidem num. 10; & (5) Codicem CCLXVIImum, num. 20.

(3) *Vide ſuprà pag. 199.* (4) *Vide ſuprà pag. 200 & 201.* (5) *Vide ſuprà pag. 211.*

Hucuſq; igitur, BENEVOLE LECTOR, quantum in me fuit, accuratè & bonâ fide recenſui, quid illis contineatur *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ trecentis triginta ſex Codicibus manuſcriptis Græcis*, quos reſpectu principij ſui appellavi *Theologicos*, licet nonnullis eorum etiam *Opuſcula* quædam *Juridica, Medica, Philoſophica, Hiſtorica* & *Philologica* minùs convenienter ſint inſerta; quemadmodum vice verſâ *Codicibus manuſcriptis Græcis Juridicis, Medicis, Philoſophicis, Hiſtoricis* & *Philologicis*, quos deinceps enumeraturus ſum, non pauca quoq; *Opuſcula Theologica* æquè inconvenienter inſerta reperies. Cæterùm ne Te lateat, *quo ordine* vaſtiſ-

ſimum

ſimum hoc *Opus*, ſi DEUS mihi vitam, vires, & reliqua neceſſaria adminicula benignè conceſſerit, in poſterum ſim continuaturus, exhibeo hîc Tibi ſucceſſionis & argumenti *reſiduorum viginti Librorum* breviſſimam hanc (1) Synopſin.

Sextus videlicet *Liber*, in *duas Partes* diviſus, continebit *Catalogum Manuſcriptorum Codicum Græcorum Juridicorum & Medicorum.*

Septimus Liber continebit *Catalogum Manuſcriptorum Codicum Græcorum Philoſophicorum propriè dictorum.*

Octavus Liber, in *duas Partes* diviſus, continebit *Catalogum Manuſcriptorum Codicum Græcorum Hiſtoricorum*; nempe partim *Eccleſiaſticorum*, quò in primis *Vitæ Sanctorum* & *Acta Conciliorum* pertinent, partim autem *Profanorum.*

Nonus Liber continebit *Catalogum Manuſcriptorum Codicum Græcorum Philologicorum.*

Decimus Liber continebit *Catalogum Manuſcriptorum Codicum Latinorum Theologicorum*; quibus etiam ſecundùm ſimilitudinem Materiarum adjungentur *Italici, Hiſpanici, Gallici*, & *Germanici.*

Undecimus Liber continebit *Catalogum Manuſcriptorum Codicum Latinorum Juridicorum*; quibus etiam ſecundùm ſimilitudinem Materiarum adjungentur *Italici, Hiſpanici, Gallici*, & *Germanici.*

Duodecimus Liber continebit *Catalogum Manuſcriptorum Codicum Latinorum Medicorum*; quibus etiam ſecundùm ſimilitudinem Materiarum adjungentur *Italici, Hiſpanici, Gallici*, & *Germanici.*

Decimus tertius Liber continebit *Catalogum Manuſcriptorum Codicum Latinorum Philoſophicorum propriè dictorum*; quibus etiam ſecundùm ſimilitudinem Materiarum adjungentur *Italici, Hiſpanici, Gallici*, & *Germanici.*

Decimus quartus Liber, in *duas Partes* diviſus, continebit *Catalogum Manuſcriptorum Codicum Latinorum Hiſtoricorum*; nempe partim *Eccleſiaſticorum*, quo inprimis *Vitæ Sanctorum* & *Acta Conciliorum* pertinent, partim autem *Profanorum*: quibus etiam ſecundùm ſimilitudinem Materiarum adjungentur *Italici, Hiſpanici, Gallici*, & *Germanici.*

Decimus quintus Liber continebit *Catalogum Manuſcriptorum Codicũ Latinorũ Philologicorum*; quibus etiam ſecundùm ſimilitudinem Materiarum adjungentur *Italici, Hiſpanici, Gallici*, & *Germanici.*

Decimus ſextus Liber continebit *Catalogum Manuſcriptorum Codicum Orientalium*, nempe *Hebraicorum, Syriacorum, Arabicorum, Turcicorum, Perſicorum, Sinenſium*, & ejus generis aliorum; reſpectu *Theologiæ, Juriſprudentiæ, Medicinæ, Philoſophiæ pro-*

(1) *Quò rectiùs hæc Synopſis percipiatur, vide* Sciagraphiam univerſi Ordinis totius Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ, *quæ exſtat in Appendice Libri* tertij *horum Commentariorum à pag.* 293 *usq; ad pag.* 325.

priè dicta, *Historia*, & *Philologia* in *sex primarias Classes* divisum.

Decimus septimus Liber continebit *Catalogum ter mille Numismatum, genuinâ vetustate, rarâ elegantiâ, & multifariâ eruditione præstantium*; ut & aliarum nonnullarum *Antiquitatum* & *Raritatum*, ornatui *Augustissimæ Bibliothecæ* inservientium.

Decimus octavus Liber continebit *decem Centurias selectarum Epistolarum*, partim proximè superiori, partim autem hoc nostro seculo, vel *à Bibliothecarijs Cæsareis*, vel *ad Bibliothecarios Cæsareos* scriptarum; quibus multa, quorum in præcedentibus Libris facta est mentio, valdè poterunt illustrari.

Decimus nonus Liber continebit *Catalogum Librorum impressorum Theologicorum.*

Vigesimus Liber continebit *Catalogum Librorum impressorum Juridicorum.*

Vigesimus primus Liber continebit *Catalogum Librorum impressorum Medicorum.*

Vigesimus secundus Liber continebit *Catalogum Librorum impressorum Philosophicorum propriè dictorum.*

Vigesimus tertius Liber continebit *Catalogum Librorum impressorum Historicorum.*

Vigesimus quartus Liber continebit *Catalogum Librorum impressorum Philologicorum.*

Vigesimus quintus Liber continebit *Syntagma universæ Historiæ Literariæ*, divisum in *quadraginta Secula ante Christum* & in *septendecim Secula post Christum*, ac primùm quidem *Hamburgi* A. 1659 sub titulo *Prodromi Historiæ Literariæ* in folio editum, nunc autem beneficio *Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ* accuratiùs elaboratũ, innumeris ferè locis auctum, & præcedentibus *viginti quatuor Cōmentariorũ Libris* loco *Indicis Chronologici universalis* subjunctũ.

Quod superest, an jam exhibitæ *residui Operis designationi* optatus eventus responsurus sit, in manu DEI est; interim autem ego in præsens, tanquam in longo & difficili Itinere maritimo desideratum aliquem portum exiguæ refectionis causâ invectus, terram venerabundus osculor, & lætus exclamo:

LIBRI QVINTI COMMENTARIORVM DE AVGVSTISSIMA BIBLIOTHECA CÆSAREA VINDOBONENSI

FINIS.

LIBRI

LIBRI QVINTI COMMENTARIORVM DE AVGVSTISSIMA BIBLIOTHECA CÆSAREA VINDOBONENSI

INDEX PRIMVS,

EXHIBENS ALPHABETICAM SERIEM AVTORVM THEOLOGICORVM ET AD HISTORIAM ECCLESIASTICAM PERTINENTIVM, QVORVM OPERA CONTINENTVR SVPRA' ENVMERATIS CODICIBVS MANVSCRIPTIS THEOLOGICIS GRÆCIS A' DVCENTESIMO PRIMO VSQVE AD TRECENTESIMVM SEXTVM.

A.

AMMONAS *Abbas* citatur in *Joannis Patriarchæ Antiocheni Eclogis asceticis*, quæ exstant in Codice CCXLImo, num. 1.

AMMONIUS, *Presbyter Alexandrinus*, qui circa annum Christi 451 floruit, citatur aliquoties in *Catenâ in Librum Jobi*, quæ exstat in Codice CCXXXImo. *Ex* ejusdem *Opere contra Eutychetis & Dioscori hæresin Testimonium adversus Monophysitas, sive de differentiâ inter Naturam & Hypostasin*, exstat in Codice CCXLVIImo, num. 27. Ejusdem *Expositio in Acta Apostolorum* citatur *in Locis Communibus asceticis*, qui exstant in Codice CCLImo.

S. ANASTASII *Sinaitæ, Patriarchæ Antiocheni*, qui A. C. 599 obijt, *Oratio de Sacrâ Synaxi, de oblivione injuriarum, & de non judicando alium*, exstat in Codice CCXIVto, num. 4. Ejusdem *Expositio compendiaria orthodoxæ Fidei* exstat ibidem num. 6; ut & ejusdem *Quæstiones & Responsiones sacræ* num. 7. Ejusdem *Quæstiones & Responsiones sacræ triginta sex* exstant in Codice CCXXXVIIIvo, num. 1. Ejusdem *Oratio de varijs animæ salvandæ & pœnitentiæ agendæ modis* exstat ibidem num. 7. Ejusdem *Capita Theologica centum ad Sergium Scholasticum* citantur *in Joannis Patriarchæ Antiocheni Eclogis asceticis*, quæ exstant in Codice CCXLImo, num. 1. Ejusdem *Oratio de sacrâ Synaxi & de oblivione injuriarum* exstat in Codice CCXLVIto, num. 8. *Ex* ejusdem *Hodego sive Duce Viæ adversus Acephalos* exstant *Excerpta varia* in Codice CCXLVIImo, num. 17; & *ex eodem Opere Caput secundum, varias Definitiones Theologicas continens*, exstat in Codice CCXLIXno, num. 1. Ejusdem *Index Quæstionum & Responsionum sacrarum* exstat in eodem Codice CCXLIXno, num. 2. Ejusdem *Expositio Psalmi sexti* exstat ibidem num. 3. Idem citatur aliquoties *in Locis Communibus asceticis*, qui exstant in Codice CCLImo. Ejusdem *Quæstiones & Responsiones sacræ* exstant in Codice CCLIIdo. *Ex* ejusdem *Operibus Excerpta quædam* exstant in Codice CCLXXXIIItio, num. 2.

ANASTASII, *Abbatis Monasterij S. Euthymij in Palæstinâ*, cujus *S. Joannes Damascenus* in principio *Epistolæ de Trishagio* tanquam *Synchroni* sive *contemporanei sui* meminit, *Disputatio cum Judæis* exstat in Codice CCXLVIIIvo, num. 2.

ANDREÆ, *Cæsareensis in Cappadociâ Archiepiscopi*, qui circa annum Christi 500 vixisse creditur, *Liber secundus Therapeuticæ spiritualis* citatur in *Joannis Patriarchæ Antiocheni Eclogis asceticis*, quæ exstant in Codice CCXLImo, num. 1. Ejusdem *Commentarius in Apocalypsin S. Joannis Apostoli & Evangelistæ* exstat in Codice CCXLVIIIvo, num. 24.

Ex

Ex ANDREÆ *Archiepiscopi Cretensis*, qui circa annum Christi 720 vel 723 obijt, *Oratione in Lazarum quatriduanum Excerpta quædam* exstant in Codice CCXLIVto, num. 2. *Ex* ejusdem *Oratione de Vitâ humanâ & de defunctis* exstat *Excerptum quoddam* ibidem num. 8.

Imp. *ANDRONICI Comneni*, qui Imp. *Alexium Comnenum IIdum* sive *Juniorem* A.C. 1183 nefariè occidit, & 1185 à seditiosâ plebe Constantinopolitanâ vicissim occisus est, *Dialogus contra Judæos* exstat in Codice CCLVto.

1. ANONYMORUM quorundam Sanctorum Patrum *compendiaria Explicatio Sacræ Scripturæ* exstat in Codice CCXmo, num. 10.

2. ANONYMI cujusdam Autoris *Interrogationes & Responsiones sacræ ex Veteri Testamento* exstant in Codice CCXCVIImo, num. 8.

3. ANONYMI cujusdam Autoris *Collectio variarum Sententiarum ex Sacrâ Scripturâ & Sanctis Patribus* exstat in Codice CCXIVto, num. 9.

4. ANONYMI cujusdam Autoris *Sententiæ miscellaneæ ex Sacrâ Scripturâ & ex alijs varijs sacris atque profanis Autoribus collectæ ordine alphabetico*, exstant in Codice CCXLIVto, num. 14.

5. ANONYMI cujusdam Autoris *Commentariolus de Arcâ Fœderis Testamenti Veteris* exstat in Codice CCLXIXno, num 8.

6. ANONYMI cujusdam Autoris *Prolegomena in Psalterium Davidis* exstant in Codice CCXLIIItio.

7. ANONYMI cujusdam Autoris *Præfatio in Psalterium Davidicum* exstat in Codice CCXLVIto, num. 15.

8. ANONYMI cujusdam Autoris *Versus in Psalterium Davidicum* exstant in Codice CCXLVIto, num. 15.

9. ANONYMI cujusdam Autoris *Versus in finem Psalterij Davidis* exstant in Codice CCXLVIto, num. 3.

10. ANONYMI cujusdam Autoris *Expositio in Psalmi Davidis 139 versum 11, Eripe me Domine ab homine malo*, exstat in Codice CCLIIItio, num. 18.

11. ANONYMI cujusdam Autoris *Expositio in Evangelium S. Lucæ & in Evangelium S. Matthæi, ex variorum Sanctorum Patrum aliorúmq; Scriptorum Ecclesiasticorum Operibus collecta*, exstat in Codice CCXLIVto, num. 15.

12. ANONYMI cujusdam Autoris *Conciliationes difficilium loco-*

locorum in quatuor Evangelijs exſtant in Codice CCXLVIto, num. 4.

13. ANONYMI cujuſdam Autoris *Comparatio quatuor Evangeliſtarum cum quatuor Cherubim, & eorundem quatuor Evangeliſtarum ſymbolica ſive hieroglyphica repræſentatio per hominem, vitulum, leonem & aquilam*, exſtat in Codice CCXLVIto, num. 4.

14. ANONYMI cujuſdam Autoris *Hypotheſis ſive Argumentum Epiſtolæ S. Pauli ad Romanos* exſtat in Codice CCXXVIto.

15. ANONYMI cujuſdam Autoris, qui ſeculo poſt Chriſtum *decimo quinto* ſub Imp. *Joanne Palæologo* & Patriarchâ CPno *Joſepho* vixit, *Loci Communes Theologici in Capita triginta diviſi;* ſimul & ejuſdem *Loci Communes Philoſophici in Capita ducenta diviſi;* qui utriq; uno communi nomine ab ipſo metaphoricè appellantur Κῆπος ſive *Hortus*, exſtant in Codice CCLXXXVIIIvo, num. 1.

16. ANONYMI cujuſdam Autoris *Definitiones Theologicæ & Philoſophicæ ordine alphabetico cum Explicatione* exſtant in Codice CCXXXVto, num. 4 & 6.

17. ANONYMI cujuſdam Autoris *Definitiones Theologicæ, ex S. Clementis & S. Joannis Damaſceni, aliorúmq; variorum Sanctorum Patrum Scriptis collectæ*, exſtant in Codice CCIino, num. 2.

18. ANONYMI cujuſdam Autoris *Interrogationes & Reſponſiones Theologicæ variæ, ex varijs antiquis Patribus collectæ*, exſtant in Codice CCXLIVto, num. 9.

19. ANONYMI cujuſdam Autoris *variæ Quæſtiones ſacræ curioſæ & apocryphæ* exſtant in Codice CCXmo, num. 7.

20. ANONYMI cujuſdam Autoris *Doctrina de Sancta Trinitate* exſtat in Codice CCXCIVto, num. 2.

21. ANONYMI cujuſdam Autoris *Epiſtola de Deitate* exſtat in Codice CCLXVto, num. 9.

22. ANONYMI cujuſdam Autoris *Fragmentum Theologicum de hominis libero Arbitrio* exſtat in Codice CCVIImo, num. 26.

23. ANONYMI cujuſdam Autoris *Fragmentum de Libero Arbitrio* exſtat in Codice CCXCIVto, num. 8.

24. ANONYMI cujuſdam Autoris *Diſſertatio Theologica de æterna entium origine* exſtat in Codice CCLXVto, num. 8.

25. ANONYMI cujuſdam Autoris *Obſervationes tres Theologicæ de differentiâ inter vocabula* Ἐκπόρευσις & Πέμψις, *de decem Plagis Ægypti, & de verbis Prophetiæ Danielis Mane, Tekel, Phares*, exſtant in Codice CCVto, num. 3.

26. ANONYMI cujuſdam Autoris *Obſervationes de Alphabeti*

beti Græci & Numerorum Græcorum significationibus mysticis ad Theologiam accommodatis, ut & *de ordine rerum à Deo creatarum secundum numerum viginti duarum literarum Alphabeti Hebraici*, exstant in Codice CCLIIItio, num. 19.

27. ANONYMI cujusdam Autoris *Observatio Theologica de Anathematismo sive Excommunicatione* exstat in Codice CCXCII, num. 2.

28. ANONYMI cujusdam Autoris *Oratio de Inferno* exstat in Codice CCVIImo, num. 15.

29. ANONYMI cujusdam Autoris *Oratio brevis de Charitate & in sacrificium Abrahami* exstat in Codice CCXmo, num. 13.

30. ANONYMI cujusdam Autoris *Oratio de Memoriâ mortis* exstat in Codice CCXXXVIto, num. 2.

31. ANONYMI cujusdam Autoris *Oratio, Ne Christianus metuat mortem, & de Pœnitentiâ atque Confessione*, exstat in Codice CCXXXVIto. num. 3.

32. ANONYMI cujusdam Autoris *Homilia in Evangelium de quinq; panibus* exstat in Codice CCXLVto.

33. ANONYMI cujusdam Autoris *Sermo de Fide* exstat in Codice CCXCVIImo, num. 6.

34. ANONYMI cujusdam Autoris *Homiliæ quatuor*, exstant in Codice CCCXXXIVto, num. 1. *Aliæ Homiliæ octo sine nomine Autoris* exstant ibidem num. 3. *Aliæ Homiliæ quinq; sine nomine Autoris* exstant in Codice CCCXXXVto.

35. ANONYMI cujusdam Autoris *Typicum Ecclesiasticum*, sive *Ordo Officij Ecclesiastici per totum annum* exstat in Codice CCCXXVIto. Vide etiam literam S, ubi agitur de S. SABA.

36. ANONYMI cujusdam Autoris *Acoluthia sive Officium Ecclesiasticum in defunctos seculares* exstat in Codice CCCXXImo, num. 3.

37. ANONYMI cujusdam Autoris *Acoluthia sive Officium quoddam Ecclesiasticum linguâ græco-barbarâ* exstat in Codice CCXCVIImo, num. 21.

38. ANONYMI cujusdam Autoris *Precatio sacra in ponendo fundamento novæ alicujus domus aut Vrbis* exstat in Codice CCCXXXIIdo, num. 23.

39. ANONYMI cujusdam Autoris *superstitiosæ quædam Precatiunculæ & Inscriptiones* exstant in Codice CCXCVIImo, num. 29.

40. ANONYMORUM *Cantica cum antiquis Notis Musicis, à Dominicâ Publicani & Pharisai usq; ad Festum Omnium Sanctorum cantari solita*, exstant in Codice CCCIIItio, num. 2; in Codice CCCIVto, num. 2; & in Codice CCCIXno. *Hymni Triadici sive Cantica Ecclesiastica de Sanctâ Trinitate* exstant in Codice CCCXXI, num. 1. *Canones varij sive Cantica Ecclesiastica varia cum quibusdam Acoluthijs sive Officijs Ecclesiasticis* exstant in Codice CCCXXIVto.

41. ANONYMI cujusdam Autoris *Hymnus in Sanctissimam Trinitatem* exstat in Codice CCLIIItio, num. 32.

42. ANONYMI cujusdam Autoris *Hymni in Nativitatem Christi & in Beatissimam Virginem Deiparam* exstant in Codice CCXCIIdo, num. 27.

43. ANONYMI cujusdam Autoris *Carmen in Passionem Christi* exstat in Codice CCXCIIdo, num. 15.

44. ANONYMI cujusdam Autoris *Canon catanycticus de vanitate Mundi ordine alphabetico* exstat in Codice CCXCVIImo, num. 14.

45. ANONYMI cujusdam Autoris *Hymni tres* exstant in Codice CCLXXIXno, num. 3.

46. ANONYMI cujusdam Autoris *Loci Communes ascetici de Charactere veri Christianismi, sive, de Interpretationibus divinorum Praceptorum Domini, ex variorum Sanctorum Patrum Operibus collecti, & in Sermones sexaginta tres divisi, exstant in Codice* CCLImo.

47. ANONYMI cujusdam Autoris *Ecloga ascetica, ex variorum Sanctorum Patrum aliorúmq; Scriptorum Ecclesiasticorum Operibus collecta, & in sedecim Sermones divisa*, exstant in Codice CCXLIIdo, num. 1.

48. ANONYMI cujusdam Autoris *Apophthegmata & Monita ascetica miscellanea ex Vitis Patrum collecta* exstant in Codice CCXXXVIImo, num. 24, & in Codice CCXXXVIIIvo, num. 4.

49. ANONYMI cujusdam Autoris *Excerpta quadam ascetica miscellanea ex Opere de Vitis Patrum* exstant in Codice CCXXXVto, num. 19.

50. ANONYMI cujusdam Autoris *Apophthegmata variorum Sanctorum Patrum de Temperantiâ* exstant in Codice CCXXXIVto, num. 26.

51. ANONYMI cujusdam Autoris *Compendium Historia Testamenti Veteris ab Adamo usq; ad Prophetam Habacuc* exstat in Codice CCXmo, num. V.

52. ANONYMI cujusdam Autoris *Narratio apocrypha & fabulosa de Adamo & Evâ*, quæ falsò attribuitur MOYSI, ac si ea jussu *Dei* per *Michaelem Archangelum* tempore Legislationis divinæ in Monte Sinai illi fuerit revelata, exstat in Codice CCXmo, num. 41.

IIdo, num.4. Ejusdem *Liber primus, secundus, tertius, quartus & sextus de Vitâ in Christo* exstant in Codice CCLXVIto, num. 2. Ejusdem *Oratio in Passionem Christi* exstat ibidem num. 3. Ejusdem *Oratio in Ascensionem Christi* exstat ibidem num. 4. Ejusdem *Expositio in visionem Prophetæ Ezechielis, in quâ super quatuor animalia similitudo throni; & super similitudinem throni similitudo velut hominis*, exstat ibidem num. 5. Ejusdem *Expositio in visionem Prophetæ Ezechielis, in quâ ossa hominum arida priorem recuperant speciem*, exstat ibidem num. 6. Ejusdem *Oratio in Nativitatem Beatissimæ Virginis Deiparæ* exstat ibidem num. 7. Ejusdem *Oratio in Annunciationem Beatissimæ Virginis Deiparæ* exstat ibidem num. 8. Ejusdem *Epistolæ tres* exstant ibidem num. 9. Ejusdem *Liber quintus de Vitâ in Christo* exstat ibidem num. 10. Ejusdem *Oratio encomiastica in S. Theodoram Thessalonicensem* exstat ibidem num. 11. Ejusdem *Oratio de Usurâ sive contra Fœneratores* exstat ibidem num. 12. Ejusdem *Libellus de Syllogismo* exstat ibidem num. 21. Ejusdem *Oratio in Nativitatem Beatissimæ Virginis Deiparæ* exstat in Codice CCLXVIImo, num. 1. Ejusdem *Oratio in S. Nicolaum Episcopum Myrensem* exstat ibidem num. 2. Ejusdem *Oratio in Annunciationem Beatissimæ Virginis Deiparæ* exstat ibidem num. 3. Ejusdem *Oratio in Passionem Christi* exstat ibidem num. 4. Ejusdem *Oratio in Ascensionem Christi* exstat ibidem num 5. Ejusdem *Oratio in Obitum & Assumptionem Beatissimæ Virginis Deiparæ* exstat ibidem num. 6. Ejusdem *Oratio in S. Martyrem Demetrium* exstat ibidem num. 7. Ejusdem *Expositio in visionem Prophetæ Ezechielis de similitudine throni super quatuor animalia, & de similitudine velut hominis super similitudinem throni* exstat ibidem num 9. Ejusdem *Expositio in visionem Prophetæ Ezechielis de ossibus hominum aridis* exstat ibidem num. 10. Ejusdem *in Prophetæ Ezechielis visionem Expositio tertia* exstat ibidem num. 11. Ejusdem *Oratio encomiastica in S. Andream Juniorem, qui martyrium consummavit Hierosolymis*, exstat ibidem num. 12. Ejusdem *Oratio in S. Theodoram Thessalonicensem* exstat ibidem num. 13. Ejusdem *Oratio in Sanctos tres magnos Hierarchas & Oecumenicos Doctores Basilium Magnum, Gregorium Nazianzenum & Joannem Chrysostomum* exstat ibidem num. 14. Ejusdem *Allocutio ad S. Martyrem Demetrium* exstat ibidem num. 15. Ejusdem *Expositio divinæ Liturgiæ, divisa in Capita quinquaginta tria*, exstat ibidem num. 18. Ejusdem *Precatio ad Christum*, exstat ibidem num. 19. Ejusdem *Libri septem de Vitâ in Christo* exstant ibidem num. 20. Ejusdem *Liber de Magistra-*

giſtratuum civilium iniquis auſis circa res ſacras exſtat ibidem num. 22. Ejuſdem *Oratio de Vſurâ ſive contra Fœneratores* exſtat ibidem num 23. Ejuſdem *Oratio ad Imperatricem Annam, Imp. Andronici Palæologi Iunioris uxorem, de Vuſurâ* exſtat ibidem num. 24. Ejuſdem *Oratio ad Athenienſes de Arâ apud ipſos miſericordiæ* exſtat ibidem num. 25. Ejuſdem *Diſſertatio contra Nicephorum Gregoram* exſtat ibidem num. 26. Ejuſdem *Diſſertatio de Criterio veritatis, ſive, de facultate & inſtrumento judicandi quid ſit verum, contra Pyrrhonem Scepticorum Principem*, exſtat ibidem num. 27. Ejuſdem *Solutiones Argumentationum quinq. contra Rhetoricam ſive Artem dicendi* exſtant ibidem num. 28. Ejuſdem *tredecim Epigrammata verſibus heroicis* exſtant ibidem num. 29. Ejuſdem *Oratio encomiaſtica in Imperatorem* exſtat ibidem num. 30. Ejuſdem *Epiſtolæ ſedecim* exſtant ibidem num. 31. Ejuſdem *Oratio ad Imperatricem Annam Palæologinam* exſtat ibidem num. 33. Ejuſdem *Expoſitio divinæ Liturgiæ* exſtat in Codice CCLXVIIIvo. Ejuſdem *Liber primus, ſecundus, tertius, quartus & ſextus de Vitâ In Chriſto* exſtant in Codice CCCXXXVIto.

NICOLAI, *Interpretis Græcorum in Concilio Baſileenſi, A.C. 1431 incboato, Tranſlatio græca cujuſdam Diſſertationis Iuliani Cardinalis S. Angeli* exſtat in Codice CCLmo, num. 26.

NICOLAI *cujuſdam Epiſtola ad Georgium Calybem* exſtat in Codice CCLXXXIXno, num. 3.

S. NILI, *ex Præfecto Vrbis Conſtantinopolitanæ Monachi & Abbatis*, qui circa annum Chriſti 440 obijt, *Epiſtola aſcetica, in Capita quinquaginta quatuor diviſa*, exſtat in Codice CCVIImo, num. 2. Ejuſdem S. Nili *Inſtructio ad Monachos Iuniores;* ibidem num. 3. Ejuſdem *Sententiæ;* ibidem num. 4. Ejuſdem *Alphabetum morale*, ſive, *Capita viginti quatuor de Virtutibus ordine alphabetico*, exſtant in Codice CCXIVto, num. 11. Ejuſdem *Sententiæ* exſtant ibidem num. 14. Ex ejuſdem S. Nili *Capitibus centum quinquaginta de Oratione*, & *ex alijs ejuſdem varijs Capitibus aſceticis Excerpta* exſtant in eodem Codice CCXIVto, num. 19. Idem citatur aliquoties *in Catena in Librum Iobi*, quæ exſtat in Codice CCXXXImo. Ejuſdem *Capita quadraginta tria de Virtutibus* exſtant in Codice CCXXXIVto, num 5. Ejuſdem *de Temperantiâ & Oratione Capita centum quinquaginta* exſtant ibidem num. 6. Ejuſdem *Capita octo de octo vitioſis Cogitationibus* exſtant ibidem num. 7. Ejuſdem *Capita viginti duo de Aſceſi ſive de Exercitatione ſpirituali & de Quiete* exſtant ibidem

 num.

num. 8. Ejuſdem *ad diverſos Monachos Epiſtolæ nonaginta octo ſine Inſcriptionibus* exſtant ibidem num. 29. Ejuſdem *Capita centum quinquaginta tria de Oratione* exſtant in Codice CCXXXVto, num. 14, & in Codice CCXXXVIImo, num. 5. Ejuſdem *Capita octo de octo vitioſis Cogitationibus* exſtant in Codice CCXXXVIImo, num. 6. Ejuſdem *Capita viginti unum de Cogitationibus* exſtant ibidem num. 7. Ejuſdem *Capita octo de octo Spiritibus malitiæ* exſtant ibidem num. 8. Ejuſdem *alia quædam Capita aſcetica* exſtant ibidem num. 9. Ejuſdem *de Cogitationibus & ſtatu Apathiæ ſive Impaſſibilitati proximo Capita viginti octo* exſtant in Codice CCXLmo, num. 13. Idem citatur *in Joannis Patriarchæ Antiocheni Eclogis aſceticis*, quæ exſtant in Codice CCXLImo, num. 1. Ejuſdem *locus inſignis de Canitie* exſtat in Codice CCXLVIto, num. 15. Idem S. Nilus citatur aliquoties *in Locis Communibus aſceticis*, qui exſtant in Codice CCLImo. Ejuſdem *Sententiæ quædam aſceticæ* exſtant in Codice CCLIIItio, num. 21. Ejuſdem *Tetraſticha parænetica verſibus heroicis & elegiacis cum Anonymi cujuſdam antiqui Autoris Scholijs græcis* exſtant ibidem num. 28.

NILI Cabaſilæ, *Archiepiſcopi Theſſalonicenſis*, qui ſeculo poſt Chriſtum *decimo quarto* floruit, & *Nicolai Cabaſilæ* Archiepiſcopi Theſſalonicenſis fuit *Avunculus*, *Liber de cauſis Diſſenſionis Eccleſiaſticæ inter Latinos & Græcos* exſtat in Codice CCLXmo. num. 2. Ejuſdem *Liber contra Primatum Papæ* exſtat ibidem num. 3. Ejuſdem *Reſponſio compendiaria adverſus Latinos, velut Enchiridion quoddam cum illis diſputandi* exſtat ibidem num. 4. Ejuſdem *Opus de Proceſſione Spiritûs Sancti ex ſolo Patre* exſtat ibidem num. 5. Ejuſdem *Epiſtola ad Sororis ſuæ filium Nicolaum Cabaſilam de Oratione ipſius in laudem S. Demetrij Martyris, tanquam ipſo S. Joanne Baptiſtâ majoris*, exſtat in Codice CCLXVIImo, num. 8.

NONNI *Panopolitæ*, qui ſeculo poſt Chriſtum *quinto* ſub Imp. *Theodoſio Juniore* floruit, *Enarratio Hiſtoriarum profanarum & Fabularum, quarum S. Gregorius Nazianzenus in Orationibus ſuis meminit*, exſtat in Codice CCXmo, num. 8.

De NONNOSI, *Imp. Juſtiniani Imi ſive Magni ad Homeritas Legati, Hiſtoriâ Legationis ſuæ* vide ſuprà literam G, ubi agitur de S. GREGENTIO.

O.

OLYMPIODORUS *Alexandrinæ Eccleſiæ Diaconus* citatur ſæpiſſimè *in Catenâ in Librum Jobi*, quæ exſtat in Codice CCXXXImo.

ORE-

P.

PHILIPPI *Solitarij Dioptra sive Amussis Fidei & Vitæ Christianæ ad Callinicum Monachum, versibus politicis ac formâ Dialogi inter Animam & Carnem A.C. 1095 composita, & in quinque Libros divisa, varijsq; veterum Patrum testimonijs, contextui passim permixtis, illustrata*, exstat in Codice CCXIIItio, num. 1. Ejusdem *Epistola apologetica ad Constantinum Sacerdotem de differentiâ inter Intercessionem & Auxilium Sanctorum* exstat ibidem num. 4. Ejusdem *Versus politici, quibus tempus absolutionis Dioptræ & nomen suum per numeros octo literarum* ΦΙΛΙΠΠΟΣ *indicat*, exstant ibidem num. 5. Ejusdem suprà memorata *Dioptra* & *Epistola ad Constantinum Sacerdotem*, exstant in Codice CCXIVto, num. 1 & 2. Ejusdem suprà memorata *Dioptra* exstat in Codice CCXVto, num. 1. *Fragmentum Libri quinti ejusdem Dioptræ* exstat in Codice CCXXXIIdo, num. 3. Vide etiam literam C, ubi agitur de CONSTANTINO; lit. M, ubi agitur de MICHAELE *Psello*; & lit. V, ubi agitur de VESTO.

PHILONIS *Monachi Meditatio ascetica contra pulchritudinem mulierum* exstat in Codice CCXLVIto num. 15.

PHILOTHEI, qui primùm fuit *Monachus Sinaita*, deinde autem *Præpositus seu Abbas Monasterij in Monte Atho*, & porrò *Episcopus Heracleæ in Thraciâ*, ac tandem *Patriarcha Constantinopolitanus*, & secundùm R P. *Jo. Bapt. Ricciolij* S.J. Chronologiam Reformatam ab A.C. 1362 usque ad A. 1375 annos 13 & menses sex Patriarchalem illam Sedem tenuit, *Doctrina collecta ex S. Joanne Chrysostomo & alijs Patribus super Evangelio de Publicano & Pharisæo* exstat in Codice CCXXXIIdo, num. 7. Ejusdem *Capita ascetica quadraginta* exstant in Codice CCXXXIVto num. 13. Ejusdem *Oratio ascetica, quòd custodiâ cordis observentur etiã præcepta Christi*, exstat ibidem num. 14. Ejusdem *Interpretatio significationum circumvolutionis syderum* exstat in Codice CCXXXVIIIvo, num. 11 Ejusdem *Sermonum asceticorum Fragmenta quædam* exstant ibidem num. 20. Ejusdem *Oratio in S. Demetrium Martyrem* exstat in Codice CCLXVto, num. 1. Ejusdẽ *Orationes tres ad Imperatricem Helenam Cantacuzenam, Imp. Joannis Cantacuzeni filiã & Imp. Joannis Palæologi uxorem, de Beatitudinibus Evangelicis, quarum ipse Servator noster Christus apud S. Matthæum cap. 5 meminit*, exstant ibidem num. 2. Ejusdem *Cantica duo Ecclesiastica in honorem & laudem defuncti Gregorij Palamæ Archiepiscopi Thessalonicensis, unà cum Acoluthiâ sive Officio Ecclesiastico in ejusdem Gregorij memoriam*, exstant ibidem

dem num. 3. Ejusdem *Epistola ad Petriotam Barlaami Calabri sectatorem, quòd, ut Sancta Trinitas unus est Deus, sic etiam una sit Deitas, & de divinâ operatione*, exstat ibidē num. 4. Ejusdem *Dissertatio ad Magnū Domesticum Palæologum de Deitate* exstat ibidē num. 5. Ejusdē *Dissertatio de divinâ Christi Transfiguratione in Monte Thabor, & de lumine, quod ibi discipulis apparuit*, exstat ibidem num. 6. *Ex* ejusdē *Libro quinto contra Nicephorum Gregorā, Acindyniana causa strenuū & constantem defensorem, Excerpta nonnulla* exstant in Codice CCLXVIto, num. 17. Ejusdem *Canon in S. Georgium Martyrēm* exstat in Codice CCC XXIVto. Ejusdem *Acoluthia sive Officium Ecclesiasticum in Gregorium Palamam Archiepiscopum Thessalonicensem cum inserto Synaxario Vita ipsius* exstat ibidem.

PHOTII *Patriarchæ Constantinopolitani*, qui, ejecto *S. Ignatio*, Patriarchalem Sedem A.C. 858 per fraudem & vim invasit, *Liber de Voluntatibus in Christo, quæ vocantur Gnomicæ*, exstat in Codice CCVIIIvo, num. 1. Ejusdem *Liber schismaticus de Episcopis & Metropolitis alijsque Quæstionibus contra Romanos sive Latinos* exstat in Codice CCXVIImo, num. 2. Ejusdem *Epitome Actorum Conciliorum septem Generalium* exstat ibidem num. 3. Ejusdem *Synopsis historica septem Conciliorum Oecumenicorum sive Generalium ex Epistolâ ejusdem ad Michaelem Principem Bulgariæ* exstat in Codice CCXXVIImo. *Ex* ejusdem *Bibliothecâ, sive Recensione Librorum à se lectorum, Excerpta ex Jobij Monachi Libris novem de Oeconomiâ Christi, & ex Theodori seu potius Diodori Episcopi Tarsensis Libris octo contra Fatum*, exstant in Codice CCLXVIto, num. 14. *De* ejusdem *Nomocanone* vide Codicem CCLXXXVtum.

PILATVS; vide PONTIVS.

PISIDES; vide GEORGIVS.

PLANVDES; vide MAXIMVS.

PLINIVS; vide SPLENIVS.

POLYCHRONIVS citatur aliquoties *in Catenâ in Librum Jobi*, quæ exstat in Codice CCXXXImo.

PONTII *Pilati Epistola suppostitia ad Imp. Tiberium de Christo, & Imp. Tiberij Rescriptum itidem suppostititium ad Pilatum*, exstant in Codice CCXmo, num. 19.

PRAXAPOSTOLVS, *Liber Ecclesiasticus Græcorum, cujus potior majorq; pars ex Actibus Apostolorum & Epistolis S. Pauli Apostoli concinnata est*, exstat in Codice CCCXXIXno, & in Codice CCCXXXmo.

S. PROCLI *Archiepiscopi Constantinopolitani*, qui A. C. 446 obijt, *Oratio in Prophotismata, & in resuscitationem Lazari, & in Festum Palmarum*, exstat in Codice CCXmo, num. 34.

PROCOPII *Gazai, Sophistæ Christiani*, qui circa finem seculi post Christum *quinti* & principio seculi *sexti* floruit, *Epitome Eclogarum sive Excerptorum ex variorum Autorum Expositionibus in Genesin* exstat in Codice CCXXXIIdo, num. 2.

PSELLVS; vide MICHAEL.

R.

RICARDI *Florentini Ordinis Fratrum Prædicatorum*, qui circa annum Christi 1295 claruit, & à nonnullis perperàm RICOLDVS appellatur, *Refutatio Legis Muhammedanæ sive Alcorani, ex latinâ in græcam linguam translata à Demetrio Cydonio*, exstat in Codice CCLIVto, num. 2.

RICOLDVS; vide RICARDVS.

S.

S. SABÆ seu potiùs SABBÆ *Abbatis*, qui A. C. 531 obijt, *Typicum, sive Ordo recitandi Officij Ecclesiastici per totum annum, secundùm consuetudinem ab illo institutam & præscriptam* exstat in Codice CCCXXVto, num. 1. Vide etiam literam M, ubi agitur de MARCO *Hieromonacho*.

Ex SALOMONIS, *Regis Hebræorum*, qui seculo ante Christum *decimo* obijt, *Proverbijs & Ecclesiaste Sententiæ selectæ* exstant in Codice CCCXXmo, num. 12.

SCHEMATOLOGIVM *Græcorum, continens totum Ordinem sumendi habitûs monastici, quod non minima pars est EVCHOLOGII sive Ritualis Græcorum*, exstat in Codice CCCXXVIImo, num. 1.

SCHOLARIVS; vide GENNADIVS & GEORGIVS.

Ex SEVERIANI *Gabalorum in Syriâ Episcopi*, qui seculo post Christum *quinto* sub Impp. *Arcadio & Theodosio Juniore* floruit, *Oratione in Encænia venerandæ Crucis* exstat Fragmentum in Codice CCXLVIIIvo, num. 10.

SEVERVS *Episcopus Antiochenus Monophysita*, cui A. C. 518 ob nimiam *S. Concilij Chalcedonensis* oppugnationem jussu Imp. *Ju-*

stini Thracis lingua excisa est, citatur aliquoties *in Catenâ in Librum Jobi*, quæ exstat in Codice CCXXXImo.

Ex SEXTI *Julij Africani, vetustissimi Christianorum Chronographi*, qui seculo post Christum *tertio* sub Impppp. *Caracallâ*, *Macrino*, *Heliogabalo* & *Alexandro Severo* floruit, *Chronographiâ Narratio de ijs, quæ in Perside contigerunt per incarnationem Christi*, exstat in Codice CCCXXXIVto, num. 4.

SIBYLLÆ *Erythrææ*, quæ seculo ante Christum *octavo* floruit, *Carmen fatidicum de Christo & de S. Cruce, desumptum ex Imp. Constantini Magni Oratione ad Sanctorum Cœtum, quæ Eusebij Pamphili Libris quatuor de Vitâ Imp. Constantini Magni in fine annexa est*, exstat in Codice CCLVIto, num. 6, & in Codice CCLXImo, num. 5.

SIMEON; vide SYMEON.

SOPHRONII *Archiepiscopi Hierosolymitani*, qui *Modesto* A. C. 633 successit, *Historia Vitæ Mariæ Ægyptiacæ* exstat in Codice CCXmo, num. 32. *Ex* ejusdem *Oratione encomiastica in S. Joannem Evangelistam Excerpta quædam exstant in Codice CCLVIto, num. 4.* Ejusdem *Troparia in vigiliâ Nativitatis Christi cantari solita* exstant in Codice CCCIIItio, num. 1. Ejusdem *Horologium magnæ Parasceves cum antiquis Notis musicis* exstat ibidem num. 3. *Ex* ejusdem *Hypomnematibus sive Commentarijs Fragmentum historicum de Baptismate Sanctorum duodecim Apostolorum* exstat in Codice CCCXXmo, num. 3.

Ex S. SYMEONIS *Thaumaturgi sive Stylitæ Senioris*, qui A. C. 460 obijt, *Epistolâ ad Ascetam aliquem inclusum*, & *ex* ejusdem *Doctrinis asceticis*, *Fragmenta quædam* exstant *in Locis Communibus asceticis*, qui continentur Codice CCLImo.

SYMEONIS *Logothetæ & Magistri*, cognomine *Metaphrastæ*, qui seculo post Christum *decimo* floruit, *Synaxarium in Crucifixionem Christi versibus politicis* exstat in Codice CCXmo, num. 1. Ejusdem *Versus compunctorij formâ Confessionis secundùm ordinem alphabeticum*, ut & aliud quoddam ejusdem *Canticum sacrum ordine alphabetico*, exstant in Codice CCXVto, num. 3 & 4. Ejusdem *Metaphrasis centum septuaginta Capitum asceticorum S. Macarij Ægyptij sive Scetensis* exstat in Codice CCXLmo, num. 5.

SYMEONIS cognomine *Junioris Theologi*, *Præfecti* sive *Abbatis Monasterij Constantinopolitani S. Mamantis ad Xylocercum*, qui circa annum Christi 1150 floruit, *Doctrina differentiæ Precationis*

& Attentionis exstat in Codice CCXXXIVto, num. 25. Ejusdem *Tractatus asceticus de tribus generibus sacræ Orationis* exstat in Codice CCXXXVIImo, num. 14. Ejusdem *Monita ascetica miscellanea viginti duo* exstant ibidem num. 15. Ejusdem *Oratio de Cognitione spirituali* exstat ibidem num. 16. Ejusdem *Capita Practica & Theologica* exstant ibidem num. 17. Ejusdem *Capita Theologica & Gnostica* exstant ibidem num. 18. Ejusdem *alia quædam Capita Theologica & Practica* exstant ibidem num. 19.

SYMEONIS *Archiepiscopi Thessalonicensis*, qui A.C. 1429 obijt, *Dialogus Ecclesiasticus adversus omnes Hæreses & de solâ verâ Fide, simul etiam de septem Ecclesiæ Sacramentis, & de Templo, rebusq; ac personis ad illud pertinentibus*, exstat in Codice CCLXXmo, num. 1. Ejusdem *Responsiones octoginta quinq; ad totidem Interrogata Gabrielis Metropolitæ Pentapolitani* exstant ibidem num. 2. Ejusdem *Epistola de Sacerdotio ad quendam pium Monachum, sacrâ Diaconiâ insignitum, cùm ipse Archiepiscopus adhuc existeret in ordine tantùm Presbyterorum*, exstat ibidem num. 3. Ejusdem *Expositio verborum sacri Symboli Fidei Christianæ, unde collecta, & adversus quos coagmentata sint*, exstat ibidem num. 4. Ejusdem *Explicatio duodecim Capitum seu Articulorum, solam veram Christianorum Fidem, quantum fieri potest, continentium, & divino Symbolo comprehensorum*, exstat ibidem num. 5. Ejusdem *alia Expositio sacri Symboli* exstat ibidem num. 6. Ejusdem *Precationes Sacræ sex* exstant ibidem num. 7. Ejusdem *accurata Dijudicatio legitimarum & illegitimarum Nuptiarum, excerpta ex Libro Juridico Chartophylacis Theodori Balsamonis* exstat ibidem num. 8. Ejusdem *Dialogus de septem Ecclesiæ Sacramentis inter Clericum interrogantem & Archiepiscopum respondentem* exstat in Codice CCLXXImo. Ejusdem *Commentarius ad pios quosdam Cretenses de divino Templo, & de ijs, quæ eo continentur; ut & de Diaconis, Presbyteris & Episcopis, déq; vestibus, quibus unusquisq; eorum utitur; ac deniq; de sacrosanctâ Mystagogiâ sive Missâ ejusq; Cæremonijs*, exstat in Codice CCLXXIIdo. Ex ejusdem *Monitis de Vitâ asceticâ* exstant *Excerpta quædam* in Codice CCLXXXIIdo, num. 2.

SYMEONIS *Abbatis Mesopotamiæ Oratio de continuâ meditatione mortis* exstat in Codice CCXXXVIIIvo, num. 3.

SYMEONIS *Monachi Fragmentum Historicum de Baptismate Sanctorum duodecim Apostolorum, desumptum ex S. Sophronij Patriarchæ Hierosolymitani Hypomnematibus sive Commentarijs*, exstat in Codice CCCXXmo, num. 3.

SYMEON *Sethus*; vide ANONYM. num. 78, & literam V, ubi agitur de VESTO *Grammatico*.

SYMMACHVS *Samaritanus, tertius Sacræ Scripturæ Veteris Testamenti Interpres Græcus sub Imp. L. Septimio Severo*, citatur aliquoties *in Catenâ in Librum Jobi*, quæ exstat in Codice CCXXXImo.

SYNESII *Episcopi Cyrenæi*, qui circa annum Christi 412 floruit, *Epistolæ sex* exstant in Codice CCXCIIdo, num. 12.

SYNODICVM, *quod legitur Dominicâ Orthodoxiæ contra Iconomachos*, exstat in Codice CCXLVIIIvo, num. 17.

SYNODVS; vide literam C, ubi agitur de CONCILIIS, & literam A, ubigitur de ANONYMIS num. 95, 96, 97, 98, 99, 100 & 101.

T.

Ex TARASII *Patriarchæ Constantinopolitani*, qui A. C. 784 electus est & A. 806 obijt, *Epistolâ ad Papam Hadrianum I Fragmentum aliquod* exstat *in Locis Communibus asceticis*, qui continentur Codice CCLImo.

THALASSII *Monachi & Abbatis*, qui *S. Maximo Monacho & Martyri* fuit synchronus, *Capita quadringenta de Charitate & Continentiâ, & de Regimine mentis* exstant in Codice CCVIImo, num. 21. *Ex ijsdem quadringentis Capitibus Excerpta* exstant in Codice CCXIVto. num. 18. Ejusdem *ad Paulum Presbyterum Capita quadringenta de Charitate & Continentiâ* exstant in Codice CCXXXIVto, num. 18, & in Codice CCXXXVto, num. 13. Item in Codice CCXXXVIIIvo, num. 2.

Imperatricis THEODORÆ, *viduæ Imp. Michaelis Palæologi & matris Imp. Andronici Palæologi Senioris, Professio Fidei, quâ coacta renunciavit concordiæ cũ Latinis* exstat in Codice CCLXIXno, nũ. 4.

Ex THEODORETI, *Cyri Vrbis in Syriâ Episcopi*, qui non multò post *S. Concilium Generale Chalcedonense* A. C. 451 celebratum obijt, *Quæstionibus in Veteris Testamenti Libros Excerpta* exstant in Codice CCXXXmo. Vide etiam suprà literam L, ubi agitur de LEONE *Magistro, Proconsule, Patricio & Mystico*. Idem *Theodoretus* citatur aliquoties *in Catenâ in Librum Jobi*, quæ exstat in Codice CCXXXImo. Ejusdem *Quæstiones in Genesin cum Proœmio ad Hypatium* exstant in Codice CCXXXVto, num. 17. *Ex* ejusdem *Operibus Excerpta quædam* exstant in Codice CCXLIVto, num. 4. Idem

citatur aliquoties *in Locis Communibus asceticis*, qui exstant in Codice CCLImo. *Ex* ejusdem *Operibus Excerpta quædam* exstant in Codice CCLXXXIIItio, num. 2. Ejusdem *Canon catanycticus ad Christum* exstat in Codice CCXCIXno, num. 6.

THEODORI *Studitæ, Abbatis Monasterij Constantinopolitani* cognomine *Studij*, qui A.C. 826 obijt, *Fragmenta quædam ascetica* exstant in Codice CCXXXVIImo, num. 13. Idem citatur *in Joannis Patriarchæ Antiocheni Eclogis asceticis*, quæ exstant in Codice CCXLImo, num. 1. Ejusdem *& fratris ipsius Theophanis Versus Jambici tres ad S. Methodium Patriarcham Constantinopolitanum* exstant in Codice CCXLVIto, num. 7. Idem *Theodorus* citatur aliquoties *in Locis Communibus asceticis*, qui exstant in Codice CCLImo.

THEODORI *Abucaræ, Episcopi Cariæ*, qui secundùm R.P. *Jacobi Gretseri* S.J. opinionem ille ipse est *Theodorus*, qui à *Photio Pseudo-Patriarchâ Constantinopolitano*, quòd ipsius partes contra *S. Ignatium verum Patriarcham Constantinopolitanum* sequeretur, ab *Episcopatu Cariæ* ad *Episcopatum Laodicenum* translatus est, & pro ipso ad *Imp. Ludovicum II* legationem obijt, posteà autem resipiscens in *Concilio Oecumenico octavo*, A.C. 869 & 870 contra *Photium* celebrato, commissi delicti veniam petijt & impetravit, *Dialogus, quo demonstratur esse Deum*, exstat in Codice CCXXXVto, num. 7. Ejusdem *Dialogismus de humanitate Christi* exstat ibidem num. 8. Ejusdem *Opusculum de peccati Adami propagatione in universum genus humanum, & de expiatione universi generis humani per Incarnationem Christi*, exstat ibidem. num. 9. Ejusdem *Opusculum de luctatione Christi cum Diabolo* exstat ibidem num. 10. Ejusdem *Opusculum de Incarnatione Christi* exstat ibidem num. 11. Vide etiam Codicem CCVIIIvum, num. 2.

Ex THEODORI *Balsamonis, Patriarchæ Antiocheni* ab A.C. 1186 usq; ad A. 1214, *Responsionibus Canonicis* exstat *Excerptum quoddam* in Codice CCLIIItio, num. 12. Ejusdem *Epistola de incensis, quæ à Patriarchâ dari solent eo die, quo habetur catechesis*, exstat ibidem num. 15. Ejusdem *Expositio in Canones Sanctorum Apostolorum* exstat in Codice CCLVIto, num. 7. *Ex* ejusdem *Libro Juridico Excerpta de Nuptijs* exstant in Codice CCLXXmo, num. 8.

THEODORI *Prodromi*, qui principio seculi post Christum *duodecimi* sub *Imp. Alexio Comneno* floruit, *Epistola ad Gregorium, Monasterij Insulæ Oxiæ Abbatem*, exstat in Codice CCLXXXIIItio, num. 14. Vide etiam GREGORIVS. Ejusdem *Theodori Prodromi*

mi Expositio in Sanctorum Patrum Cosmæ Episcopi Majumensis & Joannis Damasceni Canones sive Cantica Ecclesiastica, in præcipuis sacris solennitatibus cantari solita exſtant in Codice CCCXVto, num. 1, in Codice CCCXVIto, & in Codice CCCXVIImo.

THEODORI *Archiepiscopi Edesseni Capita practica centum* exſtant in Codice CCXXXIVto, num. 4.

THEODORI *Monachi Canon catanycticus ad Christum* exſtat in Codice CCXCIXno, num. 6.

THEODORVS ſeu potius DIODORVS *Episcopus Tarsensis*; vide PHOTIVS.

THEOPHANIS *Melodi*, qui frater fuit *Theodori Studitæ*, *Canon paracleticus ad Beatissimam Virginem Deiparam* exſtat in Codice CCXCIXno, num. 6. Ejuſdem *Canon paracleticus ad Christum* exſtat in Codice CCCIXno.

THEOPHANES *Tauromeniæ in Siciliâ Archiepiscopus*; vide GREGORIVS.

THEOPHANIS, *Monachi & Magni Rhetoris Ecclesiæ Constantinopolitanæ, Consolatio ad Generosissimum Dominum Georgium Rhaul propter obitum charissimi filij ejus Michaelis* exſtat in Codice CCXLVIto. num. 16. Ejuſdem *Epistola ad eundem Georgium Rhaul de amore & liberalitate erga pauperes* exſtat ibidem num. 17. Floruit autem ille *Georgius Rhaul* potiſſimùm circa annos Chriſti 1459, 1460 & 1461, ut teſtatur *Georgius Phranzes Protovestiarius* in Chronico ſuo, Lib. 3 cap. 23, 25 & 26.

THEOPHILI *Archiepiscopi Alexandrini*, qui A.C.412 obijt, *Oratio de causâ esûs casei & ovorum tempore Jejunij* exſtat in Codice CCLXXXIIItio, num. 16.

THEOPHYLACTI *Acridæ in Bulgariâ Archiepiscopi*, qui ſeculi poſt Chriſtum *undecimi* poſteriori parte dimidiâ floruit, *Expositio in quinq; Prophetas Minores Oseam, Habacuc, Jonam, Nahum & Michæam* exſtat in Codice CCXVIto, num. 1. Ejuſdem *Theophylacti Commentarij in quatuor Evangelia* exſtant in Codice CCXVIImo, num. 13 ut & in Codice CCXVIIIvo. Ejuſdem *Commentarij in Evangelia duo S. Marci & S. Lucæ* exſtant in Codice CCXIXno. Ejuſdem *Expositio in Evangelium S. Marci, in Evangelium S. Joannis, in Evangelium S. Matthæi, in Epistolam Catholicam S. Jacobi, in Epistolas duas Catholicas S. Petri, in Epistolas tres Catholicas S. Joannis, & in Epistolam Catholicam S. Judæ*, exſtat in Codice CCXXmo. Ejuſdem *Expositio in Evangelium S. Lucæ & in omnes Epistolas S. Pauli* ex-

li exſtat in Codice CCXXImo. Ejuſdem *Expoſitio in Acta Apoſtolorum, in Epiſtolas Catholicas S. Jacobi, S. Petri, S. Joannis & S. Judæ, & in omnes Epiſtolas S. Pauli, collecta ex S. Joannis Chryſoſtomi aliorúmq; variorum veterum Patrum Operibus*, exſtat in Codice CCXXIIdo. Ejuſdem *Expoſitio in Epiſtolas tres Catholicas S. Joannis, in Epiſtolam Catholicam S. Judæ, & in omnes Epiſtolas S. Pauli*, exſtat in Codice CCXXIIItio. Ejuſdem *Theophylacti Diſſertatio ad quendam ſuorum familiarium de ijs rebus, ob quas Latini à Græcis reprehenduntur*, exſtat in Codice CCXXIVto, num. 1. Ejuſdem *Oratio in adorationem venerandæ Crucis* exſtat ibidem num. 2. Ejuſdem *Homiliæ undecim in totidem Evangelia Officij matutini Reſurrectionis Domini* exſtant in Codice CCLXIIItio, num. 3.

THEORIANI, ab *Imp. Manuele Comneno* A.C. 1170 in *Armeniam* miſſi, *Diſputatio cum Catholico ſive Patriarchâ Armeniorum* exſtat in Codice CCLIVto, num. 1.

THOMÆ *Patriarchæ Hieroſolymitani*, *Epiſtola adverſus Armenios hæreticos, à Theodoro Abucarâ, Epiſcopo Cariæ, Arabicè dictata, & à Michaele Eccleſiæ Hieroſolymitanæ Syncello in linguam græcam tranſlata, & cum eodem tranſmiſſa*, exſtat in Codice CCVIIIvo, num. 2.

Ex S. THOMÆ *Aquinatis*, qui A. C. 1274 obijt, *Quæſtionibus Diſputationum de Potentiâ Dei Excerpta de Proceſſione Spiritûs Sancti* exſtant in Codice CCLmo, num. 27. *Ex* ejuſdem *Libris quatuor de veritate Catholicæ Fidei contra Gentiles*, & *ex* ejuſdem *Summâ Theologiæ Capita miſcellanea quadraginta quinq;* exſtant in Codice CCLVIImo, num. 4, & in Codice CCLXXVIImo, num. 3. Vide etiam literam N, ubi agitur de NILO *Cabaſilâ* & lit. D, ubi agitur de DEMETRIO *Cydonio.*

Imp. TIBERII *Reſcriptum ſuppoſititium ad Pontium Pilatum de Chriſto* exſtat in Codice CCXmo, num. 19.

TIMOTHEI, *Presbyteri & Magni Scevophylacis Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ*, qui ab Imp. *Anaſtaſio Dicoro* poſt ejectionem *Macedonij* in Sedem Patriarchalem Conſtantinopolitanam A. C. 511 intruſus eſt, & A. 517 obijt, *Liber ad Joannem, Presbyterum & Scevophylacem Eccleſiæ Beatiſſimæ Virginis Deiparæ in Chalcoprateis, de differentiâ hæreticorum ad orthodoxam Eccleſiam revertentium* exſtat in Codice CCXLVIImo, num. 18.

TIMOTHEVS *Patriarcha Alexandrinus* citatur *in Locis Communibus aſceticis*, qui exſtant in Codice CCLImo.

TRIO-

V.

Z.

EIVSDEM INDICIS PRIMI

Repetitio succincta *respectu temporis*, quo jam memorati Autores *Theologici*, & *ad Historiam Ecclesiasticam pertinentes*, vel floruerunt, vel objerunt.

Seculo ante Christum XVto:

Iob obijt seculo ante Christum *decimo quinto*.

Moyses, Propheta & Legislator Hebræorum, obijt seculo ante Christum *decimo quinto*.

Seculo ante Christum XImo:

David Rex & Propheta Hebræorum floruit obijtq; seculo ante Christum *undecimo*.

Seculo ante Christum Xmo:

Salomon Rex Hebræorum obijt seculo ante Christum *decimo*.

Seculo ante Christum octavo:

Sibylla Erythræa floruit seculo ante Christum *octavo*.

Seculo ante Christum IIItio.

Jesus filius Sirach floruit seculo ante Christum *tertio*.

Seculo post Christum Imo:

CHRISTVS Servator Mundi.

Abgarus Princeps Edessæ floruit & obijt seculo post Christum *primo*.

Imp. *Tiberius* cœpit imperare A. C. 14, & A. C. 37 obijt.

Pontius Pilatus.

S. *Dionysius Areopagita* à *S. Paulo* Athenis ad Religionem Christianam conversus est A.C. 50.

S. *Matthæus* Apostolus & Evangelista passus est circa annum Christi *sexagesimum*.

S. *Paulus* Apostolus decollatus est Romæ jussu Imp. *Neronis* A. C. 67.

Flavius Josephus Hebræus, sectâ Pharisæus, & Sacerdos Hierosolymitanus, vixit scripsitq; usq, ad annum Christi 95.

S. *Joannes* Apostolus & Evangelista obijt A.C. 99.

S. *Clemens I* Papa obijt Martyr A. C. 100.

Seculo post Christum IIdo:

Anonymus coætaneus Autor Historiæ Martyrij S. Placidi, Ducis exercitûs, aliàs dicti Eustathij, qui A. C. 118 passus est.

S. *Justinus*, Philosophus Christianus & Martyr, passus est A.C. 163.

Seculo post Christum IIItio:

Symmachus Samaritanus, tertius Sacræ Scripturæ Testamenti Veteris Interpres Græcus, floruit seculo post Christum *tertio* sub Imp. *L. Septimio Severo.*

Sextus Julius Africanus, vetustissimus Christianorum Chronographus, floruit seculo post Christum *tertio* sub Imperatoribus *Caracallâ, Macrino, Heliogabalo* & *Alexandro Severo.*

Origenes Adamantius, Presbyter Alexandrinus, obijt A.C. 254.

S. *Gregorius Thaumaturgus*, Neocæsareæ in Ponto Episcopus, obijt A. C. 265.

S. *Dionysius* Archiepiscopus Alexandrinus obijt A.C. 265.

Seculo post Christum IVto:

S. *Methodius* Martyr, primùm quidem Olympi vel Patarorum in Lyciâ, posteà autem Tyri in Phoeniciâ Episcopus, passus est A.C. 302 vel 303.

S. *Petrus*, Episcopus Alexandrinus & Martyr, passus est A.C. 310.

Concilium Nicænum Generale primum fuit celebratum A.C. 325.

Imp. *Constantinus Magnus* cœpit imperare A.C. 306, & A. 337 obijt.

Eusebius Pamphili, Cæsareæ in Palæstinâ Episcopus, obijt A.C. 340.

Eusebius, Emesenus in Phoeniciâ Episcopus Arianus, obijt circa annum Christi 360.

S. *Hilarius* Pictaviensis Episcopus obijt A.C. 368.

Theodorus seu potius *Diodorus*, Episcopus Tarsensis, vivebat adhuc A. C. 370.

S. *Athanasius Magnus*, Archiepiscopus Alexandrinus, obijt A.C. 373.

S. *Basilius Magnus*, Cæsareæ in Cappadociâ Episcopus, obijt Kal. Januar. A. C. 378.

S. *Ephraim* sive *Ephræmus Syrus* obijt A.C. 378.

Concilium Constantinopolitanum primum, Oecumenicum autem sive Generale secundum, fuit celebratum A.C. 381.

S. *Damasus I* Papa obijt A. C. 384.

S. *Gregorius Nazianzenus*, Archiepiscopus Constantinopolitanus, obijt A.C. 389.

Evagrius Monachus, natione *Cappadox*, vulgò autem cognominatus *Ponticus*, floruit seculo post Christum *quarto*, &, priusquam fieret monachus, Constantinopoli *Diaconus* fuit ordinatus à S. *Gregorio Nazianzeno.*

S. *Diadochus*, Photices in Veteri Epiro sive Illyrico Episcopus, creditur floruisse circa annum Christi 390.

S. *Macarius Magnus*, Ægyptius sive Scetensis, obijt A. C. 391.

Didymus Alexandrinus obijt circa annum Christi 393.

S. *Gregorius*, *Nyssenus* in Cappadociâ Episcopus, obijt A.C. 395 vel 396.

S. *Ambrosius* Mediolanensis Episcopus obijt A. C. 397.

Marcus Eremita creditur vixisse circa A.C. 400.

Orsisius Abbas Ægyptius, qui aliàs etiam vocatur *Oresiesis* & *Oriesius*, floruit circa A. C. 400.

Seculo

Seculo post Christum Vto:

S. *Epiphanius*, Constantiæ sive Salaminis in Cypro Insulâ Episcopus, obijt valdè senex A.C. 403.

Anonymus coætaneus Autor Historiæ Vitæ *S. Epiphanij*, Constantiæ sive Salaminis in Cypro Insulâ Episcopi.

Conciliabulum illegitimum & nefarium *in Chalcedonensi suburbio ad Quercum* adversus *S. Joannem Chrysostomum* celebratum A. C. 403.

S. *Macarius Junior* sive *Alexandrinus* obijt A.C. 404.

S. *Joannes Chrysostomus*; Patriarcha Constantinopolitanus obijt A. C. 407.

Imp. *Arcadius* obijt A. C. 408.

Synesius Episcopus Cyrenæus floruit circa A C. 412.

Theophilus Archiepiscopus Alexandrinus obijt A.C. 412.

S. *Innocentius I* Papa electus est A. C. 402, & A. 417 obijt.

Palladius, Helenopoleos in Cappadociâ Episcopus, obijt circa A.C. 410 vel 418.

S. *Hieronymus* Stridonensis obijt A. C. 420.

S. *Augustinus*, Hipponensis in Africâ Episcopus, obijt A.C. 430.

S. *Nilus*, ex Præfecto Vrbis Constantinopolitanæ Monachus & Abbas, obijt circa A.C. 440.

S. *Cyrillus* Archiepiscopus Alexandrinus obijt A.C. 444 vel 445.

S. *Proclus* Archiepiscopus Constantinopolitanus obijt A.C. 446.

Joannes Cassianus, Eremita, patriâ Romanus, obijt A. C. 448.

Severianus Gabalorum in Syriâ Episcopus floruit seculo post Christum *quinto* sub Impp. *Arcadio* & *Theodosio Juniore*.

Isidorus Pelusiota, S. *Joannis Chrysostomi* discipulus, floruit seculo post Christum *quinto* sub Impp. *Arcadio* & *Theodosio Juniore*.

Nonnus Panopolita floruit seculo post Christum *quinto* sub Imp. *Theodosio Juniore*.

Philippus Sideta, Presbyter & Syncellus S. *Joannis Chrysostomi*.

Concilium Chalcedonense Generale quartum fuit celebratum A. C. 451.

Theodoretus Episcopus Cyrensis obijt non multò post annum Christi 451.

Ammonius Presbyter Alexandrinus obijt circa annum Christi 451.

Joannes Archiepiscopus Thessalonicensis floruit tēpore Concilij Chalcedonensis Generalis; celebrati A. C. 451.

S. *Symeon Thaumaturgus* sive *Stylita Senior* obijt A.C. 460.

S. *Leo I* fuit Pontifex Romanus ab A. C. 440 usq; ad A. 461.

Andreas Cæsareensis in Cappadociâ Archiepiscopus creditur vixisse circa annum Christi 500.

Seculo post Christum VIto:

Procopius Gazæus, Sophista Christianus, floruit circa finem seculi post Christum *quinti*, & principio seculi *sexti*.

Timotheus Patriarcha Constantinopolitanus ab A.C. 511 usq; ad A. 517.

Severus Episcopus Antiochenus Monophysita, cui jussu Imp. *Justini Thracis* lingua excisa est A.C. 518.

Hormisdas Papa ab A. C. 514 usque ad A. 523, quo obijt.

Boetius sub *Theodorico* Italiæ Rege solus Consulatum gessit A.C. 510, & ejusdem jussu Ticini occisus est A. 524.

S. *Sabas* seu potiùs *Sabbas* obijt A.C. 531.

Cyrillus Monachus, discipulus *S. Sabæ* Abbatis, qui A. C. 531 obijt.

S. *Isaacus Syrus*, Abbas & Anachoreta, qui fuit Episcopus Ninevi, claruit in Italiâ juxta Spoletanam Vrbem circa A.C. 541 & 552.

Abramius Rex Homeritarum Christianus in Arabiâ Felice obijt A.C. 552.

S. *Gregentius*, Tapbarensis in Homeritide Arabiæ Felicis Regione Archiepiscopus, obijt A.C. 552.

Nonnosus floruit seculo post Christum *sexto*, & fuit Imp. *Justiniani Imi* sive *Magni* Legatus ad Homeritas.

S. *Barsanuphius*, Anachoreta Palæstinus, floruit seculo post Christum *sexto* sub Imp. *Justiniano Magno*.

Dorotheus Archimandrita sive Abbas creditur floruisse circa A.C. 560.

Joannes Climacus, Abbas Montis Sinai, obijt circa A.C. 580.

Joannes Nesteuta sive *Iejunator*, Patriarcha CPnus, obijt A.C. 596.

S. *Anastasius Sinaita*, Patriarcha Antiochenus, obijt A.C. 599.

Leontius Scholasticus Byzantinus, & postea Lauræ S. Sabæ prope Vrbem Hierosolymitanam Monachus, floruit seculo post Christum *sexto* sub Imppp. *Iustino Iuniore*, *Tiberio Thrace* & *Mauricio*.

Seculo post Christum VIImo:

S. *Gregorius Magnus*, primus ejus nominis Pontifex Romanus, obijt A. C. 604.

Leontius Episcopus Neapoleos Insulæ Cypri obijt circa A. C. 620.

Georgius Pisides, Diaconus & Referendarius Magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ floruit sub Imp. *Heraclio* circa annum Christi 630.

Joannes Moschus, Autor Limonarij sive Prati spiritualis, floruit circa A. C. 630.

Sophronius Archiepiscopus Hierosolymitanus successit *Modesto* A. C. 633.

S. *Isidorus* Archiepiscopus Hispalensis obijt A.C. 636.

Georgius, Archiepiscopus Nicomediæ & Rhetor, claruit circa A.C. 640.

Thalassius Monachus & Abbas floruit circa A. C. 650.

S. *Maximus* Monachus & Martyr obijt A.C. 662.

Concilium Constantinopolitanum tertium, Generale autem sextum, celebratum A.C. 680 & 681.

Seculo post Christum VIIIvo:

Concilium Constantinopolitanum Quinisextum sive Trullanum celebratum A.C. 692 vel 707.

Andreas Archiepiscopus Cretensis obijt circa A.C. 720 vel 723.

S. *Germanus* Patriarcha Constantinopolitanus obijt circa annum Christi 740.

S. *Joannes Damascenus* obijt circa A.C. 750.

Cosmas Episcopus Majumensis, synchronus *S. Ioanni Damasceno*.

Anastasius, Abbas Monasterij S. Euthymij in Palæstinâ, *S. Ioanni Damasceno* synchronus.

Athanasius Iunior floruit circa annum Christi 765.

Concilium Nicænum secundum, Generale autem septimum, celebratum A.C. 787.

Joannes Patriarcha Hierosolymitanus floruit circa A.C. 795.

Seculo post Christum IXno:

Tarasius Patriarcha Constantinopolitanus ab A.C. 784 usq; ad A. 806.

Theodorus Studita obijt A.C. 826.

Theophanes frater *Theodori Studitæ*.

Josephus Studita, Archiepiscopus Thessalonicensis, frater *Theodori Studitæ*, obijt A.C. 827.

S. *Nicephorus* Patriarcha Constantinopolitanus obijt A.C. 828.

Christodulus, synchronus Sanctis Confessoribus *Theodoro* & *Theophani* fratribus.

S. *Methodius* Patriarcha Constantinopolitanus obijt A. C. 847.

Iosephus Hymnographus, à *S. Ignatio* Patriarchâ CPno electus Magnæ Ecclesiæ Scevophylax.

Photius invasit fraude & vi Patriarchalem.

lem Sedem Constantinopolitanam A. C. 858.

Theodorus Abucaras, Episcopus Cariæ, synchronus *Photio* Patriarchæ Constantinopolitano.

Nicetas Paphlago, aliàs dictus *David Philosophus*, claruit circa A.C. 880.

Seculo post Christum Xmo:

Imp. *Leo* cognomine *Philosophus* seu *Sapiens* cœpit imperare A.C. 886. & A. 911 obijt.

Symeon Logotheta & Magister, cognomine *Metaphrastes*, floruit seculo post Christum *decimo*.

Hippolytus Thebanus floruit seculo post Christum *decimo*.

Seculo post Christum XImo:

Ioannes cognomine *Mauropus*, primùm *Monachus*, deinde *Metropolita Euchaitorum*, floruit seculo post Christum undecimo sub Imp. Constantino Monomacho, qui cœpit imperare A.C. 1042.

Michael Cerularius, Patriarcha Constantinopolitanus ab A. C. 1043 usq; ad A. 1058.

Petrus Patriarcha Antiochenus, synchronus *Michaeli Cerulario*.

Nicetas Studita cognomine *Stethatus* sive *Pectoratus* claruit circa A.C. 1054.

Michael Psellus obijt circa A. C. 1078.

Theophylactus Acridæ in Bulgariâ Archiepiscopus floruit seculi post Christum *undecimi* posteriori parte dimidiâ.

Ioannes Patriarcha Antiochenus floruit circa A. C. 1090.

Philippus Solitarius absolvit Dioptram suam A.C. 1095.

Seculo post Christum XII.

Gregorius, Monachus & Præpositus Monasterij in Oxiâ seu Oxeâ Propontidis Insulâ, floruit principio seculi post Christum *duodecimi* sub Imp. *Alexio Comneno*.

Theodorus Prodromus floruit principio seculi post Christum *duodecimi* sub *Imp. Alexio Comneno*.

Concilium Constãtinopolitanum sub Imp. Alexio Comneno año Christi 1117.

Eustratius, Metropolita Nicænus & celeberrimus Interpres Aristotelis, floruit sub Imp. Alexio Comneno circa annum Christi 1117.

Euthymius Zigabenus, Monachus Constantinopolitanus, floruit initio seculi post Christum duodecimi sub Imp. *Alexio Comneno*, qui obijt A.C. 1118.

Michael Glycas scripsit Annales ab Orbe condito usq; ad A. C. 1118.

Ioannes Zonaras claruit circa A. C. 1120.

Gregorius seu *Theophanes*, Tauromenij in Siciliâ Archiepiscopus, floruit circa annum Christi 1140.

Constantinus Harmenopulus, Nomophylax & Judex Thessalonicensis, floruit circa A. C. 1150.

Symeon cognomine *Iunior Theologus* floruit circa A. C. 1150.

Basilius Achridenus, Archiepiscopus Thessalonicensis, floruit circa annum Christi 1155.

Hadrianus IV Papa ab A.C. 1154 usq; ad A. 1159.

Lucas Chrysoberges, Patriarcha Constantinopolitanus ab A. C. 1148. usq; ad A. 1166.

Theorianus ab *Imp. Manuele Comneno* in Armeniam missus est A.C. 1170.

Isaacus, primùm *Episcopus* tantùm, deinde autem *post Norsesem Magna Armenia Catholicus*, floruit seculo post Christum *duodecimo*, & fuit synchronus *Theoriano*.

Eustathius Archiepiscopus Thessalonicensis floruit anno Christi 1193.

Imp. *Andronicus Comnenus* Imp. *Alexium Comnenum IIdum* sive *Iuniorem* A. C. 1183. nefariè occidit, & à seditiosâ plebe Constantinopolitanâ vi-

nâ viciſſim occiſus eſt A. 1185.

Nicolaus Methonenſis floruit circa A. C. 1196.

Georgius Xiphilinus fuit Patriarcha Conſtantinopolitanus ab A.C. 1193 uſq; ad A. 1206.

Seculo poſt Chriſtum XIIItio:

Theodorus Balſamon, Patriarcha Antiochenus ab A. C. 1186 uſque ad A. 1214.

Marcus Patriarcha Alexandrinus ſynchronus *Theodoro Balſamoni* Patriarchæ Antiocheno.

Germanus IIdus fuit Patriarcha CPnus ab A.C. 1222 uſq; ad A. 1240.

Manuel Ducas, Deſpota Epiri & Theſſaliæ, ſynchronus Patriarchæ Conſtantinopolitano *Germano IIdo.*

Nicephorus Blemmidas obijt A. C. 1272.

S. *Thomas Aquinas* obijt A. C. 1274.

Joannes Metropolita Epheſinus floruit circa A. C. 1283.

Jobus Hieromonachus, diſcipulus *Joſephi Galeſiotæ*, qui Patriarcha CPnus electus eſt A. C. 1267, & A. 1283 obijt.

Georgius Cyprius electus eſt Patriarcha Conſtantinopolitanus A.C. 1283.

Imperatrix *Theodora*, vidua Imp. *Michaelis Palæologi*, qui A. C. 1283 obijt, & mater Imp. *Andronici Palæologi Senioris.*

Ricardus Florentinus Ordinis Fratrum Prædicatorum, qui à nonnullis perperàm *Ricoldus* appellatur, claruit circa A. C. 1295.

Joannes Beccus ſeu *Veccus*, Patriarcha Conſtantinopolitanus electus eſt A. C. 1275, & A. 1298 in carcere obijt.

Seculo poſt Chriſtum XIVto:

Anonymus Autor Canonis Paſchalis ab A. C. 1286 uſque ad A. 1319.

Nicephorus Calliſti cognomine *Xanthopulus* floruit principio ſeculi poſt Chriſtum *decimi quarti.*

Nilus Cabaſilas Archiepiſcopus Theſſalonicenſis, *Nicolai Cabaſilæ* Archiepiſcopi Theſſalonicenſis avunculus, floruit ſeculo poſt Chriſtum *decimo quarto.*

Joannes Caleca, Patriarcha Conſtantinopolitanus electus eſt A. C. 1331.

Nicephorus Gregoras perduxit Hiſtoriam ſuã Byzantinã uſque ad A.C. 1341.

Nicolaus Cabaſilas, Archiepiſcopus Theſſalonicenſis, floruit circa A. C. 1350.

Concilium Conſtantinopolitanũ in Palatio Blachernenſi celebratũ A.C. 1351.

Maximus Planudes, Monachus CPnus, claruit circa annum Chriſti 1353.

Imp. *Joannes Cantacuzenus*, depoſito Imperio, Monaſterium ingreſſus, *Joaſaphi Chriſtoduli* nomen aſſumpſit A. C. 1355.

Demetrius Cydonius Theſſalonicenſis cum Imp. *Joanne Cantacuzeno* monaſterium ingreſſus eſt A. C. 1355.

Gregorius Palamas, Archiepiſcop9 Theſſalonicẽſis floruit ſeculo poſt Chriſtum *decimo quarto* ſub Impp. *Andronico Palæologo Juniore* & *Joanne Cantacuzeno.*

Barlaam Monachus Calaber floruit ſeculo poſt Chriſtum *decimo quarto* ſub Impp. *Andronico Palæologo Juniore* & *Joanne Cantacuzeno.*

Ioannes Philes ſynchronus *Imp. Joanni Cantacuzeno.*

Leo Protoſecretarius vixit ſeculo poſt Chriſtum decimo quarto ſub Imp. *Andronico Palæologo Iuniore.*

Philotheus Patriarcha Conſtantinopolitanus ab A. C. 1362 uſq; ad A. 1375.

Seculo poſt Chriſtum XVto:

Macarius Metropolita Ancyranus floruit ſeculo poſt Chriſtum *decimo quinto.*

Symeon Archiepiſcopus Theſſalonicenſis obijt A.C. 1429.

Gabriel Metropolita Pentapolitanus ſynchro-

synchronus *Symeoni* Archiepiscopo Thessalonicensi.

Nicolaus Interpres Græcorũ in Cõcilio Basileensi, quod cœpit A.C. 1431.

Marcus Metropolita Ephesinus Synchronus Concilio Florentino celebrato A. C. 1438 & 1439.

Julianus Cæsarinus, Cardinalis S. Angeli occubuit in Hungariâ in bello cõtra Turcas A. C. 1444

Georgius Scholarius, in Monachatu dictus *Gennadius*, floruit seculo post Christum *decimo quinto*.

Gennadius Scholarius post expugnationem Vrbis Constantinopolitanæ permissu *Muhammedi IIdi* Patriarcha CPnus electus est A. C. 1453.

Theophanes Monachus & Magnus Rhetor Magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ claruit seculo Æræ Christianæ *decimo quinto* post expugnationem *Constantinopoleos* per Turcas

Georgius Gemistus Pletho floruit seculo post Christum decimo quinto, & fuit synchronus Cardinali *Bessarioni*

Bessarion, Archiepiscopus Nicænus & S. R. E. Cardinalis, patriâ *Trapezuntinus*, obijt A C. 1473.

Seculo post Christum XVIto:

Georgius Calybes interfuit expugnationi Vrbis Rhodi per Turcas A. C. 1522.

Antonius synchronus *Georgio Calybæ.*

Joannes Abramius synchronus *Georgio Calybæ.*

Joannes Nathanael, synchronus *Georgio Calybæ.*

Mathusalah Monachus synchronus *Georgio Calybæ.*

Nicolaus quidam synchronus *Georgio Calybæ.*

Antonius Eparchus Corcyræus floruit seculo post Christum *decimo sexto.*

AVTORES INCERTÆ ÆTATIS.

Alexius Metropolita Nicææ.

Ammonas Abbas.

Anonymi centum triginta unus; nempe à num. 1 usq; ad num. 75, à num. 77 usq; ad num. 87, à num 89 usq; ad num. 104, & à num. 106 usque ad num. 134.

Anonymus Autor Anthologij Ecclesiastici Græcorum.

Anonymus Autor *Euchologij* Græcorum.

Anonymus Autor *Hirmologij* Græcorũ.

Anonymus Autor Hymnologij Græcorum.

Anonymus Autor *Menæi* Græcorum.

Anonymus Autor *Menologij* Græcorum.

Anonymus Autor Libri Ecclesiastici Græcorum, qui vulgò vocatur *Praxapostolus*.

Anonymus Autor *Schematologij* Græcorum.

Anonymus Autor Synodici, quod legitur Dominicâ Orthodoxiæ contra Iconomachos.

Anonymus Autor *Triodij* Græcorum.

Antipater, Bostrorum in Arabia Petræâ *Episcopus*.

Antonius Monachus, autor *Melissæ*.

Claudius Guisius, Cardinalis Lotharingiæ.

Concilia varia *Provincialia*.

Constantinus Chartophylax.

Constantinus autor Versuum in laudem Dioptræ *Philippi Solitarij*.

David Monachus.

Elias Ecdicus.

Esaias Abbas.

Eusebius Episcopus Alexandrinus

Georgius Chumnus Chandacensis ex Insulâ Cretâ.

Gregorius Archiepiscopus Bulgariæ.

Gregorius Chioniades.

Gregorius Metropolita Corinthi, qui aliàs etiam vocatur *Georgius*.

Gregorius Sinaita.

Hesychius Presbyter Hierosolymitanus.

Joannes Carpathi Insulæ Episcopus.

Joannes cognomine *Cerameus* sive *Figulus*.

Joannes

INDEX SECVNDVS,

EXHIBENS ALPHABETICAM SERIEM AVTORVM NEC THEOLOGICORVM NEC AD HISTORIAM ECCLESIASTICAM PERTINENTIVM, QVORVM OPERA SVPRA' ENVMERATIS CODICIBVS MANVSCRIPTIS THEOLOGICIS GRÆCIS A' DVCENTESIMO PRIMO VSQVE AD TRECENTESIMVM TRIGESIMVM SEXTVM MINV'S CONVENIENTER INSERTA SVNT.

A.

A.

ÆSOPI *è Phrygiâ Fabulatoris*, qui seculo ante Christum *sexto* floruit, *Admonitio ad Linum discipulum* exstat in Codice CCCXXmo, num. 9.

AGAPETI, *Diaconi Magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ Liber ad Imp. Justinianum de Imperio benè administrando* exstat in Codice CCXLVIto, num. 9; ut & in Codice CCLXXVIImo num. 5, sed *cum anonymi cujusdam antiqui Autoris Commentario græco, singulis Capitibus paræneticis particulatim subjuncto.*

ALEXII *Comneni* cognomine *Spanea Paræneses græco-barbaræ* exstant in Codice CCXCVIImo, num. 20.

1. ANONYMI cujusdam Autoris *Fragmentum Juridicum de differentiâ inter cædes voluntarias & involuntarias* exstat in Codice CCLIIItio, num. 11.

2. ANONYMI cujusdam Autoris *Libellus Juridicus græcobarbarus de Nuptijs* exstat in Codice CCXCVIImo, num. 28.

3. ANONYMI cujusdam Autoris *Observationes Medicæ de Ambrâ & Moscho* exstant in Codice CCXCIIdo, num. 10.

4. ANONYMI cujusdam Autoris *Observatio Physico-Medica de Ampotide* exstat in Codice CCXCIIdo, num. 2.

5. ANONYMI cujusdam Autoris *Exorcismus contra serpentes, ne mordeant*, exstat in Codice CCXCIIdo, num. 14. Ejusdem *Logarithmomantia sive Methodus Logarithmica prænoscendi mortem cujuscunq; ægroti* exstat ibidem.

6. ANONYMI cujusdam *antiqui Philosophi ethnici Fragmentum* exstat in Codice CCLXXIXno, num. 2.

7. ANONYMI cujusdam Autoris *Definitiones Virtutum & Vitiorum* exstant in Codice CCXXXVto, num. 5.

8. ANONYMI cujusdam Autoris *Doctrina de quatuor Virtutibus primarijs* exstat in Codice CCXLVIto, num. 15.

9. ANONYMI cujusdam Autoris *Diagramma ethicum de quatuor Virtutibus primarijs* exstat in Codice CCLVIto, num. 7.

10. ANONYMI cujusdam Autoris *Sententiæ & Apophthegmata Philosophica variâ cum antiquâ græcâ Explicatione interlineari* exstant in Codice CCXLVIto, num. 10.

11. ANONYMI cujusdam Autoris *Sylloge Ethica variorum Proverbiorum & Sententiarum* exstat in Codice CCVto, num. 3.

12. ANONYMI cujusdam Autoris *Collectio Apophthegma-*

tum quorundam miſcellaneorum exſtat in Codice CCCXXmo, num. 4.

13. ANONYMI cujuſdam Autoris *Definitiones quædam Logicæ ſecundùm Ariſtotelem* exſtant in Codice CCXXXVto, num. 3.

14. ANONYMI cujuſdam Autoris *Obſervatio Logica de decem Prædicamentis Ariſtotelis* exſtat in Codice CCLVIImo, num. 3.

15. ANONYMI cujuſdam Autoris *Exemplum de decem Prædicamentis, unicâ ſententiâ decem vocibus conſtante comprehenſis*, exſtat in Codice CCVto, num. 3.

16. ANONYMI cujuſdam Autoris *Obſervationes duæ Phyſicæ de Diviſione Ætatis humanæ, & de quatuor Elementorum qualitatibus reſpectu quatuor temporum anni*, exſtant in Codice CCVto, num. 3. Alia *Obſervatio Phyſica de diviſione ætatis humanæ in ſeptem partes* exſtat in Codice CCVIImo, num. 25.

17. ANONYMI cujuſdam Autoris *Methodus ſciendi, quot horas Luna quâlibet nocte luceat*, exſtat in Codice CCLVIImo, num. 2.

18. ANONYMI cujuſdam Autoris *Libellus aſtrologicus græco-barbarus de conditionibus nativitatis humanæ ſecundùm duodecim menſes totidemq; ſigna Zodiaci* exſtat in Codice CCXCVIImo, num. 25.

19. ANONYMI cujuſdam Autoris *Selenodromium ſive Libellus græco-barbarus de curſu Lunæ* exſtat in Codice CCXCVIImo, num. 34.

20. ANONYMI cujuſdam Autoris *Tabula Pſephophoriæ Indicæ, ſive, Figuræ calculorum Indicorum cum earundem Explicatione per adjunctos numeros græcos*, exſtant in Codice CCXCIIdo, num. 14.

21. ANONYMI cujuſdam Autoris *Obſervatio Geographica de magnitudine terræ* exſtat in Codice CCVto, num. 3. Item *Epitheta præcipuarum ſeptem Vrbium Italiæ*, ibidem.

22. ANONYMI cujuſdam Autoris *Obſervatio Geographica de denominationibus nonnullorum locorum à plantis* exſtat in Codice CCXCIIdo, num. 2.

23. ANONYMI cujuſdam Autoris *Liber hydrographicus græco-barbarus, Portulanus inſcriptus*, exſtat in Codice CCXCVIImo, num. 27.

24. ANONYMI cujuſdam Autoris *Chronologia breviſſima ab Adamo uſque ad Imp. Conſtantinum Magnum* exſtat in Codice CCLVIto, num. 7.

25. ANONYMI cujuſdam Autoris *Chronologia Imperatorum Conſtantinopolitanorum ab Imp. Conſtantino Magno uſq; ad Imp. Theo-*

Theodosium Adramyttenum, qui invitus cœpit imperare A. C. 715, & Imp. Leoni Isauro sponte cessit A. 717, exstat in Codice CCVIImo, num. 16.

26. ANONYMI cujusdam Autoris *Chronologia Imperatorum Romanorum ab Imp. Augusto usq; ad Imp. Leonem Iconomachum cognomine Chazarum, Imp. Constantini Copronymi filium, qui A.C. 775 cœpit imperare, & A. 780 obijt*, exstat in Codice CCXCImo, num. 4.

27. ANONYMI cujusdam Autoris *Syntagma Chronologicum ab Adamo usq; ad annum Christi 1026* exstat in Codice CCLXXXIIItio, num. 23.

28. ANONYMI cujusdam Autoris *Chronographia succincta ab Adamo usq; ad Imp. Alexium Comnenum Seniorem, qui A.C. 1081 cœpit imperare*, exstat in Codice CCXCVIImo, num. 3.

29. ANONYMI cujusdam Autoris, qui sub *Imp. Alexio Comneno Seniore* potissimùm floruit, *Epitome Chronographica ab Adamo usq; ad annum Christi 1119*, exstat in Codice CCXCIIItio, num. 3.

30. ANONYMI cujusdam Autoris *Chronographia synoptica à creatione Mundi usq; ad suam ætatem sive annum Christi 1204, quo Constantinopolis à Balduino Comite Flandriæ & Venetis d. 12 Aprilis capta est*, exstat in Codice CCLVIto, num. 2. Sequitur etiam ibidem *Deploratio expugnationis Vrbis Constantinopolitanæ per Latinos*, tanquam Appendix præcedentis Chronici.

31. ANONYMI cujusdam Autoris *Chronologia succincta ab Adamo usq; ad annum Christi 1255* exstat in Codice CCXLIVto, num. 12.

32. ANONYMI cujusdam Autoris *Chronologia græco-barbara fundationis nonnullarum Vrbium ante Nativitatem Christi* exstat in Codice CCLIVto, num. 4.

33. ANONYMI cujusdam Autoris *Observatio Chronologica græco-barbara de fundatione Constantinopoleos per Imp. Constantinum Magnum, & de ædificatione Templi S. Sophiæ per Imp. Justinianum Magnum*, exstat in Codice CCLIVto, num. 5.

34. ANONYMI cujusdam Autoris *Annotatiuncula Chronologica de magno terræ motu, qui fuit Constantinopoli A. C. 1400*, exstat in Codice CCXLmo, num. 11.

35. ANONYMI cujusdam Autoris *Chronicon græco-barbarum de successione & rebus gestis Sultanorum Othmanidarum usque ad ætatem suam sive annum Christi 1566* exstat in Codice CCLIVto, num. 3.

36. ANONYMI cujusdam Autoris *Chronicon græco-barbarum de rebus Venetis* exstat in Codice CCLIVto, num.6.

37. ANONYMI cujusdam Autoris *Narratio de Urbe Venetâ versibus græco-barbaris* exstat in Codice CCXCVIImo, num.18.

38. ANONYMI cujusdam Autoris *Poema rhythmicum græco-barbarum de calamitate Insulæ Cretæ ob magnum terræ motum anni Christi 1508* exstat in Codice CCXCVIImo, num. 33.

39. ANONYMI cujusdam Autoris *Poema græco-barbarum de Bello Trojano* exstat in Codice CCXCVIImo, num. 35.

40. ANONYMI cujusdam Autoris *Historia græco-barbara de Vitâ & rebus gestis Alexandri Magni* exstat in Codice CCXCVIImo, num. 5,

41. ANONYMI cujusdam Autoris *Narratio fabulosa græco-barbara de Belisarij excæcatione & mendicitate* exstat in Codice CCXCVIImo, num. 32.

42. ANONYMI cujusdã Autoris *Poema amatoriũ græco-barbarum de Florio & Platziaflorâ* exstat in Codice CCXCVIImo, num. 30.

43. ANONYMI cujusdam Autoris *Narratio amatoria de quodam Hemperio versibus græco-barbaris* exstat in Codice CCXCVIImo, num. 17.

44. ANONYMI cujusdam Autoris *Narratio græco-barbara*, Πωρικολόγος *inscripta*, exstat in Codice CCXCVIImo, num. 19.

45. ANONYMI cujusdam Autoris *Apologi duo morales versibus græco-barbaris* exstant in Codice CCXCVIImo, num. 13.

46. ANONYMI cujusdam Autoris *Libellus de Tropis & Schematibus Poeticis atque Rhetoricis, & de Orthographiâ* exstat in Codice CCXLIIdo. num. 9.

47. ANONYMI cujusdam Autoris *Carmen echoicum* exstat in Codice CCVto, num. 3.

48. ANONYMI cujusdam Autoris *Poema græco-barbarum de Peregrinatione* exstat in Codice CCXCVIImo, num. 31.

49. ANONYMI cujusdam Autoris *Libellus de Metris, quibus Poetæ utuntur & Rhetores* exstat in Codice CCXCIIdo, num. 26.

50. ANONYMI cujusdam Autoris *Etymologicon græcum ordine alphabetico* exstat in Codice CCXCIIdo, num. 23.

51. ANONYMI cujusdam Autoris *Ortographia Linguæ Græcæ secundùm ordinem alphabeti* exstat in Codice CCXCIIdo, num. 22.

52. ANONYMI cujusdam Autoris *de Orthographiâ Linguæ Græcæ Canones sive Cantica duo* exstant in Codice CCXCIIdo, num. 13.

ARE-

ARETINVS; vide LEONARDVS.

Ex ARISTOTELIS *Stagiritæ, Principis Peripateticorum,* qui ſeculo ante Chriſtum *quarto* floruit, *Libris de Naturâ animalium Excerpta* exſtant in Codice CCCXXmo, num.6. Vide etiam ANONYM. num. 13 & 14.

Ex ARRIANI *Nicomedienſis*, qui ſeculo poſt Chriſtum *ſecundo* ſub Imppp. *Hadriano, Antonino Pio* & *M. Antonino Philoſopho* claruit, *Periplo Ponti Euxini Excerpta nonnulla* exſtant in Codice CCXCIIdo, num. 29.

B.

Ex Imp. BASILII *Macedonis & filiorum ipſius* CONSTANTINI *atq;* LEONIS *Philoſophi ſeu Sapientis Libro Juridico Excerptum quoddam, Definitionem & Officium Patriarchæ continens*, exſtat in Codice CCLIIItio, num. 13. Eorundem *Prooemium Abbreviationis & Correctionis Juris Juſtinianei, quam* Πρόχειρον νομικὸν *ſive Manuele Juris inſcripſerunt*, exſtat ibidem num. 17.

C.

M. Porcij CATONIS cognomine *Majoris* vel *Cenſorij*, qui anno ante initium vulgaris Æræ Chriſtianæ 195 cum *L. Valerio Flacco* fuit *Conſul, Diſticha parænetica ad filium, à Maximo Planude Monacho Conſtantinopolitano ex latinâ in græcam linguam tranſlata, & Paraphraſi græcâ interlineari illuſtrata*, exſtant in Codice CCLXVIImo, num.34, & in Codice CCCXXXIIdo, num. 20.

CHALVETH *Prophetæ Methodus divinandi & prædicendi futura, ſermone græco-barbaro conſcripta*, exſtat in Codice CCXCVIImo, num. 24.

CHOSROÆ *Regis Perſarum Prophetia ſive Vaticinium de Imperio Romano ad Joannem Romanorum Strategum cum Expoſitione Conſtantini Laſcaris Byzantini* exſtat in Codice CCXCIIdo, num. 25.

CODINVS; vide GEORGIVS.

CONSTANTINI *Harmenopuli, Nomophylacis & Judicis Theſſalonicenſis*, qui circa annum Chriſti 1150 floruit, *Lexicon ordine alphabetico* exſtat in Codice CCLIIItio, num. 33.

CONSTANTINI *Laſcaris, Byzantini*, qui ſeculo poſt Chriſtum *decimo quinto* floruit, *Expoſitio Prophetiæ ſive Vaticinij Choſroæ Regis Perſarum de Imperio Romano* exſtat in Codice CCXCIIdo, num, 25.

CONSTANTINI *Siculi Carmen Anacreonticum alphabeticum super periculo parentum & fratrum suorum in mari* exstat in Codice CCCXXXIIItio, num. 4.

CONTIANVS; vide GABRIEL.

CRATETIS *Thebani, Philosophi Cynici*, qui seculo ante Christum *quarto* floruit, *Epistolæ septem* exstant in Codice CCLIIItio, num. 29. Vide etiam literam H, ubi agitur de HERACLITO.

D.

DIOGENIS *Sinopensis, Philosophi Cynici*, qui seculo ante Christum *quarto* floruit, *Epistolæ tres* exstant in Codice CCLIIItio, num. 29.

DIONYSIVS Alexandrinus; vide EVSTATHIVS.

E.

Ex EVSTATHII *Archiepiscopi Thessalonicensis*, qui A. C. 1193 floruit, *Expositione Græcâ in Dionysij Alexandrini Periegesin sive Poema de Situ Orbis* exstat *Excerptum de Æthiopibus* in Codice CCXCIIdo, num. 2.

G.

GABRIELIS *Contiani Poema græco-barbarum de Apollonio Tyrio* exstat in Codice CCXCVIImo, num. 11.

Ex GEORGII *Codini*, qui seculo post Christum *decimo quinto* non tantùm sub ultimis Imperatoribus Constantinopolitanis floruit, verùm etiam ipsi Vrbis Constantinopolitanæ expugnationi aliquamdiu superstes fuit, *Originibus & Antiquitatibus Constantinopolitanis Fragmentum de Caro & Asclepio Philosophis* exstat in Codice CCXCIIdo, num. 11.

GERMANI *Patriarchæ Constantinopolitani Oneirocriticum sive Interpretatio somniorum secundùm ordinem alphabeti* exstat in Codice CCLXXXIVto, num. 2.

GREGORAS; vide NICEPHORVS.

H.

HERACLITI *Ephesij, Philosophi celeberrimi*, qui seculo ante Christum *quinto* floruit, *Epigramma de miserijs vitæ humanæ, quod in Maximi Planudis Anthologio Græcorum Epigrammatum Posidip-*

ſidippo, vel ſecundùm alios Crateti Cynico attribuitur, exſtat in Codice CCLmo, num. 28.

HERODIANI *Grammatici*, filij *Apollonij Alexandrini* cognomine *Dyſcoli*, qui *Apollonius* ſub Imp. *M. Antonino Philoſopho* claruit, *Obſervatio de accentibus adverbiorum* exſtat in Codice CCXCVIto, num. 5.

HOMERVS; vide NICEPHORVS Gregoras.

I.

Ex JOANNIS *Stobæi Locis Communibus Sententiarum Excerpta quædam* exſtant in Codice CCXIVto, num. 20.

JOANNIS *Rhyzani Tranſlatio græca Vaticiniorum Theophili Presbyteri & Clerici Magnæ Eccleſiæ Romæ antiquæ* exſtat in Codice CCVIIIvo, num. 5.

Ex Impp. ISAACII *Comneni* & *ALEXII Comneni Sanctionibus aureæ bullæ de Conſuetudinibus, quæ dantur nomine ordinationis Sacerdotalis, & de Canonico*, exſtant *Excerpta quædam* in Codice CCLIIItio, num. 6.

Imp. JVLIANI *Apoſtatæ*, qui A. C. 361 cœpit imperare, & A. 363 perijt, *Epiſtola ad S. Baſilium Magnum* exſtat in Codice CCXImo, num. 3, & in Codice CCXCIIdo, num. 6.

Ex Imp. JVSTINIANI I ſive *Magni*, qui A. C. 527 cœpit imperare & A. 565 obijt, *Conſtitutione de ijs, qui ad Magnam Eccleſiam Conſtantinopolitanam S. Sophiæ & ad ſacras ubiq; terrarum Eccleſias confugiunt*, exſtat in Codice CCLIIItio, num. 16. Ex alijs quibuſdam ejuſdem Novellis exſtant Excerpta nonnulla in Codice CCLXXXIIItio, num. 6.

L.

LEONARDI *Aretini*, qui A.C. 1443 obijt, *Deſcriptio Reipublicæ Florentinæ* exſtitit olim in Codice CCLVIImo in fine.

Imp. LEONIS cognomine *Philoſophi* ſeu *Sapientis*, qui A. C. 886 cœpit imperare & A. 911 obijt, *Oracula de Imperio Byzantino ſive Conſtantinopolitano* exſtant in Codice CCVIIIvo, num. 6 & 7.

LIBANII *Sophiſtæ*, qui ſeculo poſt Chriſtum *quarto* floruit, *Epiſtolæ ad S. Baſilium Magnum* exſtant in Codice CCLXXVIImo, num. 7.

M.

M.

MANVELIS *Moschopuli*, qui seculo post Christum *decimo quinto* floruit, *Scholia & Commentarius amplissimus in quædam Nicetæ Paphlagonis, alias dicti David Philosophi, Poemata sacra* exstant in Codice CCXCIIdo, num. 16. Ejusdem *Scholia & Commentarius in Philostrati Icones sive Imagines* exstant ibidem num. 17. Ejusdem *Scholia in Pauli Silentiarij Semi-Jambos in Thermas Pythias* exstant ibidem num. 18. Ejusdem *Scholia in varia antiqua Epigrammata* exstant ibidem num. 19. Ejusdem *Fragmentum Grammaticæ Græcæ* exstat ibidem num. 20. Ejusdem *Scholia in Philostrati Heroica* exstant ibidem num. 21.

MATTHÆI *Monachi Quæstiones & Causæ matrimoniales* exstant in Codice CCLIIItio, num. 4.

MAXIMI *Planudis, Monachi Constantinopolitani*, qui circa annum Christi 1353 claruit, *Translatio græca Distichorum CATONIS cum Paraphrasi græcâ interlineari* exstat in Codice CCLXVIIIno, num. 34. Ejusdem *Carmen de Vrinis & de sanguine Phlebotomiæ* exstat in Codice CCLXIXno, num. 9. *Ex* ejusdem *Anthologio* sive *Florilegio variorum veterum Epigrammatum Græcorum* exstant *Epigrammata quædam* in Codice CCXCIIdo, num. 19. Ejusdem *Ænigma* exstat in Codice CCXCVIto, num. 5.

MENANDRI *Atheniensis, Comici celeberrimi*, qui anno ante initium vulgaris Æræ Christianæ 293 obijt, *Sententiæ monostichæ ordine alphabetico* exstant in Codice CCXLIVto, num. 13. Ejusdem *Sententiæ parænetieæ ordine alphabetico* exstant in Codice CCCXXmo, num. 5.

MICHAELIS *Chumni, Nomophylacis* & posteà *Metropolitæ Thessalonicensis*, qui cum *Nicephoro Blemmidâ* seculo post Christum *decimo tertio* floruit, *Tractatus de Gradibus cognationis* exstat in Codice CCLIIItio, num. 5.

Imp. MICHAELIS *Palæologi*, qui A.C. 1283 obijt, *Ænigma* exstat in Codice CCXCIIdo, num. 24.

MICHAELIS *Pselli*, qui circa annum Christi 1078 obijt, *Carmen ad amicum, uvas sibi ex prædio mittentem*, exstat in Codice CCIXno, num. 2. Ejusdem *Liber de Physicis principijs & causis* exstat in Codice CCXCIVto, num. 5. Ejusdem *Versus de Metro Jambico* exstant in Codice CCXCVIto, num. 3.

MOS-

MOSCHIONIS *Præcepta vitæ* exstant in Codice CCLIIItio, num. 10.

MOSCHOPVLVS; vide MANVEL.

N.

NICEPHORI *Gregoræ*, qui seculo post Christum *decimo quarto* floruit, *Prologus encomiasticus in Homerum*, & *Narratio errorum Vlyssis cum Explicatione morali*, exstant in Codice CCCXXXIIdo, num. 9. Ejusdem, ut videtur, *Dissertatio de antiquis & novis Philosophis* exstat ibidem num. 2.

O.

Ex ORIONIS *Thebani Ægyptij Collectione Sententiarum sive Florilegio ad Eudociam Imp. Theodosij Junioris uxorem, in tres Libros diviso*, exstant *Fragmenta quædam* in Codice CCCXXmo, num. 4.

P.

Ex PALLADII *Methonæi*, *Sophistæ*, qui sub *Imp. Constantino Magno* claruit, *Historiâ de Brachmanibus*, *Indorum Philosophis*, qui aliàs appellantur *Gymnosophistæ*, *Fragmentum* exstat in Codice CCXXXVto, num. 20.

PAVLI *Silentiarij*, qui seculo post Christum *sexto* sub *Imp. Justiniano Magno* floruit, *Semi-Jambi in Thermas Pythias cum Manuelis Moschopuli Scholijs* exstant in Codice CCXCIIdo, num. 18.

PHILOSTRATI *Sophistæ*, qui seculo post Christum *tertio* floruit, *Icones sive Imagines cum Manuelis Moschopuli Scholijs & amplissimo Commentario grammatico* exstant in Codice CCXCIIdo, num. 17. Ejusdem *Heroica cum Manuelis Moschopuli Scholijs* exstant ibidem num. 21. Ejusdem *Fragmentum de Charactere Epistolico* exstat in Codice CCXCVIto, num. 5.

PLATONIS *Atheniensis*, *Principis Academiæ Veteris*, qui seculo ante Christum *quarto* floruit, *Præcepta de ijs, quæ fugienda sunt in vitâ*, exstant in Codice CCCXXmo, num. 10.

PLVTARCHI *Charonensis*, qui seculis post Christum *primo* & *secundo* sub Impp. *Domitiano*, *Nervâ* & *Trajano* floruit, *Fragmenta quædam de Metro Heroico alijsq; nonnullis Metris Poeticis* exstant in Codice CCXCVIto, num. 4.

POSIDIPPVS; vide HERACLITVS *Ephesius.*

Ex PROCOPII *Cæsareensis*, qui seculo post Christum *sexto* sub *Imp. Justiniano Magno* floruit, *Libro primo de Bello Persico Excerptum de Tzanis Ponti Euxini accolis* exstat in Codice CCXCIIdo, num. 28.

PYTHAGORÆ *Samij, Principis Philosophiæ Italicæ*, qui seculo ante Christum *sexto* floruit, *Epistola ad Phalaridem Tyrannum Agrigentinorum* exstat in Codice CCLIIItio, num. 29.

R.

RHYZANVS; vide JOANNES.

S.

SEPTEM *Græciæ Sapientum*, qui seculo ante Christum *sexto* floruerunt, *Apophthegmata* exstant in Codice CCXCVIto, num. 5.

SPLENII *Philosophi Expositio & Interpretatio de generatione hominis* exstat in Codice CCVIImo, num. 12.

STOBÆVS; vide JOANNES.

Ex SVIDÆ *Lexico græco Fragmenta quædam historica* exstant in Codice CCVto, num. 3.

Ex SYMEONIS *Sethi Translatione græcâ Apologorum Indicorum, Cybile & Dimne, seu Stephanites & Ichnelates inscriptorum, Tmema sive Segmentum primum* exstat in Codice CCLXXXVIIIvo, num. 2.

T.

THEMISTII, cognomine Εὐφραδοῦς sive *Eloquentis, Gratiarum actio ad Imp. Theodosium Magnum sive Seniorem ob pacem A. C. 382 cum Athanarico & universâ Gente Gotthorum factam, & ob Consulatum Saturnino Magistro Militum collatum in sequentem annum 383, quo is Consul fuit cum Merobaude,* exstat in Codice CCVIIIvo, num. 3.

THEOPHILI *Presbyteri & Clerici Magnæ Ecclesiæ Romæ antiquæ Vaticinia, ex linguâ latinâ in græcam translata à Notario Joanne Rhyzano*, exstant in Codice CCVIIIvo, num. 5.

TRYPHONIS *Grammatici*, qui sub *Imp. Augusto* floruit, *Observatio de literâ Rho* exstat in Codice CCXCVIto, num. 5.

TZE-

TZETZÆ *Libellus de Pedibus & Metris Poeticis* exstat in Codice CCXCVIto, num. 2.

V.

VALENTIS *Astronomi*, qui sub *Imp. Constantino Magno* floruit, *Prædictio de fato Vrbis Constantinopolitanæ* exstat in Codice CCLXXXIIItio, num. 23.

EIVSDEM INDICIS SECVNDI

Repetitio succincta secundùm *differentiam materiarum*, simul & *respectu temporis*, quo jam memorati Autores *nec Theologici, nec ad Historiam Ecclesiasticam pertinentes*, vel floruerunt vel objerunt.

Ex jam memoratis Autoribus *nec Theologicis, nec Historicis Ecclesiasticis*, pertinent

AD CLASSEM JVRIDICAM

Imp. JVSTINIANVS I sive *Magnus*, qui cœpit imperare A. C. 527, & A 565 obijt;

Imp. BASILIVS *Macedo*, & filij ipsius CONSTANTINVS atq; LEO *Philosophus* seu *Sapiens*, qui floruerunt seculo post Christum *nono*;

Impp. ISAACIVS *Comnenus* & ALEXIVS *Comnenus*;

MICHAEL *Chumnus*, *Nomophylax* & posteà *Metropolita Thessalonicensis*, qui floruit seculo post Christum *decimo tertio*;

MATTHÆVS *Monachus* ætatis incertæ;

ANONYMI incertæ ætatis Autores num. 1 & 2.

AD CLASSEM MEDICAM.

PAVLVS *Silentiarius*, qui floruit seculo post Christum *sexto* sub *Imp. Justiniano Magno*;

MAXIMVS *Planudes*, qui claruit circa A.C. 1353;

CHALVETH *Propheta* ætatis incertæ;

ANONYMI incertæ ætatis Autores num. 3, 4, 5.

AD CLASSEM PHILOSOPHICAM *propriè dictam*.

SEPTEM *Græciæ Sapientes*, qui floruerunt seculo ante Christum *sexto*;

ÆSOPVS è Phrygiâ Fabulator, qui floruit seculo ante Christum *sexto*;

PYTHAGORAS *Samius*, *Princeps Philosophiæ Italicæ*, qui floruit seculo ante Christum *sexto*;

HERACLITVS *Ephesius*, Philosophus celeberrimus, qui floruit seculo ante Christum *quinto*;

PLATO *Athenienſis, Princeps Academiæ Veteris*, qui floruit ſeculo ante Chriſtum *quarto*;

ARISTOTELES *Stagirita*, Princeps Peripateticorum, qui floruit ſeculo ante Chriſtum *quarto*;

DIOGENES *Sinopenſis*, *Philoſophus Cynicus*, qui floruit ſeculo ante Chriſtum *quarto*;

CRATES *Thebanus*, *Philoſophus Cynicus*, qui floruit ſeculo ante Chriſtum *quarto*;

M. Porcius CATO cognomine *Major* vel *Cenſorius*, qui Conſul fuit anno ante initium vulgaris Æræ Chriſtianæ 195;

VALENS *Aſtronomus*, qui floruit ſub *Imp. Conſtantino Magno*;

ORION *Thebanus Ægyptius*, qui floruit ſeculo poſt Chriſtum *quinto* ſub *Imp. Theodoſio Juniore*;

AGAPETUS, Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Diaconus, qui floruit ſeculo poſt Chriſtum *ſexto* ſub *Imp. Juſtiniano Magno*;

MICHAEL *Pſellus*, qui obijt circa A. C. 1078;

NICEPHORUS *Gregoras*, qui floruit ſeculo poſt Chriſtum *decimo quarto*;

MAXIMUS *Planudes*, qui claruit circa A. C. 1353;

JOANNES *Stobæus* ætatis incertæ;

MOSCHION ætatis incertæ;

ALEXIUS *Comnenus* cognomine *Spanea* ætatis incertæ;

SPLENIUS *Philoſophus*, ætatis incertæ;

ANONYMI incertæ ætatis Autores num. 6, 7, 8, 9, 10, 11, 12, 13, 14, 15, 16, 17, 18, 19, 20.

AD CLASSEM HISTORICAM *profanam*.

ARRIANUS *Nicomedienſis*, qui floruit ſeculo poſt Chriſtum *ſecundo*;

PALLADIUS *Methonenſis*, Sophiſta, qui claruit ſub *Imp. Conſtantino Magno*;

PROCOPIUS *Cæſareenſis*, qui floruit ſeculo poſt Chriſtum *ſexto* ſub *Imp. Juſtiniano Magno*;

Imp. LEO cognomine *Philoſophus* ſeu *Sapiens*, qui coepit imperare A.C. 886, & A. 911 obijt;

LEONARDUS *Aretinus*, qui A. C. 1443 obijt;

GEORGIUS *Codinus*, qui floruit ſeculo poſt Chriſtum *decimo quinto*;

DIONYSIUS Alexandrinus ætatis incertæ;

CHOSROES *Rex Perſarum*;

SYMEON *Sethus* ætatis incertæ;

JOANNES *Rhyzanus* ætatis incertæ;

THEOPHILUS *Presbyter & Clericus Magnæ Eccleſiæ Romæ antiquæ* ætatis incertæ;

GABRIEL *Contianus* ætatis incertæ;

ANONYMI Autores num. 21, 22, 23, 24, & deinceps uſq; ad num. 48 incluſivè.

AD

AD CLASSEM PHILOLOGICAM.

HOMERVS, *Princeps Poetarum Græcorum*, qui floruit seculo ante Christum *decimo*; & seculo ante Christum *nono* obijt;

MENANDER *Athenienſis, Comicus celeberrimus*, qui obijt anno ante initium vulgaris Æræ Christianæ 293;

TRYPHON *Grammaticus*, qui floruit ſub *Imp. Auguſto*;

PLVTARCHVS *Chæronenſis*, qui floruit circa finem ſeculi pòſt Christum *primi* & principio *ſecundi*;

HERODIANVS *Grammaticus*, qui floruit circa finem ſeculi poſt Christum *ſecundi*, & principio ſeculi *tertij*;

PHILOSTRATVS *Sophiſta*, qui floruit ſeculo poſt Christum *tertio*;

Imp. JVLIANVS *Apoſtata*, qui coepit imperare A.C. 361, & A. 363 perijt;

LIBANIVS *Sophiſta*, qui floruit ſeculo poſt Christum *quarto*;

THEMISTIVS cognomine *Euphrades* ſive *Eloquens*, qui floruit circa A.C. 382;

MICHAEL *Pſellus*, qui obijt circa A. C. 1078;

CONSTANTINVS *Harmenopulus*, *Nomophylax & Judex Theſſalonicenſis*, qui floruit circa A.C. 1150;

EVSTATHIVS *Archiepiſcopus Theſſalonicenſis*, qui creditur vixiſſe circa A.C. 1180;

Imp. MICHAEL *Palæologus*, qui obijt A.C. 1282;

NICEPHORVS *Gregoras*, qui floruit ſeculo poſt Christum *decimo quarto*;

MAXIMVS *Planudes*, Monachus CPnus, qui claruit circa A. C. 1353;

MANVEL *Moſchopulus*, qui floruit ſeculo poſt Christum *decimo quinto*;

CONSTANTINVS *Laſcaris*, qui floruit ſeculo poſt Christum *decimo quinto*;

TZETZES *Grammaticus*;

SVIDAS *Lexicographus* ætatis incertæ;

CONSTANTINVS *Siculus* ætatis incertæ;

ANONYMI Autores num. 46, 47, 48, 49, 50, 51, 52, 53, 54, 55.

INDEX TERTIVS
RERVM OBSERVATV DIGNARVM, QVÆ RECENSIONI SVPRA ENVMERATORVM CODICVM MANVSCRIPTORVM THEOLOGICORVM GRÆCORVM A DVCENTESIMO PRIMO VSQVE AD TRECENTESIMVM TRIGESIMVM SEXTVM SPARSIM INSERTÆ, AVT MARGINATIM ADNOTATÆ SVNT.

 A.

A.

Sancto-

B.

Card.

Ciceronis

D.

L.

N.

Nomina

R.

S.

T.

INDICIS TERTII LIBRI QVINTI COMMENTARIORVM DE AVGVSTISSIMA BIBLIOTHECA CÆSAREA VINDOBONENSI FINIS.

LIBRI

LIBRI QVINTI COMMENTARIORVM DE AVGVSTISSIMA BIBLIOTHECA CÆSAREA VINDOBONENSI APPENDIX,

QVA CONTINENTVR VARIA ADDITAMENTA, NON SOLVM AD JAM MEMORATVM LIBRVM QVINTVM, VERVM ETIAM AD PRIORES QVATVOR, PRIMVM VIDELICET, SECVNDVM, TERTIVM ATQVE QVARTVM PERTINENTIA.

ADDITAMENTVM I,

pertinens ad Libri *primi* pag. 189 & Libri *tertij* pag. 332, ubi fit mentio *Commentarij Historici de Rege Persarum Abbàs, à Petro de Valle Italicè conscripto & Venetijs edito in quarto.*

Ipse istius Commentarij Titulus Italicus est talis: *Delle Conditioni di Abbàs Rè di Persia all' Illustrissimo & Reverendissimo Sig. Francesco Cardinal Barberino. Nipote di N. S. Papa Vrbano VIII, Pietro della Valle il Pellegrino. In Venetia M. DCXXVIII. Con licenza de Superiori e Privilegio.* Exemplar autem ejusdem Commentarij, quod in *Augustissimâ Bibliothecâ Cæsareâ* adservatur, pertinuit olim ad V. CL. *Sebastianum Tengnagelium,* ut ipse ibi testatur hâc propriæ manûs inscriptione: *Ex libris Sebastiani Tengnagelij I. V. D., Cæsarei Consiliarij & Bibliothecarij; ex dono Nobilissimi & Linguarum Orientalium peritissimi Domini Autoris.*

ADDITAMENTVM II,

pertinens ad Libri *tertij* pag. 151, ubi fit mentio *Precationis ad Beatiſſimam Virginem Deiparam*, quæ inſcribitur Εὐχὴ εἰς ἐξομολόγησιν, ἣν &c.

AUtor hujus *Precationis* eſt *Symeon Metaphraſtes*, ut teſtatur V. CL. *Leo Allatius* in *Diatribâ de Symeonum Scriptis* pag. 131. ubi illius meminit his verbis: *Pleraſq; etiam preces, quæ in Eccleſiâ Græcorum non ſine pietatis fructu recitari ſolent, Symeon Metaphraſtes compoſuit, quarum nonnullæ inter Rituales Græcorum Libros reponuntur.* Hujuſmodi eſt Εὐχὴ ἐξομολογητικὴ, ἣν ὀφείλεις καθ' ἡμέραν ἀμεταθέτως λέγειν πρὸς τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον, ἐὰν ποθῇς ἐν τῇ ὥρᾳ τοῦ ψυχορραγήματος σου ἰδεῖν αὐτὴν, καὶ βοηθείας πολλῆς καὶ παρηγορίας τυχεῖν ἐξ αὐτῆς. *Hoc eſt: Preces, in quibus delictorum confeſſio fit, ſingulis diebus ſine ullâ remiſſione recitandæ, ſi vis, cùm animam agis, ſanctiſſimam Virginem Deiparam intueri, & ſubſidium multum, nec non & ſolamen ab eâdem obtinere.* Hucuſque Allatius.

ADDITAMENTVM III,

pertinens ad Libri *quarti* paginam *quadrageſimam ſextam*, ubi obiter fit mentio *Baptiſmi Imp. Conſtantini Magni in fine vitæ.*

QVandoquidem Libri *quarti* horum Commentariorum paginâ *quadrageſimâ ſextâ* obiter ſignificavi, *Euſebium Pamphili, Cæſareæ in Palæſtinâ Epiſcopum, & reliquos omnes, qui Imp. Conſtantini Magni Vitam ſcripſerunt, uno ore teſtari, Imp. Conſtantinum Magnum paulo ante mortem, cùm jam ægrotus decumberet, baptizatum eſſe*, ſummè neceſſarium exiſtimo, ut verba illa mea, ne à quoquam in malam partem ea poſſint accipi, genuinâ propriæ interpretationis declaratione illuſtrem & ſuppleam. Per *reliquos* nempe *omnes Autores, qui poſt Euſebium Vitam Imp. Conſtantini Magni ſcripſerunt*, non intelliguntur ibi *omnes* ſimpliciter & promiſcuè, ſed κατ' ἐξοχὴν ſive per excellentiam antiquiſſimi illi & celeberrimi Scriptores Eccleſiaſtici, qui *Baptiſmi Imp. Conſtantini Magni* in Scriptis ſuis mentionem fecerunt ante *Concilium Romanum*, A. C. 494 ſub *S. Gelaſio Imo Papâ* à LXX Epiſcopis habitum, in quo Libri ſacri & authentici ab apocryphis & adulterinis diſcreti ſunt, & hâc occaſione quoque deliberatum eſt *de Actis S. Sylveſtri Imi Papæ*, conſcriptis ab *incerto*

quo-

quodam *Autore*, cujus *nomen* illo ipso tempore jam fuit incognitum. Vt igitur jam memoratorum antiquissimorum & celeberrimorum Scriptorum Ecclesiasticorum *Testimonia de Baptismo Imp. Constantini Magni in fine vitæ*, uno quasi fasciculo comprehensa, quilibet sine ullâ multorum Voluminum pervolvendorum molestiâ per se solus compendiariè possit contemplari, fidelissimè ea hîc exhibeo, & quidem respectu ætatis cujusque Scriptoris, sive ordine Chronologico.

Testimonium primum

Eusebij Pamphili, Cæsareæ in Palæstinâ Episcopi, quod exstat Libri *quarti* de Vitâ *Imp.* (1) *Constantini Magni* cap. 61, 62, 63, & 64, & quidem editionis græco-latinæ V CL. (2) *Henrici Valesij* iteratæ sive Moguntinæ p. 557, 558, & 559, hoc modo:

Κεφάλαιον ΞΑ΄.

Γίνεται δὲ αὐτῷ πρώτη τις ἀνωμαλία τοῦ σώματος, εἶτ' οὖν κάκωσις ἐπὶ τὸ αὐτὸ συμβαίνει· κἄπειτα τῆς αὐτοῦ πόλεως ἐπὶ λουτρὰ θερμῶν ὑδάτων πρόεισιν, ἔνθεν τε τῆς τοῦ αὐτοῦ μητρὸς ἐπὶ τὴν ἐπώνυμον ἀφικνεῖται πόλιν· κἀνταῦθα τῷ τῶν μαρτύρων εὐκτηρίῳ ἐνδιατρίψας οἴκῳ, ἱκετηρίους εὐχάς τε καὶ λιτανείας ἀνέπεμπε τῷ Θεῷ. ἐπειδὴ δ' εἰς ἔννοιαν ἧκε τῆς τοῦ βίου τελευτῆς, καθάρσεως τοῦτον εἶναι καιρὸν τῶν πώποτε αὐτῷ πεπλημμελημένων δεῖν ᾤετο. ὅσα οἷα θνητῷ διαμαρτεῖν ἐπῆλθε, ταῦτ' ἀπορρύψασθαι τῆς ψυχῆς λόγων ἀπορρήτων δυνάμει, σωτηρίῳ γε λόγῳ λουτροῦ πιστεύσας. τοῦτο τοι διανοηθεὶς, γόνυ κλίνας ἐπ' ἐδάφους, ἱκέτης ἐγίγνετο τοῦ Θεοῦ, ἐν αὐτῷ τῷ μαρ-

Caput LXI.

Principio quidem inæqualis corporis intemperies, post hæc morbus eum invasit. Itaq; ad aquas calidas Civitatis suæ progressus, inde Helenopolim delatus est, Vrbem Matris suæ nomine appellatam; ibiq; in Templo Martyrum diu commoratus, supplicationes & preces obtulit Deo. Cùmq; extremum vitæ diem sibi jam imminere sentiret, tempus tandem adesse existimavit, quo totius vitæ delicta expiaret, firmissimè credens, quæcunq; humanitùs peccavisset, arcanorum verborum efficaciâ & salutari lavacro penitùs esse delenda. Hæc cùm apud se reputâsset, genu flexo humi procumbens, veniam à Deo supplex poposcit, peccata sua confitens in ipso Martyrio; quo in loco etiam (3) *manus impositio-*

(1) *Obijt* Imp. Cōstantinus Magnus *A. C.* 337 *d.* 22 *Maij;* Eusebius *autē* Pamphili. *qui ipsi fuit familiarissimus & charissimus, obijt* triennio *circiter pòst, nempe A.* C. 340. *Considera jam quæso sincere Lector, an ullâ ratione sit verisimile,* Eusebium Pamphili *fuisse aut potuisse esse tàm enormiter impudentem, ut ausus sit falsam* de Imp. Cōstantini Magni Baptismo *fingere ac publicare narrationē, cui innumeri tàm in Oriente quàm in Occidente testes oculati adhuc superstites amore veritatis unanimiter essent reclamaturi?* (2) *Consule etiam ibi ejusdem Annotationes doctissimas & lectu dignissimas.* (3) *Ex his* Eusebij *verbis doctissimus* Valesius *colligendum existimat,* Imp. Constantinum Magnum *tunc primùm* Helenopoli *factum esse* Catechumenum. *Qua de re vide ipsius amplissimam Annotationem pag.* 251 *&* 252 *editionis suprà memoratæ.*

μαρτυρίῳ ἐξομολογούμενος, ἔνθα δὴ καὶ πρῶτον τῶν διὰ χειροθεσίας εὐχῶν ἠξιοῦτο. μεταβὰς δ' ἔνθεν ἐπὶ προάστειον τῆς Νικομηδέων ἀφικνεῖται πόλεως, κἀνταῦτα συγκαλέσας τοὺς Ἐπισκόπους, ὧδέ πη αὐτοῖς διελέξατο.

Κεφάλαιον ΞΒ'.

Οὗτος ἦν αὐτὸς ὁ πάλαι μοι διψῶντι καὶ εὐχομένῳ τῆς ἐν Θεῷ τυχεῖν σωτηρίας καιρὸς ἐλπιζόμενος, ὥρα καὶ ἡμᾶς ἀπολαῦσαι τῆς ἀθανατοποιοῦ σφραγῖδος, ὥρα τοῦ σωτηρίου σφραγίσματος μεταχεῖν. ἐπὶ ῥείθρων Ἰορδάνου ποταμοῦ τοῦτ' ἐνενόουν ποτὲ ποιῆσαι, ἐφ' ὧν καὶ ὁ Σωτὴρ εἰς ἡμέτερον τύπον τοῦ λουτροῦ μεταχεῖν μνημονεύεται. Θεὸς δ' ἄρα τὸ συμφέρον εἰδὼς, ἐντεῦθεν ἤδη τούτων ἡμᾶς ἀξιοῖ. μὴ δὴ οὖν ἀμφιβολία τις γινέσθω. εἰ γὰρ καὶ πάλιν ἡμᾶς ἐνταυθοῖ βιοῦν ὁ καὶ ζωῆς καὶ θανάτου κύριος ἐθέλοι, καὶ οὕτως ἐμὲ συναγελάζεσθαι λοιπὸν τῷ τοῦ Θεοῦ λαῷ, καὶ ταῖς εὐχαῖς ὁμοῦ τοῖς πᾶσιν ἐκκλησιάζοντα κοινωνεῖν ἅπαξ ὥρισαι, θεσμοὺς ἤδη βίου Θεῷ πρέποντας ἐμαυτῷ διατετάξομαι. ὁ μὲν δὴ τοῦτ' ἔλεγεν· οἱ δὲ τὰ νόμιμα τελοῦντες, θεσμοὺς ἀπεπλήρουν θείους, καὶ τῶν ἀπορρήτων μετεδίδοσαν, ὅσα χρὴ προδιαστειλάμενοι. καὶ δὴ μόνος τῶν ἐξ αἰῶνος Αὐτοκρατόρων Κωνσταντῖνος,

ſitionem cum ſolenni precatione primùm meruit accipere. Hinc ad ſuburbana Nicodemiæ digreſſus, convocatis Epiſcopis, ſic ad eos verba fecit.

Caput LXII.

Hoc erat tempus, quod jamdudum ſperabam, cùm incredibili cupiditate arderem, votiſque omnibus deſiderarem ſalutem in Deo conſequi. Jam tempus eſt, ut ſignum illud, quod immortalitatem confert, nos quoque percipiamus; tempus eſt, ut ſalutaris ſignaculi participes fiamus. Equidem olim ſtatueram id agere in flumine Jordane, in quo Servator ipſe ad exemplum noſtrum lavacrum ſuſcepiſſe memoratur. Sed Deus, qui optimè novit, quid nobis conducat, hoc in loco nobis idipſum exhibere dignatur. Proinde omnis removeatur dubitatio. Nam, ſi quidem Deus, vitæ mortiſq; arbiter, hîc me diutiùs vitam agere voluerit, idq; ſemel decretum eſt, ut in poſterum unà cum populo Dei permiſcear, & in Eccleſiam adſcitus cum reliquis omnibus orationum particeps fiam, eas vivendi leges mihi præſcripturum me eſſe ſpondeo, quæ ſint Deo dignæ. Hæc cùm dixiſſet, illi ſolemni ritu divinas cærimonias peregerunt, injunctiſq; ei, quæcunq; neceſſaria erant, ſacro-

σταντῖνος, Χριστοῦ μαρτυρίοις ἀναγεννώμενος ἐτελειοῦτο, θείας τε σφραγῖδος ἀξιούμενος, ἠγάλλετο τῷ πνεύματι, ἀνεκαινοῦτό τε καὶ φωτὸς ἐνεπίμπλατο θείου· χαίρων μὲν τῇ ψυχῇ δι' ὑπερβολὴν πίστεως, τὸ δ' ἐναργὲς καταπεπληγὼς τῆς ἐνθέου δυνάμεως. ὡς δ' ἐπληροῦτο τὰ δέοντα, λαμπροῖς καὶ βασιλικοῖς ἀμφιάσμασι, φωτὸς ἐκλάμπουσι τρόπον, περιεβάλλετο, ἐπὶ λευκοτάτῃ στρωμνῇ διανεπαύετο, οὐκ ἔθ' ἁλουργίδος ἐπιψαῦσαι θελήσας.

Κεφάλαιον ΞΓ΄.

Κἄπειτα τὴν φωνὴν ἀνυψώσας, εὐχαριστήριον ἀνέπεμπε τῷ θεῷ προσευχήν, μεθ' ἣν ἐπῆγε λέγων. νῦν ἀληθεῖ λόγῳ μακάριον οἶδ' ἐμαυτόν· νῦν τῆς ἀθανάτου ζωῆς πεφάνθαι ἄξιον· νῦν τοῦ θείου μετειληφέναι φωτὸς πεπίστευκα. ἀλλὰ καὶ ταλαίνας ἀπεκάλει, ἀθλίους εἶναι λέγων τοὺς τῶνδε τῶν ἀγαθῶν ἐστερημένους. ἐπεὶ δὲ τῶν στρατοπέδων οἱ ταξίαρχοι καὶ καθηγεμόνες εἴσω παρελθόντες ἀπωδύροντο, σφᾶς αὐτοὺς ἐρήμους ἔσεσθαι ἀποκλαιόμενοι, ἐπηύχοντό τε ζωῆς αὐτῷ χρόνους, καὶ τούτοις ἀποκρινάμενος, νῦν ἔφη τῆς ἀληθοῦς ζωῆς ἠξιῶσθαι, μόνον τε αὐτὸν εἰδέναι ὧν μετείληφεν ἀγαθῶν· διὸ καὶ σπεύδειν,

factorum Mysteriorum eum participem fecerunt. Solus igitur ex omnibus, qui unquam fuerunt, Imperatoribus Constantinus in Christi martyrijs renatus & consummatus est, & divino donatus signaculo, exsultavit spiritu, renovatusq; est, ac divinâ luce repletus. Et animo quidem maximam capiebat voluptatem ob fidei excellentiam, evidentissimam autem divinæ potentiæ magnitudinem attonitus mirabatur. Ceterùm postquam omnia ritè impleta sunt, candidis ac regijs vestibus lucis instar radiantibus est amictus, & candidissimo in lecto recubuit, nec purpuram contingere amplius voluit.

Caput LXIII.

POsthac sublatâ altius voce, precabundus gratias egit DEO, *&, finitâ precatione, hæc subjecit. Nunc me re verâ beatum esse, nunc immortali vitâ dignum, nunc divinæ compotem lucis factum esse cognosco. Miseros quoq; & infelices esse ajebat, qui tantis bonis privarentur. Cúmq; Tribuni ac Duces militarium copiarum introgressi, vicem suam dolerent, quòd orbos ipsos relinqueret, & longiorem ipsi vitam comprecarentur, his etiam respondens, nunc demùm veram se vitam adeptum esse dixit, seq; unum optimè nosse, quantorum bonorum particeps factus fuisset; proinde properare se, & profectionem ad Deum suum nullâ tergiversatione*

δεῖν, μὴ δ' ἀναβάλλεσθαι τὴν πρὸς τὸν αὐτοῦ Θεὸν πορείαν. εἶτ' ἐπὶ τούτοις τὰ προσήκοντα διετάττετο· καὶ Ῥωμαίους μὲν τοὺς τὴν βασιλίδα πόλιν οἰκοῦντας ἐτίμα δόσεσιν ἐτησίοις· τοῖς δ' αὐτοῦ παισὶν, ὥσπερ τινὰ πατρικὴν ὕπαρξιν, τὸν τῆς βασιλείας παρεδίδου κλῆρον, πάνθ' ὅσα φίλα ἦν αὐτῷ, διατυπωσάμενος.

tione differre. Singula deinde pro arbitrio suo disposuit. Ac Romanis quidem Regiam Urbem incolentibus annua quadam munera legavit; suis autem Filijs Imperium velut paternam hæreditatem reliquit, cuncta, prout ipsi videbatur, constituens.

Κεφάλαιον ΞΔ.

Ἕκαστα δὲ τούτων ἐπὶ τῆς μεγίστης συνετελεῖτο ἑορτῆς, τῆς δὴ πανσέπτου καὶ παναγίας Πεντηκοστῆς, ἑβδομάσι μὲν ἑπτὰ τετιμημένης, μονάδι τ' ἐπισφραγιζομένης, καθ' ἣν τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάληψιν τοῦ κοινοῦ Σωτῆρος, τήν τε τοῦ ἁγίου Πνεύματος εἰς ἀνθρώπους κάθοδον, λόγοι γεγενῆσθαι περιέχουσι θεῖοι. ἐν δὴ ταύτῃ τούτων ἀξιωθεὶς Βασιλεὺς, ἐπὶ τῆς ὑστάτης ἁπασῶν ἡμέρας, ἣν δὴ ἑορτὴν ἑορτῶν οὐκ ἄν τις διαμάρτοι καλῶν, ἀμφὶ μεσημβρινὰς ἡλίου ὥρας πρὸς τὸν αὐτοῦ Θεὸν ἀνελαμβάνετο· θνητοῖς μὲν τὸ συγγενὲς παραδοὺς ἔχειν, αὐτὸς δ', ὅσον ἦν αὐτοῦ τῆς ψυχῆς νοερόν τε καὶ φιλόθεον, τῷ αὐτοῦ Θεῷ συναπτόμενος· τοῦτο τέλος τοῦ Κωνσταντίνου ζωῆς.

Caput LXIV.

Hæc itaque omnia gerebantur in maxima illa solennitate veneranda & sacratissima Pentecostes, quæ septenario hebdomadum numero decorata, unitate obsignatur; in qua & communis Servatoris ascensum in Cœlos, & Sancti Spiritûs in terras descensum contigisse, sacræ literæ testantur. In ea nempe solennitate Imperator hac, quæ diximus, consecutus, ultima tandem die, quam si quis Festum Festorum sive omnium Festivitatum maximam vocet, haudquaquam meo Judicio aberraverit, circa meridiem migravit ad Deum suum; mortalibus quidem partem sui mortalem relinquens, eam verò animæ partem, quæ intelligentia & amore Dei prædita est, Deo suo conjungens. Hic Constantino vitæ fuit exitus.

Testimo-

Testimonium secundum

(1) *Trecentorum & aliquanto amplius Episcoporum Catholicorum Occidentalium Concilij Ariminensis*, vigesimo secundo post obitum *Imp. Constantini Magni* anno, sive A. C. 359 celebrati, quod exstat in (2) *Synodicâ* eorum *Epistolâ* ad *Imp. Constantium* pro *S. Symbolo Nicæno* contra *Arianos latinè* scriptâ; quam in *latinum* sermonem translatam ipse *S.* (3) *Athanasius Magnus*, *Archiepiscopus Alexandrinus* approbavit, & *Epistolæ* suæ *de Synodis Arimini & Seleuciâ* celebratis integram inseruit, ut in Operibus illis, Lutetiæ Parisiorum A. 1627 græcè & latinè in filio editis, Tomi primi pag. 877 & 878 videre est.

Ἐγνωκότες δὲ ἅμα καὶ τὸν μετὰ τελευτὴν ἄξιον μνήμης Κωνσταντῖνον μετὰ πάσης ἀκριβείας καὶ ἐξετάσεως τὴν συγγραφεῖσαν πίστιν ἐκτεθεικότα. ἐπειδὴ δὲ ὡς ἐξ ἀνθρώπων ἐγένετο βαπτισθεὶς, καὶ πρὸς τὴν ὀφειλομένην εἰρήνην ἀνεχώρησεν, ἄτοπον εἶναι μετ' ἐκεῖνόν τι καινοτομεῖν, καὶ τούτους ἁγίους ὁμολογητὰς καὶ μάρτυρας, οἳ δὲ καὶ τοῦδε τοῦ δόγματος συγγραφεῖς τε καὶ εὑρετὰς ὑπεριδεῖν, οἵτινες κατὰ τὸν παλαιὸν τῆς Ἐκκλησίας θεσμὸν ἅπαντα φρονοῦντες διαμεμενήκασιν.

Cùm autem præterea nobis cognitum sit, etiam (4) Constantinum, Imperatorem sempiternâ memoriâ post mortem dignum, Symbolum Fidei Nicænum non nisi accuratissimè examinatum, promulgâsse, absurdum profectò videtur, eo post Baptismum vitâ defuncto, & ad tranquillitatem sibi debitam profecto, aliquid in eo novare, & sanctos illos Confessores ac Martyres, qui hujus dogmatis autores & inventores fuerunt, & secundùm antiquam Ecclesiæ sanctionem omninò sentientes perseverârunt, contemnere.

Testimonium tertium

S. (5) *Ambrosij, Episcopi Mediolanensis*, quod exstat *in Oratione, quam A. C. 395 in funere Imp. Theodosij Magni publicè habuit;* ut in Operibus ejus, Coloniæ Agrippinæ A. 1616 in folio editis, Tomi quinti pag. 60 videre est.

(1) Convenerunt Arimini Episcopi Occidentales *τετρακόσιοι ἢ πλείους ut refert* S. Athanasius *in Epistola de Synodis Arimini & Seleuciæ, sive* *πλείους ἢ τετρακόσιοι, ut loquitur* Sozomenus *Historiæ Ecclesiasticæ lib. 4. cap. 16; hoc est, ut vertit* Sulpicius Severus *Historiæ Sacræ lib.* 2, quadringenti & aliquanto ampliùs. *Ex iis verò, ut idem* Sulpicius *testatur*, non amplius quàm octoginta fuerunt Ariani; reliqui autem omnes fuerunt Catholici. *Considera jam quæso sincere Lector, an ullâ ratione sit verisimile, inter* trecentos & ampliùs Episcopos Occidentales Catholicos *ne unicum quidem fuisse, qui scripserit quo tempore & quo loco* Imp. Constantinus Magnus *reverà baptizatus fuerit.* (2) *Eadem* Synodica Epistolâ *exstat etiam apud* Socratem *Histor. Eccles. lib. 2. cap. 29, apud* Sozomenum *lib. 4 cap. 17, & apud* Theodoretum *lib. 2 cap. 19.* (3) *Hinc Testimonium hoc meritò etiam appellari potest* Testimonium S. Athanasij. *Obijt autem* S. Athanasius *A. C. 373 d. 2 Maij.* (4) *Minimè hîc audiendus est Cardinalis* Baronius, *qui in Annal. Ecclesiast. Tom. III an. 324 num. 53 contra omnium veterum Autorum & Codicum manuscriptorum autoritatem in Epistola hâc* Synodicâ *pro* Constantinum *perperàm contendit legendum esse* Constantem. (5) *Obijt* S. Ambrosius *A. C. 397.*

(1) Psal. 64. (2) Zachar. cap. 14.

NVnc se augustæ memoriæ Theodosius regnare cognoscit, quando in Regno Domini Jesu est, & (1) considerat templum ejus. Nunc sibi Rex est, quando recipit etiam filium Gratianum, & pulcherrima ac dulcissima sibi pignora, quæ hic amiserat; quando ei sua Placilla adhæret; fidelis anima Deo; quando Patrem sibi redditum gratulatur; quando CONSTANTINO adhæret: cui licet baptismatis gratia in ultimis constituto omnia peccata dimiserit, tamen quòd primus Imperatorum credidit, & post se hæreditatem fidei Principibus dereliquit, magni meriti locum reperit. Cujus temporibus completum est illud Propheticum: (2) In illo die erit, quod super frenum equi est, sanctum Domino omnipotenti. Quod illa sanctæ memoriæ Helena mater ejus infuso sibi Dei spiritu revelavit.

Testimonium quartum.

(3) Obiit S. Hieronymus A.C. 420.

S. (3) *Hieronymi Stridonensis*, quod exstat *in Continuatione Chronici Eusebij Pamphili* pag. 187 editionis Burdegalensis *Arnaldi Pontaci Episcopi Vazatensis* A. 1604 in folio.

COnstantinus extremo vitæ suæ tempore ab Eusebio Nicomediensi Episcopo baptizatus, in Arianum dogma declinat; à quo usq; in præsens tempus Ecclesiarum rapinæ, & totius Orbis est secuta discordia.

Testimonium quintum.

(4) Floruit hic Socrates potissimum sub Imp. Theodosio Juniore, qui patri Arcadio A. C. 408 in Imperio Orientis successit, & A. 450 obiit.

(4) *Socratis Scholastici*, quod exstat *Historiæ Ecclesiasticæ* lib. 1 cap. 39 & 26 editionis græcæ & latinæ *Joannis Christophorsoni* & *Suffridi Petri* Coloniæ Allobrogum sive Genevæ typis Petri de la Rouiere A. 1612 in folio.

ΕΝιαυτοῦ δὲ μετὰ ταῦτα παραδραμόντος, ἐπιβὰς ἑξηκονταπέντε ἐνιαυτῶν ὁ Βασιλεὺς Κωνσταντῖνος, ἀῤῥωστίᾳ περιπίπτει, καὶ ἐκ τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐκπλεῖ ἐπὶ τὴν Ἑλενούπολιν, ὡς φυσικοῖς θερμοῖς χρησόμενος, τοῖς ἐκεῖ γειτνιάζουσιν. ἐπεὶ δὲ σφοδροτέρως τοῦ νοσήματος ᾔσθετο, τὰ μὲν λουτρὰ ὑπερέθετο, ἀπαίρει δὲ ἐκ τῆς Ἑλενουπόλεως

ANno pòst, Imperator Constantinus sexagesimum quintum ætatis suæ annum ingressus, in morbum incidit, ac Constantinopoli decedens, Helenopolim traijcit, balneis aquarum naturâ calidarum, quæ ibi sunt in proximo, usurus. Vbi verò morbo graviùs afflictabatur, lavationem quidem balnearū distulit, Helenopoli autem abscedens, Nicomediam rectà proficiscitur.

πόλεως εἰς τὴν Νικομήδειαν, κἀκεῖ ἐν προαστείῳ διάγων, τοῦ Χριστιανικοῦ μεταλαμβάνει Βαπτίσματος, εὔθυμός τε ἐπὶ τούτῳ γενόμενος, διαθήκας ποιεῖται, ἐν αἷς τοὺς μὲν τρεῖς υἱοὺς κληρονόμους τῆς βασιλείας ἐνίσταται, καθ᾽ ἃ καὶ ζῶν ἂν οἷς τοὺς κλήρους διένειμε· πολλὰ δὲ καὶ τῇ Ῥωμαίων πόλει καὶ τῇ ἑαυτοῦ ἐπωνύμῳ πρεσβεῖα καταλιπὼν, τὰς διαθήκας ἐκείνῳ παρατίθεται τῷ πρεσβυτέρῳ, δι᾽ ὅνπερ Ἄρειος ἀνακέκληται, οὗ καὶ μικρὸν ἔμπροσθεν πεποιήμεθα μνήμην, ἐντειλάμενος μηδενὶ ἑτέρῳ, ἢ τῷ υἱῷ τῷ τῆς ἀνατολῆς ἄρχοντι Κωνσταντίῳ εἰς τὰς χεῖρας βαλεῖν. μετὰ δὲ τὸ θέσθαι τὰς διαθήκας, ὀλίγας ἡμέρας ἐπιβιοὺς, τὸν βίον ἀνέλιπε.

ficiscitur. Illic in suburbio commoratus, lavacro Baptismatis, quod est Christianorum proprium, tingitur. Quo vehementer exhilaratus, testamentum facit; in quo tres Filios hæredes Imperij instituit, & illis hæreditates, sicut cùm integrâ esset valetudine, distribuit, simul & multa præclara monumenta cùm Romæ, tùm Constantinopoli legat. Testamentum porrò Presbytero illi, per quem Arius erat revocatus (cujus paulo antè fecimus mentionem) concredit; cui mandat, ut nulli alij, quàm filio suo Constantio, quem Orienti præfecerat, illud in manus daret. Testamento autem composito, & vitâ ad aliquot dies propagatâ, mortem oppetit.

Testimonium sextum.

(1) *Hermiæ Sozomeni*, quod exstat *Historiæ Ecclesiasticæ* lib. 2 cap. 32, editionis græcæ & latinæ *Joannis Christophorsoni* & *Suffridi Petri* Genevæ typis Rouerianis A. 1612 in folio.

(1) *Floruit is sub* Imp. Theodosio Juniore, *qui patri* Arcadio *A. C.* 408 *in Imperio Orientis successit, & A.* 450 *obiit.*

Ὁ δὲ Βασιλεὺς Κωνσταντῖνος ἤδη πρότερον εἰς τοὺς παῖδας Καίσαρας ὄντας τὴν ἀρχὴν διελὼν, καὶ Κωνσταντίνῳ μὲν καὶ Κώνσταντι τὰ πρὸς δύσιν ἀπονείμας, Κωνσταντίῳ δὲ τὰ πρὸς ἕω, μαλακισθεὶς τὸ σῶμα ὡς αὐτομάτοις λουτροῖς χρησόμενος ἧκεν εἰς Ἑλενόπολιν Βιθυνῶν. χαλεπώτερον δὲ διατεθεὶς, διεκομίσθη εἰς Νικομήδειαν. ἔνθα δὴ ἐν προαστείῳ διάγων,

Imperator autem Constantinus, cùm jam anteà Imperium filijs suis Cæsaribus distribuisset, & partem illius, quæ vergit ad occasum Solis, Constantino & Constanti, partem autem ad Orientem spectantem Constantio assignâsset, quoniam corpore ægro jam & languenti fuit, ideò Helenopolim advenit, balneis suâ naturâ calidis usurus. At cùm morbo vehementiùs urgeretur,

γων, ἐμυήθη τὸ ἱερὸν βάπτισμα. ἐπὶ τούτῳ τε σφόδρα ἡσθεὶς, χάριν ὡμολόγει τῷ Θεῷ· διαθήκην τε ποιήμας, τοῖς μὲν παισὶ διένειμε τὴν ἀρχὴν, ὡς πρότερον· πρεσβεῖα δὲ, τὰ μὲν, τῇ πρεσβυτέρᾳ Ῥώμῃ, τὰ δὲ, τῇ ἐπωνύμῳ αὐτοῦ καταλιπὼν, ἔδωκε τὴν διαθήκην τῷ πρεσβυτέρῳ, ὃν ἐπαινέτην ὄντα Ἀρείου, ἀγαθὸν δὲ τοῦ βίου, παρέθετο αὐτῷ τελευτῶσα Κωνσταντία ἡ ἀδελφὴ καὶ ὅρκον προσθεὶς, ἐνετείλατο Κωνσταντίῳ δοῦναι, ἐπειδὰν ἀφίκηται· οὔτε γὰρ οὗτος, οὔτε ἄλλος τῶν Καισάρων παρῆν τῷ πατρὶ τελευτῶντι καὶ ὁ μὲν ταῦτα ἐντειλάμενος, ὀλίγας ἐπεβίω ἡμέρας, καὶ ἐτελεύτησεν ἀμφὶ πέντε καὶ ἑξήκοντα ἔτη γεγονώς.

retur, Nicomediam deportatus est; ibiq; cùm in suburbio commoraretur, sacrosancto Baptismatis mysterio initiatus est. Quâ re magnoperè delectatus, gratias egit Deo; factoq; Testamento, Imperiū filijs, ut suprà indicatum est, dispertivit. Romæ porrò antiquæ & Constantinopoli privilegia quædam præ cæteris eximia reliquit; Testamentum autem commisit Presbytero illi, quem, etsi Arij fautorem, ob vitæ tamen integritatem Constantia soror ejus jam moriens ipsi commendaverat. Cui jurejurando astricto mandavit, ut Constantio, simul ut accederet, illud daret; nam neq; iste, neq; alius ex Cæsaribus patri morienti præstò aderat. Quæ cùm præcepisset Constantinus, ad paucos dies vitam propagans, circiter quintum & sexagesimum ætatis suæ annum moritur.

Testimonium septimum

(1) Obijt non multo post Concilium Generale Chalcedonense, quod A. C. 451 celebratum est.

(1) *Theodoreti, Cyri Vrbis in Syriâ Episcopi*, quod exstat *Historia Ecclesiastica* lib. 2 cap. 32, editionis græcæ & latinæ *Joannis Christophorsoni* & *Suffridi Petri* Genevæ typis Rouerianis A. 1612 in folio.

Ἐνιαυτοῦ δὲ ἄλλου καὶ μηνῶν διεληλυθότων ὀλίγων, ἐν Νικομηδείᾳ τῆς Βιθυνίας διάγων ἠῤῥώστησε. τὸ δὲ τῆς ἀνθρωπίνης βιότητος ἄδηλον ἐπιστάμενος, τοῦ θείου Βαπτίσματος τὸ δῶρον ἐδέξατο. ἀνεβάλλετο δὲ μέχρι τοῦδε τοῦ χρόνου, ἐν Ἰορδάνῃ τῷ ποταμῷ τούτου τυχεῖν ἱμειρόμενος. οὗτος μὲν τρεῖς παῖδας κλη-

ANnò & paucis mensibus dilapsis, cùm Imperator esset Nicomediæ in Bithyniâ, graviter ægrotare cœpit; cùmq; secum consideraret, quàm incertus sit humanæ vitæ exitus, donum sacrosancti Baptismatis accepit. Ad hoc namque tempus istud ideò distulerat, quòd magno tenebatur desiderio, hoc salutare lavacrum in Jordane fluvio perci-

κληρονόμους τῆς βασιλείας κατέλιπε, Κωνσταντῖνον, καὶ Κωνστάντιον καὶ Κώνσταντα τὸν νεώτατον. εἰς δὲ τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἐπανελθεῖν τὸν μέγαν προσέταξεν Ἀθανάσιον, καὶ ταῦτα Εὐσεβίου παρόντος, καὶ τἀναντία πείθειν ἐπιχειροῦντος.

percipiendi. Tres filios Imperij reliquit hæredes, Constantinum, Constantium & Constantem natu omnium minimum. Athanasium verò Magnum Alexandriam redire jussit, idque præsente Eusebio Episcopo Nicomediensi, & contraria ei suadere laborante.

Testimonium octavum.

(1) *Gelasij Cyziceni, Cæsareæ Palæstinæ Episcopi*, quod olim quidem exstitit *in Libro tertio Historiæ* ipsius *Ecclesiasticæ de rebus in S. Concilio Nicæno primo gestis*; nunc autem à *Photio Patriarchâ Constantinopolitano* in recensione *Codicis Bibliothecæ suæ octogesimi octavi*, & quidem pag. 209 & 210 editionis græco-latinæ Rothomagensis A. 1653 in folio, memoratur his verbis:

(1) *Claruit is sub* Imp. Zenone Isaurico, *qui A. C.* 474 *cœpit imperare, & A.* 491 *obiit.*

Γελασίου Ἐπισκόπου Καισαρείας τῆς κατὰ Παλαιστίνην Ἱστορίας ἐκκλησιαστικῆς λόγοι γ΄. ἀπάρχεται δὲ οὕτω· Τὰ κατὰ τὴν ἁγίαν καὶ μεγάλην καὶ οἰκουμενικὴν τῶν Ἐπισκόπων συναθροισθεῖσαν σύνοδον ἐκ πασῶν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τῶν τοῦ Ῥωμαίου κόσμου ἐπαρχιῶν, καὶ Περσίδος, καὶ ἑξῆς. τελευτᾷ δὲ εἰς τὴν τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου τελευτὴν, ἐν ᾗ καὶ τὸ τῆς ἀφέσεως ἐδέξατο θεῖον λουτρὸν, τὰς ἐν βίῳ κηλῖδας, οἷα εἰκὸς ἄνθρωπον ὄντα ἐφελκόμενον ταύτας, ἀπολουσάμενος. τυχεῖν δέ φησι τοῦ Βαπτίσματος, ὀρθοδόξου μυσταγωγήσαντος καὶ τελέσαντος, ἀλλ' οὐχ, ὥς τισιν ἔδοξε, τῶν αἱρετικῶν τινος χειραπλήσαντος. ἡ δέ γε ἀναβολὴ αὐτῷ τοῦ Βαπτίσματος παρετείνετο, ὅτι δι' ἐπιθυμίας πλεί-

Gelasij, Cæsareæ Palæstinæ Episcopi, Ecclesiasticæ Historiæ Libri tres. Operis hujus principium est tale: Quæ in sanctâ, magnâ & universali Episcoporum Synodo, ex omnibus, ut sic dicam, Romani Orbis Provincijs, ipsâque adeò Perside, congregatâ, & cætera. Desinit autem in Imp. Constantini Magni obitu, quando divino remissionis peccatorum lavacro suscepto, vitæ hujus maculas, quas communi mortalium sorte contraxisse oportuerat, unà eluit. Baptismate verò tinctum refert ab Orthodoxo Sacerdote, sacroque ritu, non autem, ut (2) *quidam prodiderunt, ab hæreticorum aliquo; longiorem autem hanc Baptismati obvenisse moram, quod ipsis Jordani fluminis aquis tingi vehementer optâsset. Affirmat*

(2) *Vide suprà* Testimonium quartum p. 404.

πλείςης ἦν αὐτῷ τοῖς Ἰορδάνου ῥείθροις βαπτίσασθαι. Φησὶ δὲ αὐτὸν ὁ συγγραφεὺς οὗτος ἐπὶ Βασιλίσκου, (1) ὃς ἐκβαλὼν Ζήνωνα ἐτυράννησεν, ἀκμάζειν, καὶ ἀνεγνωκέναι τὰς τῆς συνόδου πράξεις ἐν παλαιαῖς μεμβράναις, ἔτι κατὰ τὴν πατρῴαν οἰκίαν διατρίβοντα· ὧν τὴν μνήμην ἔχοντα, καὶ ἐξ ἑτέρων γραμμάτων, ὅσα χρήσιμα, συναγείραντα, τὴν Ἱστορίαν συντάξαι.

mat idem Scriptor, sub Basilisco, qui, Imp. Zenone Isaurico pulso, (1) *tyrannidem occupavit, vixisse se, ac legisse Concilia Acta, in antiquis membranis conscripta, dum adhuc paternis in ædibus versaretur, ideoq; ex eorum memoriâ & ex alijs prætereà scriptis, utilia quæq; colligendo, Historiam composuisse.*

Hucusq; exhibui quàm fidelissimè *Testimonia* antiquissimorum illorum & celeberrimorum Scriptorum Ecclesiasticorum, qui ante *Concilium Romanum*, A.C.404 sub *S. Gelasio Imo Papâ* celebratum, unanimi consensu tradiderunt, *Imp. Constantinum Magnum juxta Nicomediam paulo ante finem vitæ esse baptizatum.* Cæterùm quod attinet ad *Acta S. Sylvestri Imi Papæ*, ab *anonymo* quodam *Autore* conscripta, quorum solâ potissimùm autoritate Eminentissimus Cardinalis (2) *Baronius*, alijq; recentiores Scriptores, suprà exhibita testimonia, tanquam partim ab *Arianâ* falsitate, partim à nimis credulâ *Catholicorum* simplicitate profecta, omninò reijcere, &, ut ita loquar, unico flatu exsufflare annituntur, de illis inquam *Actis* quid ipse sentiam, alio posthac commodiori tempore & loco indicabo, cùm in Continuatione horum Commentariorum pervenero ad *Codices manuscriptos Historicos Ecclesiasticos Græcos* & *Latinos*, quibus jam memorata *Acta* aliquoties inserta sunt. Interim subjungo hîc *S. Gelasij Imi Papæ* de ijsdem Testimonium, quod exstat in Decreto *Gratiani distinct. XV c. Sancta Romana Ecclesia* his verbis: *Item Actus Beati Sylvestri, Apostolicæ Sedis Præsulis, licet ejus, qui conscripsit, nomen ignoremus, à multis tamen in Vrbe Româ Catholicis legi cognovimus, & pro antiquo usu multæ hoc imitantur Ecclesiæ.*

ADDITAMENTVM IV,

pertinens ad Libri *quarti* p.56,207,247. aliaq; varia cùm ejusdem, tùm sequentis hujus Libri *quinti* loca, quibus *Imperatorum Constantinopolitanorum ex Familiâ Palæologicâ* fit mentio.

Illu-

(1) *A.C.* 475.

(2) *Vide ipsius Annal. Ecclesiast. Tom. III an.* 315 *à nũ.* 10 *usque ad num.* 18, *& an.* 324 *á num.* 41 *usque ad num.* 202, *ubi* Quæstionem de loco & tempore Baptismi Imp. Cōstantini Magni *expressè appellat* PERVETVSTAM, *& omnibus viribus conatur demonstrare, ipsum non esse baptizatum A.C.* 337 *in fine vitæ juxta* Nicomediam *ab* Eusebio Episcopo Nicomediensi, *sed* Romæ *à* S. Sylvestro I Papâ *A.C.* 324, *qui* S. Concilium Nicænum primum *proximè antecessit. Vide etiam ejusdem* Baronij *Notas ad* Martyrologij Romani *d.* 22 *Augusti, ubi agitur de* S. Timotheo Martyre, *& d.* 31 *Decembris, ubi agitur de* S. Sylvestro Papâ.

☞ I.

Imp. MICHAEL PALÆOL

sive *Senior*

ex *Tutore* Imp. *Joannis Lascaris* solenniter acclamatus est A. C.1260 Indictione IIdâ; *Constantinopolim*, à *Latinis* A.C. tam, recuperavit A. 1261 d. 25 Julij Indictione IVtâ; sole in Vrbem ejusdem anni 1261 d. 15 Augusti; excœcavit Pu Imp. *Joannem Lascarim* d. 25 Decembris ejusdem anni 1 Decembris. Vide R.P. *Petri Possini* S.J. Observationes in *Ge* Imperij *Michaelis Palæologi* lib. 3 cap. 4 § 2, 3, 4, & cap. 9 § 1

Tabula hæc pertinet ad Appendicem Libri quinti Commentariorum de Augustissimâ Bibliothecâ Cæsareâ Vindobonensi, & est inserenda inter pag. 408 & 409.

I

successit Patri in Imperio A C. 1282 d 11 Decembr Imperio dejectus est A.C. 1328, & invitus ad vitam vixit, summâq; rerum necessariarum inopiâ pressi *Bullialdi* Notas ad *Duca* Historiam Byzantinam pag

Collega Imperij à Patre assumptus est A.C. 1293, & Maij, quo à Græcis colitur memoria Imp. *Constant Possini* Observationes ad *Georgij Pachymeris* Historia

4.

ANNA, —— Im

Imp. *Andronici Junioris* Vxor secunda; de quâ vide *Georgij Phranzæ Protovestiarij* Chronicon lib. 1 cap. 12, pag. 56.

coronatus est & cum Avo su rij, Indictione VIIIvâ; abdic 15 Junij. Vide *Bullialdi* Nota

ZENVS

psius *Andronico IIdo* *ichi*, & primùm coà *Lazaro Patriarchâ* ccupavit A.C.1347 iij ab *Isidoro Patriarchâ Constãtinopolitano* ecundùm coronatꝰ t; deposito Impe- o Monasteriũ inest' est, assumpsitq; omẽ *Joasaphi Christi* e ipsius Imp. *Joanniam* Byzantinam & cap. 100 pag. g. 717 & 718, & e etiã *Bullialdi* No Byzantinam pag.

MANVEL PALÆOLOGVS

Imp. *Joannis Palæologi* Frater *natu minor*, cujus meminit Imp. *Joannes Cantacuzenus* Historiæ Byzantinæ lib. 2 cap. 40, pag. 339 editionis græco-latinæ Parisinæ, ubi in contextu græco pro Μανυήλ perperàm legitur Μιχαήλ, cùm tamen ibidem in versione latinâ rectè legatur *Manuel*; & lib. 3 cap. 31, pag. 451, ubi tàm in contextu græco, quàm in versione latinâ rectè legitur *Manuel*. Vide etiã *Georgij Phranzæ Protovestiarij* Chronicon lib. 1 cap. 12 pag. 56.

su tu vo Bu tit

successit Patri A.C.1391, & A. 1425 d. 21 edi

8.

Imp. JOANNES PALÆOLOG

à Patre suo *Michaele Imperator* declaratus, & Constantinopol solenniter coronatus est A C. 1419 d. 19 Januarij, eiq; defu d. 21 Julij; Concilio Oecumenico *Florentino* cum Patriarchâ A. C. 1439; obijt A. C 1449 d. 31 Octobris. Vide *Georgij* Chronicon lib. 1 cap. 38 pag. 99, & lib. 2 cap. 13 pag. 132

tantinopo- *ropolim* d. 12 *plis* à Turca *ca* primùm *rotovestiarij* pag. 194.

Illustrandæ *Imperatoriæ* istius *Familiæ Palæologicæ* causâ, quatenus notitia ejus his *Commentariorum* Libris potest inservire, subjungo hîc *Tabulam* aliquam *Chronologicam* simul & *Genealogicam*, singulari studio ac diligentiâ ex probatissimis coætaneis Autoribus collectam, & peculiari folio comprehensam, quæ è regione hujus paginæ collocata est, & notata hoc signo ☞.

ADDITAMENTUM V,

pertinens ad Libri *quarti* pag. 81, ubi agitur *de pervetusto Codice manuscripto membranaceo, inter Codices manuscriptos Theologicos Græcos centesimo vigesimo nono*, qui olim pertinuit ad *Monasterium Constantinopolitanum S. Joannis Prodromi* sive *Præcursoris Christi*, situm proximè *Cisternam Aetij*, & cognominatum *Petram*.

HUc pertinet notabile testimonium de simili quodam *antiquo Codice manuscripto Græco*, quod exstat apud *Martinum Crusium* libro secundo *Turco-Græciæ*, ubi in Annotationibus ad *Emanuelis Malaxi Peloponnesij Historiam Ecclesiasticam Constantinopolitanam*, pag. 190 & 191, sic scribit: *In Illustri Arcis Tybingensis Bibliothecâ Liber pulcherrimè in membranis descriptus exstat, continens aliquot Sanctorum Vitas per mensem Martium, Aprilem, Majum; unde &* Τρίτον Τρίμηνον *appellatur. Ibi in quodam margine infrà scriptum est,* τῶν Βλαχερνῶν. *Initio verò Libri & in fine:* Ἡ βίβλος αὕτη τῆς μονῆς τοῦ Προδρόμου, τοῦ κειμένης ἔγγιστα τοῦ Ἀετίου (1) ἀρχαίων δὲ τῇ μονῇ κλῆσις, Πέτρα. *Hujus loci explicationem Theobaldus Gerlachius d. 7 Martij A. 1578 Byzantio mihi perscripsit:* τὴν μονὴν τοῦ Προδρόμου *Constantinopoli satis amplum Monasterium fuisse, cujus Templum adhuc reliquum pulcherrimis picturis Imperatorum Græcorum & Sanctorum exornatum sit; hodie verò negari usui Græcorum propter Templum Turcicum vicinum; manere etiam Cellulas à Sanctimonialibus Græcis habitatas, quæ eleemosynâ Patriarchæ & reliquorum Græcorum alantur; in* Προπυλαίῳ *esse elegantes picturas* τοῦ Προδρόμου, *Eremitarum, Patrum Græcorum, & Christi aureæ sellæ insidentis; cum inscriptione* Πέτρα: *vicinum esse Templum* τῆς Ἀετίου (2) *exornatum vario marmore & picturis, (quibus singulis facies erasas esse, sicut & in reliquis Monasterijs ac Templis, quæ Turcica manus polluerit) hodieque Mahometano cultui addictum; hisce vicinum esse locum* τῶν Βλαχερνῶν *in angulo Sinûs Ceratini, Templis, Porticibus Regijs alijsque*

(1) Subaudiendū hic est Κινστέρνης sive Cisternæ.

(2) Subaudiendum hic non est, μονῆς, sed κινστέρνης

Ædificijs olim illustrem, nunc casis Græcorum paucorúmq; Turcarum deformatum, eiq; imminere Palatium Constantini, à paucis mancipijs habitatum. Ἡ Ἀετίου, *scilicet* μονὴ; *quia ab Aetio quodam ædificata.* Hucusque Martinus Crusius. Errat autem is ibi, dum in fine ait, *Monasterium* illud *Prodromi* sive *S. Joannis Baptistæ* ab *Aetio fundatore suo* fuisse cognominatum *Aetij*. Ipsum enim *Monasterium* non fuit appellatum *Aetij*, sed *Cisterna*, quæ *Monasterio* huic fuit proxima; ut Libri *quarti* horum Commentariorum pagina 81 in margine jam demonstratum est.

ADDITAMENTVM VI,

pertinens ad Libri *quarti* pag. 97, 98, 99 & 100, ubi exstat *Testamentum Sanctorum Quadraginta Martyrum Sebastenorum*, sed tantùm *græcè*.

Cùm proximè superiori anno 1671 *Quartum* horum Commentariorum Librum S. CÆS. MAIESTATI demississimè obtulissem, & IPSA, eo perlecto, haud multo post pro singulari Suo erga Antiquitates Ecclesiasticas affectu mihi iterùm ad Se accersito clementissimè indicasset, cupidum Se esse sciendi, quid *Testamento Sanctorum Quadraginta Martyrum Sebastenorum*, quod jam memorato Libro *quarto græcè* tantùm inserui, contineretur, implevi sine morâ pijssimum illud desiderium extemporali istius Testamenti *Translatione latinâ*; quam tunc quidem S. CÆS. MAIESTATI debitâ obsequij promptitudine privatim exhibui, nunc autem utilitatis communis causâ etiam publicè hìc exhibeo.

TESTAMENTVM SANCTORVM CHRISTI QVADRAGINTA MARTYRVM.

Meletius & Aetius & Eutychius, (1) *vincti Christi, cujusq; Vrbis & Regionis sanctis Episcopis, Presbyteris, Diaconis, Confessoribus, & reliquis Ecclesiasticis in Christo salutem. Cùm per DEI gratiam & communes omnium preces propositum nobis certamen absolverimus, & ad superna vocationis pervenerimus brabea, tunc etiam hanc nostram voluntatem ratam esse volumus; ut videlicet reliquiæ nostræ transferantur ad Presbyterum & Patrem nostrum Proidum, & ad fratres nostros Crispinum & Gordium cum studiosâ suâ plebe; simul & ad Cyrillum & Marcum & Sapricium Ammonij, qui eas deponant sub*

(1) *Vide Epistolam S. Pauli ad Philemonem in principio.*

sub Vrbe (1) *Zelis in loco dicto Sarein, ut licet omnes ex diversis simus locis, uno tamen & eodem loco consequamur requiem. Quandoquidem enim commune subijmus certamen, communem etiam sortiamur in jam memorato loco depositionem. Hæc igitur & Spiritui Sancto ita visa sunt, & nobis quoq; placuerunt. Quamobrem nos Aetius & Eutychius cum cæteris, qui nobiscum sunt, nostris in Christo fratribus, hortamur dominos nostros parentes & fratres, ne propter nos doleant, & turbentur, sed fraternæ communionis nostræ servent præscriptum, ut magnum obedientiæ ac compassionis fructum à communi Patre nostro consequantur. Præterea etiam rogamus, ne quis post nostram in camino consumptionem ex reliquijs nostris inde sublatis separatim sibi aliquid vendicet, sed unusquisq; curam gerat, ut reliquiarum ex camino collectarum congregatio suprà memoratis tradatur, ita ut quilibet vestrûm diligentiæ suæ monstret effectum, & pro sinceritate suæ benevolentiæ ac labore compassionis debitum nanciscatur lucrum; quemadmodum Maria ad sepulcrum Christi festinans, & ante omnes Dominum conspiciens, prima quoq; benedictionis accepit gratiam. Si quis autem huic voluntati nostræ adversabitur, divinâ carebit mercede, & omnis inobedientiæ reus erit, utpote qui improbâ voluntate justitiam violans, nos quantum in ipso est, violenter separabit, quos sanctus Servator per propriam gratiam fide conjunxit. Si etiam puer Eunoicus benigno Dei annutu ad eundem certaminis finem pervenerit, eandem quoq; cum nobis dignetur habere mansionem. Si autem servabitur illæsus, & adhuc amplius in Mundo tentabitur, jubemus illum cum libertate vacare martyrio; simul etiam eundem hortamur ad servandum præcepta Christi; ut in magno Resurrectionis die eâdem cum nobis fruatur voluptate, quoniam & in Mundo easdem cum nobis sustinuit afflictiones. Benevolentia enim erga fratrem justitiam Dei respicit; duritia autem erga eos, qui sunt ejusdem generis, mandatum Dei conculcat. Scriptum enim est,* (1) *quod, qui injustitiam diligit, odit animam suam. Hinc igitur rogo vos, frater Crispine,* (2) *& admoneo, ut alienetis vos ab omni mundanâ voluptate & fallaciâ. Inconstans enim & minimè solida est omnis gloria Mundi; quippe quæ exiguo tempore floret, & contrà foeni instar arescit, principio citius finem accipiens. Accurite ergò potius Deo, qui indeficientes ad se properantibus largitur divitias, & ijs, qui in se credunt, vitæ æternæ rependit præmium. Opportunum hoc est tempus ijs, qui cupiunt servari; utpote quod & abundantem terminum poenitentiæ, & inexecusabile exercitium bonæ vitæ ijs præbet, qui futuræ felicitatis absq; procrastinatione studiosi sunt. In-*

(1) Ζῆλα, *Vrbs* Cappadociæ, *cujus mentio exstat apud* Cæsarē, Pliniū, Plutarchū, Ptolemæum *&* Dionem Cassium. *Huc etiam pertinet* Ζηλῆτις *regio, cujus* Strabo *meminit.*

(2) *Proverb Salomon. cap. 29 vers.* 24: Qui cum fure participat, odit animam suam.

(3) *Videtur hic deesse nomen* Gordij, *qui suprà itidem appellatur* frater, *& cum eodem* Crispino *conjungitur.*

prævisibilis enim est mutatio hujus vitæ; quod si cognitum habes, vide, ut rectè eâ utaris ad ostendendam veram pietatem, & deletis hoc modo præteritis peccatis, recipias debiti tui chirographum. Vti enim te invenio, inquit Dominus, ita etiam te judico. Studete igitur inveniri in præceptis Christi, ut effugiatis æternum ignem. Quòd enim tempus sit contractum, jam diu ipsa clamat divina vox. Charitatem igitur præ omnibus colite. Hæc enim sola colit justitiam, lege fraternitatis Deo obediens; quia per fratrem visibilem Deus honoratur invisibilis. Quæ verba licet propriè ad uterinos fratres pertineant, sensus tamen eorum ad omnes Christi amantes pertinet. Sanctus enim Servator noster appellavit fratres, non eos, qui naturali cognatione sunt conjuncti, sed eos, qui bonis operibus per fidem connexi sunt. Salutamus Dominum Presbyterum Philippum, & Proclianum, & Diogenem unà cum sanctâ Ecclesiâ. Salutamus Dominum Proclianum in loco dicto Phydela unà cum sanctâ Ecclesiâ & cum suis Salutamus Maximum cum Ecclesiâ, & Magnum cum Ecclesiâ. Salutamus Domnum cum suis, & Ilen patrem nostrū, & Valentem cum Ecclesiâ. Saluto & ego Meletius cognatos meos Lutanium, Crispum & Gordium cum suis, & Elpidium cum suis, & Hyperchium cum suis. Salutamus etiam eos, qui sunt in loco Sarein; nempe Presbyterum cum suis, Diaconos cum suis, Maximum cum suis, Hesychium cum suis, & Cyriacum cum suis. Salutamus eos, qui sunt in loco dicto Chaduthb, & quidem omnes nominatim. Salutamus eos, qui sunt in Charisphone, & quidem omnes nominatim. Saluto & ego Meletius cognatos meos Marcum & Aquilinam, & Presbyterum Claudium, & fratres meos Marcum, Tryphonem, Gordium, Crispum, & sorores meas, & uxorem meam Domnam cum puerulo. Saluto & ego Eutychius eos, qui sunt Ximaris; matrem nempe meam Juliam, & fratres meos Cyrillum & Cyrillam, Rufum & Regulum, & sponsam meam Basiliam, & Diaconos Claudium & Rufinum & Proclum. Salutamus etiam ministros Dei Sapricium, Ammonium & Genesium; & Sosannam cum suis. Salutamus omnes vos Domini nostri fratres & concaptivi omnes Meletius, Aetius, Eutychius, Cyrion, Candidus, Angias, Cajus, Cludion, Heraclius, Joannes, Theophilus, Sisinius, Smaragdus, Philoctemon, Gorgonius, Cyrillus, Severianus, Theodulus, Nicallus, Flavius, Xanthius, Valerius, Hesychius, Dometianus, Domnus, Elianus, Leontius aliàs etiam dictus Theoctistus, Eunoicus, Valens, Acacius, Alexander, Bicracius aliàs etiam dictus Bibianus, Priscus, Sacerdon, Ecdicius, Athanasius, Lysimachus, Claudius, Iles, Melito. Nos vincti Christi Jesu subscripsimus propriâ manu unius

ex

ex nobis Meletij, & confirmavimus omnia, quæ scripta sunt, & placuerunt ea nobis omnibus. Ex animâ & Spiritu Sancto precamur Amen.

Hucusq; *Translatio mea latina Testamenti Sanctorum Quadraginta Martyrum Sebastenorum.* Quantâ autem clementiâ & æquanimitate CÆSAR illam susceperit, abundè apparet ex benignissimo *Sacræ Manûs Rescripto,* quod, tanquam gloriosissimum Eruditionis & Philomathiæ Imperatoriæ Specimen, ad sempiternam posteritatis memoriam hîc subjungo integrum.

Chare Lambeci, libentissimè legi Testamentum Quadraginta Martyrum, quod reverà eruditè è græco in latinum versum est. Remitto tibi illud hisce, sicut & Libros novos Batavi Bibliopolæ; ex quibus solùm tres retinui, quia omnes legere non est possibile. Etiam remitto Libros de Torneamentis; & duo, qui remanent, brevi sequentur. Mitto insuper duos alios Libros aliunde acceptos; quorum loco velim ut Mihi mittas illum Librum Hispanum, in quo describitur Iter Philippi IIdi in Belgium, vivente adhuc Patre suo Carolo Vto. Vale, & de Meâ Cæsareâ Gratiâ semper securus vive. Dabam d. IX Novembris A. cIↃ IↃc LXXI

Leopoldus.

ADDITAMENTVM VII,

pertinens ad Libri *quarti* pag. 139 & 143, ubi agitur *de Abbatis Ammonij* seu *Ammonæ Capitibus asceticis.*

AMmonij hujus seu *Ammonæ Capita ascetica novendecim* exstant inter Opera *S. Ephræmi Syri,* à *Gerardo Vossio* Præposito Tungrensi latinè in folio edita, editionis Coloniensis Quentelianæ anni 1603. pag. 499, incipitq; ibi Latina illorum Capitum Translatio his verbis: *Observa teipsum diligenter Charissime,* &c.

ADDITAMENTVM VIII,

pertinens ad Libri *quarti* pag. 326, ubi fit mentio *futuri alicujus Incrementi Codicum manuscriptorum Græcorum Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ.*

QUia in Appendice Libri *quarti* horum Commentariorum, & quidem pag. 326, obiter indicavi, proximè superiori anno 1671 ad S. CÆS. MAIESTATEM ab IPSIVS apud Serenissimam Rempublicam Venetam Residente, Illustrissimo & Reverendissimo

Domino *Abbate Dominico Federici*, *Catalogum nonnullorum Codicum manuscriptorum venalium* fuisse transmissum, simul etiam ibidem promisi, me de jam memoratis *Codicibus manuscriptis Græcis*, si benignissimâ S. CÆS. MAIESTATIS liberalitate in *Augustissimam Bibliothecam Cæsaream* pervenirent, aliàs accuratiùs esse acturum, propterea, si non omnino, saltem aliquâ ex parte exspectationi tuæ, Benigne Lector, hìc satisfacio, &, quantum per angustias temporis in præsens fieri potest, brevissimè significo, tantum S. CÆS. MAIESTATIS erga antiquam Eruditionem Græcam fuisse affectum, ut suprà memoratos *Codices manuscriptos Græcos*, licet non plures quàm *viginti* & *unus* fuerint, *nongentis* tamen *& quinquaginta florenis Rhenanis* emerit, & hâc verè Imperatoriâ liberalitate *Augustissimam Bibliothecam* suam non mediocriter auxerit. Pertinuerunt illi olim ad V. CL. *Sebastianum Ericium*; quâ de re vide plura Libri hujus *quinti* pag. 295, 296, 297 & 298, ubi succinctè recensui, quid contineatur *eorundem Codicum tribus prioribus*, qui ad *Classem Theologicam* pertinent. Reliqui autem *octodecim Codices* sunt partim *Historici*, partim *Philosophici*, partim *Philologici*; utpote quibus præcipuè continentur:

Excerpta ex *Polybij Megalopolitani* Libris Historiarum deperditis;

Procli Diadochi Platonici in (1) *Parmenidem Platonis* Commentariorum Libri septem;

Hermiæ Philosophi Commentariorum in *Phædrum Platonis* Libri tres;

Procli Diadochi Platonici de Theologiâ secundùm *Platonem* Libri sex;

Ejusdem *Procli* Institutio Theologica, in Capita ducenta undecim divisa;

Plotini, Philosophi Platonici celeberrimi, Opuscula quædam;

Synesij Episcopi Cyrenæi *Dion*, sive de Vitæ ipsius Instituto Liber contra humaniorum literarum contemptores;

Ejusdem *Synesij* de Providentiâ Libri duo;

Ejusdem *Synesij* Liber de Regno, sive, Oratio ad *Imp. Arcadium* de Imperio benè administrando;

Olympiodori Commentarij in *Platonis Alcibiadem primum*, *Phædonem* & *Philebum*;

Hermiæ Philosophi Christiani Διασυρμὸς τῶν ἔξω φιλοσόφων, sive, Irrisio Philosophorum gentilium;

Olympiodori Commentarius in *Platonis Gorgiam*;

(1) *Iidem Commentarij extant in Augustissimâ Bibliothecâ Cæsareâ* latinè *in Codice manuscripto inter Codices MStos Philosophicos & Philologicos Latinos olim* ducentesimo sexagesimo septimo.

Joannis

Joannis Pediasimi, Chartophylacis primæ Justinianeæ & universæ Bulgariæ, Expositio in *Theocriti* Syringam;

Constantini Harmenopuli Lexicon polyonymum;

Libanij Sophistæ Declamatio quædā cum antiquis græcis *Scholijs*;

Procli Diadochi Platonici Institutionis Physicæ Libri duo;

Aristotelis Ethica ad *Nicomachum* cum antiquis græcis *Scholijs*;

Aristotelis Liber de Virtutibus;

Michaelis Pselli Liber de Animâ, & *ejusdem* Libellus de Differentiâ proprijssimâ sive specificâ;

(1) *Joannis Itali*, Principis Philosophorum, Responsa ad nonaginta tres Quæstiones Philosophicas miscellaneas;

Ejusdem *Joannis Itali* Commentarij in Librum secundum, tertium & quartum Topicorum *Aristotelis*;

Ejusdem *Joannis Itali* Libellus de Dialecticâ, & *ejusdem* Methodus synoptica Rhetoricæ;

Imp. (2) *Manuelis Palæologi* Capita centum parænetica sive commonitoria ad filium suum Imp. *Joannem Palæologum*; *ejusdem* Orationes septem ethico-politicæ ad eundem; *ejusdem* Oratio ad Deum cum Confessione & Gratiarum actione; *ejusdem* Dialogus cum matre suâ de Nuptijs; ejusdem (3) Oratio funebris in fratrem suum (3) *Theodorum Palæologum*, cum præfixâ *Georgij Gemisti Plethonis* Protheoriâ, & *Joasaphi Hieromonachi* Judicio de Charactere ejusdem Orationis;

Matthæi Chrysocephali & *Demetrij Magistri* Carmina duo in ejusdem Despotæ *Theodori Palæologi* obitum;

Anonymi cujusdam Autoris Liber de Apparatibus bellicis;

Aristidis Quintiliani de Musicâ Libri tres;

Jamblichi Chalcidensis ex Coele-Syriâ Libri (4) quatuor de Sectâ *Pythagoricâ*, quorum Titulum generalem multas ob causas hic exhibeo integrum: Ἰαμβλίχου Χαλκιδέως λόγοι περὶ τῆς Πυθαγορικῆς αἱρέσεως. πρῶτος, περὶ τοῦ Πυθαγορικοῦ βίου· δεύτερος, προτρεπτικὸς εἰς φιλοσοφίαν· τρίτος, περὶ τῆς κοινῆς μαθηματικῆς ἐπιστήμης· τέταρτος, περὶ τῆς Νικομάχου ἀριθμητικῆς εἰσαγωγῆς, ἥτις περιέχει καὶ περὶ ἀριθμητικῆς ἐπιστήμης, καὶ περὶ γεωμετρίας, καὶ περὶ μουσικῆς τῆς περὶ Πυθαγορείοις. Hoc est: *Jamblichi Chalcidensis Libri tres de Pythagoricâ Sectâ; quorum primo agitur de Pythagoricâ vitâ; se-*

cundo

(1) *Vide Appendicē Libri IV horū Commentar. pag. 322, 323, 324, 325, & 326.*

(2) *Vide Lib. IV horum Commentar. pag 207 & 247. & suprà Appendicē hujus Libri quinti pag. 408.*

(3) *Oratio hæc est valdè prolixa, & ferè tota historica, ideoq; Historiam illorū temporum plurimùm potest illustrare ac supplere.*

(4) *Meminit ejus* Ducas *Historiæ Byzantinæ cap. 12.*

(5) Duos *priores horum* quatuor *Librorum primus græcè & latinè edidit* Joannes Arcerius Frisius *Heidelbergæ typis Commelinianis A. 1598 in 4to, sed valdè mendosè & infeliciter.*

cundo continetur Exhortatio ad Philosophiam; tertio agitur de communi Mathematicâ scientiâ; quarto agitur de Nicomachi Arithmeticâ Introductione, quæ & scientiam Arithmeticam, & Geometriam, & Musicam Pythagoricam complectitur.

Aristotelis Liber de indivisibilibus lineis;

Julij Pollucis Lexicon græcum cum Præfatione ad *Imp. Commodum*;

Zenobij Epitome Proverbiorum *Tarrhæi* & *Didymi* ordine alphabetico;

Phaleridis Agrigentinorum Tyranni Epistolæ;

Mithridatis Ponti & Bithyniæ Regis epistola ad *Mithridatem* consobrinum suum;

Bruti Epistolæ, à *Mithridate* Rege collectæ;

Alciphronis Rhetoris Epistolæ piscatoriæ;

Pindari Thebani, Lyricorum Poetarum Principis, Olympia;

Musæi Poema de *Herone* & *Leandro*;

Callimachi Cyrenæi Hymni;

Aristophanis Comoediæ duæ, *Plutus* & *Nubes* inscriptæ, cum antiquis græcis *Scholijs*;

(1) *Agapeti*, Diaconi Magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ, Liber ad *Imp. Justinianum Magnum* de Imperio benè administrando, cum antiquis græcis *Scholijs*;

(1) *Vide suprà pag. 369.*

S. Gregorij Nazianzeni Sententiæ parænneticæ;

(2) *Menandri* Comici Sententiæ monostichæ ordine alphabetico;

(2) *Vide suprà pag. 376.*

Phocylidis Poema parænneticum;

Cebetis Thebani, Philosophi Platonici, Tabula, vitæ humanæ prudenter instituendæ rationem continens;

Herodiani Grammatici Observatio de Notis numerorum apud Græcos;

Joannis Tzetzæ Allegoriæ in *Homeri* Iliadem;

Aristotelis Epigramma de miserijs vitæ humanæ, quod ab alijs (3) *Heraclito Ephesio*, ab alijs *Posidippo*, ab alijs *Crateti Cynico* attribuitur;

(3) *Vide suprà Lib. V horum Commentar. pag. 153 & 154.*

Metrodori Epigramma de Vitâ humanâ, proximè præcedenti Epigrammati oppositum, quod exstat in Anthologio Græcorum Epigrammatum lib. 1 cap. 13;

Herodiani Opusculum grammaticum de Dialectis Linguæ græcæ;

Anoymi cujusdam Autoris Opusculum de Metris Poeticis;

Georgij

Georgij Chœrobosci Opusculum de Tropis Poeticis;

Anonymi cujusdam antiqui Autoris Erotemata Institutionum Linguæ Græcæ;

Alterius cujusdam *Anonymi* Autoris Institutiones Linguæ Græcæ;

Homeri Batrachomyomachia cum antiquis græcis Scholijs.

De *reliquis* igitur illis *octodecim Codicibus manuscriptis Græcis*, quorum *contenta* in præsens summatim & quàm brevissimè indigitavi, uberiùs, volente Deo, & accuratiùs posthac agam in sequentibus horum *Commentariorum* Libris, cùm ad locum unicuiq; eorum peculiariter debitum ordine pervenero.

ADDITAMENTVM IX,

pertinens ad Libri *quinti* pag. 6, ubi fit mentio *Octoechi S. Joannis Damasceni cum Commentario amplissimo Joannis Zonaræ.*

ETsi *antiquus Titulus* istius *Commentarij* adeò evanuerit, ut prorsùs sit illegibilis, superest tamen ibi *recentior* hæc manu *Marci Mamunæ Cretensis* exarata *Inscriptio:* Ἰωάννου Δαμασκηνοῦ ἡ Ὀκτώηχος, ἤγουν Ὕμνοι εἰς τὴν Ἀνάστασιν, καὶ Ἐξήγησις εἰς αὐτὴν πάνυ ὡραία. Hoc est: *Joannis Damasceni Octoechus, sive Hymni in Resurrectionem Christi, cum Expositione valdè pulchrâ.*

ADDITAMENTVM X,

pertinens ad Libri *quinti* pag. 24, ubi agitur *de Eusebij Episcopi Alexandrini Oratione de Memoriâ Sanctorum.*

IN margine post verba illa, *Vide suprà num. 15*, adde hæc: *& Magnæ Bibliothecæ Veterum Patrum græco-latinæ Parisinæ Tomum XVtum pag.* 826 *&* 827, *ubi eadem Oratio exstat tantùm latinè, atq; incipit his verbis: Quâdam die Sanctorum in Vrbe commemorationes celebrabantur* &c.

ADDITAMENTVM XI,

pertinens ad Libri *quinti* pag. 48, 49, 118, & 359 ubi fit mentio *Leonis Rhaul* & *Georgij Rhaul.*

IN verbis Λέοντος τοῦ τοῦ Ῥαοὺλ, quæ exstant Libri hujus quinti pag. 48 & 49, utrobique subaudienda est vox γένους, ita ut integra sit

lectio, Λέοντος τοῦ τοῦ γένους Ῥαοὺλ, hoc est, *Leonis de genere Rhaul.* Eandem enim loquendi formulam reperi apud *Ducam* Historiæ Byzantinæ cap 5, pag. 9 editionis græco-latinæ Parisinæ, ubi legitur, εἷς τῶν προὐχόντων ἐκ γένους Ῥαοὺλ, hoc est, *unus oriundorum ex genere Rhaul.* Ad quem locum doctissimus *Ismael Bullialdus* pag. 218 hæc annotat: *Vnde genus duxerit Rhaulus ille, non mihi constat. Cujusdam ejusdem nominis mentionem facit Gregoras lib. 6 duobus in locis, qui à Muzalone relictam Theodoram, Michaelis Imperatoris ex ejus sorore Eulogiâ neptem, uxorem duxit:* γυνὴ δευτερότερον τοῦ Μουζάλωνος τοῦ Πρωτοβεστιαρίου, ὕστερον καὶ τοῦ Ῥαοὺλ, Πρωτοβεστιαρίου καὶ αὐτοῦ γενομένου· *Et infrà refert Constantinum Porphyrogenitum Rhauli filiam uxorem duxisse. Phranzes lib. 3 cap. 23 & 25 Georgij Rhauli, Viri nobilitate generis eximij, meminit; qui num ex eâdem gente ortus fuerit non mihi constat.* Hæc (1) *Bullialdus.* Quibus illustrandis inserviunt, quæ Libri hujus *quinti* pag. 118 & 359 memorantur de *Georgio Rhaul* ejusque filio *Michaele* ante patrem defuncto. Advertendum tamen ibi est, paginâ 118 pro Ῥαοὺλ sive *Rhaul* ter mendosè legi Ῥαὲλ sive *Rhael.*

(1) *Vide etiam ibidē ejusdem* Bullialdi *Notas ad* Chronicon breve *pag.* 279.

ADDITAMENTVM XII,

pertinens ad Libri *quinti* pag. 297, ubi fit mentio *Narrationis Africani de ijs, quæ per Incarnationem Christi contigerunt in Perside.*

EIusdem *Narrationis* fit mentio in *Catalogo Codicum manuscriptorum Græcorum Inclytæ Bibliothecæ Electoralis Bavaricæ,* Ingolstadij typis Adami Sartorij A. 1602 impresso in quarto, pag. 35 in recensione Codicis *nonagesimi quarti* his verbis: *Expositio AFRICANI Rerum in Perside gestarum tempore nativitatis Christi.*

ADDITAMENTVM XIII,

pertinens ad Libri *quinti* pag. 299, ubi obiter fit mentio *Librorum Sinicorum Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ.*

INter varia rarissima *Rei literariæ* & *pictoriæ Sinensis* monumenta, quæ in *Augustissimâ Bibliothecâ Cæsareâ* adservantur, spectatu & consideratu digna in primis sunt ea, quæ hoc ipso anno 1672 ad S. CÆS. MAIESTATEM à R. P. *Prospero Intorcettâ, Procuratore Sinicæ Missionis Societatis Jesu,* transmissa sunt. Nempe

Imo,

Imò, Tabula ex octo philyris subtilissimæ chartæ Sinensis coagmentata, longitudinem habens septem ulnarum, latitudinem autem duarum ulnarum cum dimidiâ, quâ continetur *Iconismus utriusque Hemisphærij Cœlestis* cum adjunctis *characteribus Sinicis*:

IIdò, Tabula ex sex philyris subtilissimæ chartæ Sinensis coagmentata, longitudinem habens quinq; ulnarum cum dimidiâ, latitudinem autem duarum ulnarum cum dimidiâ, quâ continetur *Iconismus totius Orbis terrarum*, varijs coloribus eleganter illuminatus & distinctus, cum adjunctis *characteribus Sinicis*:

IIItiò, *Vita Christi*, in subtilissimâ chartâ Sinensi *Imaginibus Sinicis* expressa, & adjunctâ explicatione *Sinicâ* illustrata:

IVtò, *Confucij*, Principis Philosophiæ Sinensis, *Scientia Politico-Moralis*, Sinicis impressa characteribus, cum adjunctâ *latinâ pronunciatione singulorum characterum* & *Versione singulorum verborum literali*, à suprà memorato *R.P Prospero Intorcettâ Siculo, Procuratore Sinicæ Missionis Societatis Jesu*, in lucem edita *Goæ* A. 1669 infolio.

Vtò, *Quatuor* magnæ Tabulæ ex subtilissimâ chartâ Sinensi, quibus continentur *Imagines variarum avium Sinicarum*, vivis coloribus elegantissimè depictarum.

ADDITAMENTUM XIV,

pertinens ad Libri *quinti* pag. 300, ubi fit mentio *ter mille Numismatum veterum*, quæ adservantur in *Augustissimâ Bibliothecâ Cæsareâ*.

INter antiqua illa *ter mille numismata Augustissimæ Bibliothecæ Cæsareæ*, Libro *quinto* horum Commentariorum paginâ trecentesimâ obiter memorata, præcipuum obtinent locum ea *bis mille & ducenta sedecim*, quæ olim pertinuerunt ad V. CL. *Thomam Lansium*, & hoc ipso anno 1672 à S. CÆS. MAIESTATE *mille & octingentis florenis*, sive *mille & ducentis Imperialibus*, per me empta sunt: nempe *aurea viginti quatuor, argentea mille & centum, ærea mille nonaginta duo*; de quibus omnibus suo deinceps tempore & loco in hisce *Commentarijs* accuratiùs agetur. Ut interim tamen præstantia tùm eximij *Thesauri Rei nummariæ antiquæ* etiam externo aliquo testimonio confirmetur, subjungo hîc insignem de eo locum, qui exstat in Viri doctissimi atq; celeberrimi *Wilhelmi Schikardi* Procemio in *Tarich* sive *Seriem Regum Persiæ* pag. 33 & 34, ubi de *Moyse* Prophetâ & Legislatore Hebræorum disseritur, his verbis: *Mosen crine rufum credunt Musulmanni & crispum, quod in cœlesti visione talis*

apparuerit Muhammedi eorum; ut refert Rodericus Ximenez Archiepiscopus Toletanus cap. 5 Historiæ Arabicæ. Qualis etiam effectus est in (1) *NVMMO, quem asservat noster THOMAS LANSIVS, rarâ ejusmodi supellectilis copiâ non minùs felix, quàm est beatus penitiori talium, ut & omnis eruditæ antiquitatis cognitione. Vnde bonâ pace Dn. Possessoris ego schema præsens transtuli, & rudi quidem manu, sed quâ potui fide, (pro spectatore curioso) expressi; ut neq; literarum figuras, ubi vetustate vitium fecere, quicquam immutaverim, quas tamen è textu Exodi cap. 20 v. 3 restituere fuisset facillimum. Æneus est, hujus præcisæ quantitatis, quam assignavi, pendetq; unciam cum sextante, aut paulo plus. Quamvis autem non adeò sim absurdus, ut credam ab ipso Mose, vel ejus jussu à Bezaleele cusum, nil tamen dubito, quin sit antiquissimus, & ab illius gentis artifice quodam formatus, cui per Cabalam plus de Mosis personâ constare potuit, quàm nobis, tempore multò posterioribus; quemadmodum etiam inter Romana Numismata reperiuntur hodiè, quæ privata tantùm & honoraria fuerunt, nec unquam usualis monetæ vices publicè perfuncta.* Hæc doctissimus *Schikardus* de *Lansiano* illo *veterum Numismatum Thesauro*, qui, ut suprà memoravi, nunc adservatur in *Augustissimâ Bibliothecâ Cæsareâ*.

(1) *Vide etiam Librũ secundum* Historiæ *meæ* Literariæ *cap.* 1 § 2.

APPENDICIS LIBRI QVINTI
COMMENTARIORVM DE AVGVSTISSIMA BIBLIOTHECA
CÆSAREA VINDOBONENSI
FINIS.

APPEN-

APPENDICIS LIBRI QVINTI COMMENTARIORVM DE AVGVSTISSIMA BIBLIOTHECA CÆSAREA INDEX.

A.

B.

C.

COLLATIO NOVI ET ANTIQVI NVMERI CODICVM MANVSCRIPTORVM THEOLOGICORVM GRÆCORVM A' CODICE DVCENTESIMO PRIMO VSQVE AD TRECENTESIMVM TRIGESIMVM SEXTVM, DE QVIBVS QVINTO HOC COMMENTARIORVM LIBRO SECVNDVM PRÆSENTEM COLLOCATIONIS EORVM ORDINEM SINGVLATIM ACTVM EST.

Numerus *novus:*	Numerus *antiquus:*	Numerus *novus:*	Numerus *antiquus:*
201	258.	230	sine numero.
202	315.	231	sine numero.
203	sine numero.	232	sine numero.
204	69.	233	sine numero.
205	253.	234	316.
206	153.	235	286.
207	314.	236	255.
208	306.	237	82.
209	170.	238	181.
210	81.	239	72.
211	sine numero.	240	197.
212	sine numero.	241	214.
213	312.	242	84.
214	172.	243	sine numero.
215	77.	244	209.
216	223.	245	sine numero.
217	53.	246	268.
218	sine numero.	247	83.
219	105.	248	276.
220	207.	249	265.
221	206.	250	103.
222	44.	251	64.
223	319.	252	sine numero.
224	sine numero.	253	300.
225	109.	254	85.
226	110.	255	339.
227	257.	256	163.
228	224.	257	204.
229	102.	258	194.

Numerus novus:	Numerus antiquus:	Numerus novus:	Numerus antiquus:
259 - - -	321.	297 - -	Philolog. 73.
260 - - -	195.	298 - -	Philolog. 266.
261 - - -	262.	299 - - -	141.
262 - - -	187.	300 - - -	142.
263 - - -	108.	301 - - -	283.
264 - - -	203.	302 - - -	284,
265 - - -	289.	303 - - -	139.
266 - - -	155.	304 - - -	143.
267 - - -	337.	305 - - -	305.
268 - - -	307.	306 - - -	sine numero.
269 - - -	104.	307 - - -	140.
270 - - -	115.	308 - - -	160.
271 - - -	sine numero.	309 - - -	159.
272 - - -	149.	310 - - -	152.
273 - - -	sine numero.	311 - - -	145.
274 - - -	266.	312 - - -	158.
275 - - -	114.	313 - - -	317.
276 - - -	173.	314 - - -	309.
277 - - -	166.	315 - - -	138.
278 - - -	sine numero.	316 - - -	147.
279 - - -	sine numero.	317 - - -	326.
280 - - -	234.	318 - - -	308.
281 - - -	302.	319 - - -	161.
282 - - -	sine numero.	320 - - -	118.
283 - - -	sine numero.	321 - - -	171.
284 - - -	sine numero.	322 - - -	162.
285 - - -	237.	323 - - -	311.
286 - - -	322.	324 - - -	sine numero.
287 - - -	236.	325 - - -	sine numero.
288 - - -	201.	326 - - -	144.
289 - - -	198.	327 - - -	178.
290 - -	Philolog. 145.	328 - - -	148.
291 - -	Philolog. 79.	329 - - -	211.
292 - -	Philolog. 68.	330 - - -	sine numero.
293 - -	Philosoph. 52.	331 - - -	sine numero.
294 - -	Philosoph. 63.	332 - - -	265.
295 - -	Philosoph. 70.	333 - - -	sine numero.
296 - -	Philolog. 123.	334 - - -	sine numero.

Nume-

Numerus *novus:*	Numerus *antiquus:*	Numerus *novus:*	Numerus *antiquus:*
335 - - -	fine numero.	336 - - -	fine numero.

Ex jam enumeratis
Codicibus manuscriptis Theologicis Græcis
sunt
Membranacei viginti septem:

nempe secundùm Numerum *novum* 203^tius, 219, 225, 238, 239, 241, 247, 248, 251, 252, 284, 290, 299, 300, 301, 302, 303, 304, 305, 309, 310, 315, 318, 319, 326, 330, 331.

Chartacei autem *centum & novem:*

nempe secundùm Numerum *novum* 201^mum, 202, 204, 205, 206, 207, 208, 209, 210, 211, 212, 213, 214, 215, 216, 217, 218, 220, 221, 222, 223, 224, 226, 227, 228, 229, 230, 231, 232, 233, 234, 235, 236, 237, 240, 242, 243, 244, 245, 246, 249, 250, 253, 254, 255, 256, 257, 258, 259, 260, 261, 262, 263, 264, 265, 266, 267, 268, 269, 270, 271, 272, 273, 274, 275, 276, 277, 278, 279, 280, 281, 282, 283, 285, 286, 287, 288, 289, 291, 292, 293, 294, 295, 296, 297, 298, 306, 307, 308, 311, 312, 313, 314, 316, 317, 320, 321, 322, 323, 324, 325, 327, 328, 329, 332, 333, 334, 335, 336.

ERRATA RESIDVA

Libri *Primi* Commentariorum de *Augustissimâ Bibliothecâ Cæsareâ Vindobonensi* præter ea, quæ jam in fine Libri *Secundi, Tertij* & *Quarti* notata sunt.

Pag. 6 vers. 35 pro *Ferdinandi I* lege *Ferdinandi III.* Pag. 107 vers. 29 pro ἃ πόλεις lege ἅπερ ἐστι. Ibidem vers. 34 pro περιπλέουσι lege περιπλέουσι. Pag. 149 vers. 5 pro *Euchaitarum* lege *Euchaitorum.*

ERRATA RESIDVA

Libri *Tertij* Commentariorum de *Augustissimâ Bibliothecâ Cæsareâ Vindobonensi* præter ea, quæ jam in fine ipsius Libri *Tertij*, ut & Libri *Quinti*, notata sunt.

Pag. 39 vers. 34 inter πρώτη & καὶ deest ἦχος. Pag. 149 vers. 27 pro Σιχηρὸν lege Στιχηρὸν. Pag. 176 vers. 8 pro κατ' ἱστορίαν scribe καθ' ἱστορίαν. Pag. 274 vers. 18 pro 889 lege 886. Similiter etiam pag. 276 vers. 7 pro 889 lege 886.

ERRA-

ERRATA RESIDUA

Libri *Quarti* Commentariorum de *Augustissimâ Bibliothecâ Cæsareâ Vindobonensi* præter ea, quæ jam in fine ipsius Libri *Quarti* notata sunt.

Pag. 56 vers. 17 & 18 in margine pro *A. 1347 & A. 1384* lege *A. 1341 & A. 1391*. Pag. 134 vers. 30 in margine post vocem *Parisina* adde *columnâ 827 & deinceps usq. ad col. 846*. Pag. 146 vers. 14 pro *Presbyteri Antiocheni* lege *Abbatis & Anachoretæ*. Pag. 152 vers. 28 pro Ὁ lege Ὅτι. Pag. 161 vers. 24 pro πεπαιδευμένοις lege παιδευομένοις. Pag. 162 vers. 37 pro *Synthismo* lege *Scythismo*. Pag. 181 vers. ult. pro συνεληξάμεθα lege συνελεξάμεθα. Pag. 245 vers. 32 pro *Presbyteri Antiocheni* lege *Abbatis & Anachoretæ*. Pag. 247 vers. 2 pro A. C. 1384 lege A. C. 1391. Pag. 249 vers. 13 post *annum Christi* 1341 dele comma. Pag. 259 vers. 26 pro *Thessalicensis* lege *Thessalonicensis*. Pag. 269 vers. 45 & 46 dele hæc verba. *Synthismus seu potiùs Synthesismus p. 162.* Pag. 335 vers. 30 & 31 dele hæc verba: *Synthesismus, cultus divinus variarum Creaturarum loco Creatoris p. 329.* Pag. 339 vers. 1 pro *Synthesismo* lege *Scythismo*.

ERRATA

Libri *Quinti* Commentariorum de *Augustissimâ Bibliothecâ Cæsareâ Vindobonensi*, quæ primâ vice inter relegendum obiter à me observata sunt.

Pag. 11 vers. 29 pro *quadraginta* lege *quadringenta*. Pag. 12 vers. 28 in margine pro *Patruus* lege *Avunculus*. Pag. 48 vers. 34 & pag. 49 vers. 19 pro *de Rhaul* lege *de genere Rhaul*. Pag. 62 post *Paulo Comitolo* adde *S. I.* Pag. 87 vers. 22 pro *quadraginta* lege *quinquaginta*. Pag. 107 vers. 23 in margine pro *obijt* lege *desijt*. Pag. 117 vers. 27 pro φυλῆ lege φιλῆ. Pag. 218 vers. 3 & 9 pro *Rael* lege *Rhaul*. Ibidem vers. 6. pro Ῥαὴλ lege Ῥαοὺλ. Ibidē vers. 1, 2, 3, 4 in margine pro *De Raliorum illustri familiâ* lege De Raliorum seu potiùs Rhauliorum illustri familiâ. Pag. 135 vers. 28 post nomen *Eusebij* pone comma, & contrà post *Emeseni* dele comma. Pag. 172 vers. 14 pro Ἀπαυτος lege Ἀπαυγας. Pag. 186 vers. 25 post *Becci* dele comma. Pag. 205 vers. 4, 24 & 34, & pag. 206 vers. 1 pro *Acyndius & Acyndinnum* scribe *Acindyn & Acindynum*. Similiter & pag. 223 vers. 11 pro *Acyndinum* scribe *Acindynum*. Pag. 415 vers. 37 pro *Libri tres* lege *Libri quatuor*, vel potiùs dele tantùm simpliciter vocem *tres*, quia in ipso Codice manuscripto Græco sine ullâ numeri adjectione legitur λόγοι, non autem λόγοι δ'. Hæc sunt, BENEVOLE LECTOR, quæ *Librum* hunc *Quintum* primâ vice obiter relegenti mihi emendatu necessaria se obtulerunt. Reliqua autem ejusdem generis, quæ deinceps vel ipse observaturus sum, vel ab alijs mihi indicabuntur, publicabo, volente DEO, in fine *Libri Sexti*.

FINIS.

intiero